† Stipulatio sup iure vl̄ actu personali nō trāsit ad hęredes stipulatoris: nisi de ipso sit facta expressa mētio: et tūc i ꝑsona hęredis erit noua stipulatio, vel nouū ius. h. d. & est singularis iste. §. & maxime in hoc vltimo. In tex. ibi. [stipulatio ista nō ptinet.] & sic not. † q̄ vsusfructus cōstitutus finit morte ita & actio ꝓsonalis cōpetēs ꝓ vsufructu cōstituēdo, ne efficacior sit spes quā res. facit l. Sēpronius attalus. de vsufru. & eo. modo capitis diminutione. l. j. in prin. ff. q. mo. vsuf. amit. nō sic ꝓ cursum longi tēporis. Nā vsusfructus cōstitutus ꝓ nō vsum tāti tēporis ꝓdit sicut & alia seruitus: vt. l. sicut. C. de serui. & aqua. nō sic actio personalis ꝓ vsufructu cōstituēdo. sicut nec ꝓ alia seruitute cōstituenda. vt in l. si partem. in prin. ff. quēad. ser. amit. nō em imputat q̄ nō fuerit vsus iure adhuc nō cōstituto. constituit aūt ꝓ traditionē expressam. vt. l. iij. ff. dare. de vsufruc. vel patiēdo q̄ vtat. vt in l. quoties. de serui. In tex. ibi, [ad hæredē trāsire]. videbat cōtrariū hoc casu postq̄ nō dicit sibi, sed impersonaliter locutus est, quasi cōprehēdat et persona hæredis. l. necessarias. ff. de vendendo. de pigno. act. & l. si pactū. de proba. sed illud in rebus transmissibilibus ad hæredem: alias sibi soli videtur stipulatus. vt hoc in gloss. ij. Sed contra quod ista stipulatio non valeat ꝓpter impersonalitatē. vt in auc. si qn̄. C. de cōst. pec. algata in gl. ꝓ cōtraria dic q̄ ex parte stipulatoris nō vitiat. & ad hoc allegat iste text. qa semp subaudit persona ipsius. vt in. §. Chrysogonus. allegato in gl. Sed ex parte ꝓmissoris, si quidē est in verbo obligatiuo, vitiat. vt in. d. auc. si qn̄. sed si in executio. secus: vt in. l. fi. ff. si cer. pet. † Not. hic tex. dū dicit [stipulatio nē de vsufructu.] per quē videt cōfundi opi. Bar. q̄ tenet hic q̄ ista stipulatio ꝓmittis vti frui mihi licere, nō sit stipulatio vsus fructus sed meri facti personalis: et sic nō cōtineat ius: nisi dicatur expressē promittis mihi ius esse vti frui licere, qa tūc secus. vt in l. vti frui. in prin. ff. si vsusfructus peta. et si hoc est verū, se quereret q̄ non posset agere cōtra te vt patiaris me vti frui: nec habeo ius in re, licet vsumfructū habeā: sed solū cōtra ꝑsonā: & ex hoc sequeret q̄ si alius quā tu impediret me vti frui, non haberē cōtra illū cōfessoriā, cū nō habeā vsumfructū, nec actionē personalē: qa nō ꝓmisit: sed si haberē vsumfructū, tūc habere cōfessoriā cōtra quēcūq̄ turbantē. vt in l. vti frui. ff. j. sequeret etiā q̄ possem stipulari hoc mō etiā ab eo q̄ nō esset dñs: sed nō sic vsumfructū, quē solus dñs pōt cōstituere: vt in. d. l. vti frui. ff. j. q̄ oīa falsa reputo p istū tex. q̄ apponit stipulationē de vsufructu. & sic possum petere q̄ vsumfructū cōstituat, vt habeā cōfessoriā cōtra quēcūq̄, ita: qa verba licere possidere: qa possessio est ius: & vsusfructus est ius licet sonēt et in factū, nam pōt qs de facto vti & frui, licet nō habeat vsumfructū: sed cōmoditatē ei⁹ vt. l. necessario. ff. si. de peri. & cō. rei vē. tñ ex quo verba referunt ad illū q̄ est capax iuris: debet itelligi de iure, nō de facto: secus si referunt ad seruū: vt. ff. ea. l. ff. hi q̄ nō in stipulatione ire agere licere: quia verba sonāt potius in facto vt dicā sup gl. In tex. ibi, [licet diuersi sint fructus.] gl. exponit. i. vsusfructus. vel dic i deest stipulationes. cū supra de stipulatiōe locutus sis. Alia est em stipulatio in persona hæredis: alia i persona defuncti, & sic si essent plures hæredes, plures essent stipulationes in ꝑsonis eorū: qa stipulatio defuncti finit ei⁹ morte, & in personis hæredū incipit nouæ, si tamen ius erat diuisibile, vt vsusfructus, nō cōpetit actio cuilibet ad solidū vsumfru. licet sint diuersi, sed ad vnū vsumfructū inter oēs. Si ante est set diuisibilis, vt vsus, tūc cuilibet ex hæredib⁹ cōpeteret actio ad solidū vsum, & sic fiet deterior cōditio ꝓmissoris ꝓ mortē stipulatoris. & hoc voluit Pet. & Bar. in. §. Cato. in. vj. q̄. vbi oīno vide maximē ad q̄nē no. ad quā inducit ꝑdicta. Quātū verō ad expositionē gl. debes scire q̄ si stipulator pōt stipulationē interposita faciat cōstitui vsumfru. sibi recipienti ꝓ se & hæredibus, tūc bona esset expositio glo. nā actio ꝓ vsufructu cōstituēdo videt sublata p solutionē. & vnus vsusfructus erit in persona stipulatoris, & alius in ꝑsona hęredis nec indigebit hæres noua cōstitutione, cū defunctus recepit ꝓ se & hæredibus, sed si recepisset ꝓ se solo, tūc indigeret hæres noua cōstitutiōe: & sic secūda expositio melior esset: qa noua esset stipulatio: rōne cuius peteret noua cōstitutionē: sed si defunctus nō fecisset sibi cōstitui, tūc secūda expositio īdistincte melior est: qa nō pōt dici nouus vsusfructus in persona hæredis, cū non fuerit adhuc in persona defuncti. † Et no. hic qđ nō pōt qs facere vt illud quod de sui natura nō trāsmittat, ad hæredes trāsmittit: licet de illo faciat mētionē ita quod qs pōt stipulari hæredi suo sicut sibi, & acquirit sibi dictā actionē. vt no. in. l. auus. ff. de pact. In fi. tex. ibi, [idem probamus.] glo. dicit q̄ imo sunt multę differētiæ inter istā stipulationē & ꝓcedētē: & ꝓsupponit gl. q̄ ꝓcedēs sit stipulatio vsusfructus, sed ista sit stipulatio seruitutis ꝑdicti. & tūc illæ dicę veræ sunt. Sed re vera licet ꝓcendens sit stipulatio vsusfructus, vt dixi: ista tamen nō est stipulatio seruitutis sed meri facti ꝑsonalis. vt est tex. expressus. ff. eo. l. ff. hi q̄ ver. cū vero. & dixi ff. eod. l. ij. §. Item si in facto: & etiam tenet hic Bar. & bene quātū ad hoc, nisi dixisset ius sibi esse iure agere licere, sed idē Bar. in. §. Cato. in. vj. q̄. videt expresse dicere cōtrariū, q̄ sit stipulatio seruitutis. pro ista opi. facit illa. l. iij. §. fi. inducendo eā vt ibi dixi. sed rnde vt ibi dixi, q̄ est stipulatio meri facti personalis: si tamen stipulator habeat fundum vicinum, habet similitudinē cū stipulatione seruitutis.

Si quis

Si quis dolum.

De dolo suo & suorū hæredū pōt quis ꝓmittere, absq̄ eo q̄ promittat pœnā, vel interesse: nō sic de dolo tertij. h. d. In tex. ibi, [stipulari.] subaudi absq̄ eo quōd stipulatus fuerit pœnam vel interesse, si contra fiat: sed in sequenti casu non valet: nec cōmittitur ad interesse: nisi esset promissum. vt ff. ea. l. post prin. sed si promisisti dolum malum abesse, & pœnam vel interesse si cōtra fecerit. an in ista stipulatione cōprehēdat dolus tertij? Bar. hic tenet quod nō, nisi de illo fuerit facta expressa mētio: quia si non esset pœna promissa non comprehenderetur. vt in prin. huius l. & stipulatio pœnalis intelligit secundū principalem. Contrariū videt dicendū per istū versi. [si vero.] vbi videt causus quod sufficiat stipulari pœnā, vel interesse, ad hoc vt cōprehendatur dolus tertij. Nam tunc posset specialiter de dolo tertij stipulari etiam secundum Bar. ergo comprehenditur in generali stipulatione, quia de virtute verborum cōprehendit: licet non per interpretationem, quando non est apposita pœna vt in princ. huius l. & ita tenuit: & etiam dominus Rapha. idem sentit ibidem.

§. Suæ personæ.

Quæro hic qn̄ quis stipulat sibi & hæredibus suis aliquid q̄ sit ad hæredes transmissibile, vtrū in ꝑsona hæredū erit noua actio vel stipulatio? nā qn̄ nō erat trāsmissibile, cōstat q̄ sic vt in §. si quis ita. vt Pe. refert ibi. Bar. tenet q̄ stipulatio defuncti & ei⁹ act. transit ad hæredes: & quod hęres etiā habeat aliā actionē nouā ex persona sua, q̄ esset vtile, si esset verū: quia in illa non incīperet præscriptio viuente defuncto: quia ad hoc nō est nata: cōtrariū sentit glo. in §. si quis ita. in fi. glo. magnę. in fi. dum dicit quod hic non est: & sic innuit quod stipulatio seruitutis prædialis cū transmittat ad hæredes, nō est noua in ꝑsona hæredis. licet de illo sit facta mētio: & hanc partē tenet ibi Bar. & sic mentio facta de hęrede superflue facta est: vt j. e. l. eum qui. §. Item si Titiū. si ergo præscriptum est contra defunctū, non poterit hæres agere ex sua stipulatione. Tene menti.

2 Dies omnino incerta. ff. an, & quando, etiam in contractibus fiat cōditionē.

3 Quando autem dies est certa an. sed incerta quando, in ultimis voluntatibus (quantū ad transmissionem legati) an faciat conditionem? & quid in contractibus.

§. Inter certam.

† Dies certa, an & qn̄, stipulationē non suspendit, & pōt per debitorem præueniri, secus in die omnino incerta. h. d. In tex. ibi, [statim dari potest.] subaudi etiā inuito creditore. & si recusaret accipere, posset deponere & consignare, & esset liberatus debitor. nō sic in casu sequenti: & si nō cōsignaret nec deponeret, licet nō esset liberatus tamē creditorem cōstitueret in mora. & si postea res perierit, liberaret: nō sic in casu sequēti: quia non cogitur creditor recipere. & si sponte recepit, non dicitur debitor soluisse quod promiserat, vt sequit. Nam interim creditor nō habet ex promissione: sed ex quadam donatione: sed adueniente postea cōditione & die, mutabit sibi causam possidēti, & habebit ex promissione iuxta ea quæ habent in l. fundo. ad l. fal. † In text. ibi. [si aliquid factū fuerit, vel cū aliquid factū sit.] No. q̄ dies omnino incerta. ff. an & quādo etiā in cōtractibus facit cōditionē: quia nō refert vt promittas, an aliqd factū fuerit. vt j. eo. l. quodcūq̄. §. pe. & hoc allegat Barto. istum tex. in l. ita stipulatus. j. e. in ij. q. principali. dū tractat de die incerta. † Quando autē dies est certa an: sed incerta quando: vt dies mortis, tunc in vltimis volūtatibus q̄tū ad translmissionē legati distinguit. Aut certū est ipsam euēturam viuēte legatario: vt si erat collatū in tempus mortis ipsius legatarij. & nō facit cōditionē q̄tū ad impediendā trāsmissionē. Si autē nō erat certū illā euentura viuēte legatario. vt si erat collatū in tempus mortis hęredis, vel tertij: & tūc cōditionē facit. vt l. hæres me⁹. in prin. de condi. & demon. In cōtractibus vero fuerunt opiniones, quas Bar. refert in d. l. ita stipulat⁹. in ij. q. & tenet quod facit cōditionē: pręterquā quo ad repetitionē. in l. nā si cū moriar. de condi. inde. ver. qui tenet cū moreret, & si soluit etiam per errorē, nō repetit. cū omnino sit debiturus, & tamen interim nō videt obligatus ꝓpter incertitudinē quātitatis & tempus diminuit de summa promissa: & quia est incertū, similiter summa censetur incerta & ꝓpter hoc Bart. vult quod non sit nata actio. per l. j. C. de ac. hære. & cōtrariū habet in glo. illa in ver. gratia itipulatoris. Istud procedit quando certa die ꝓmiserat soluere, puta die Calendarū vt possit diē prævenire: vt si sua gratia posita erat: secus si gratia creditoris. Si vero vsq̄ ad diē Calendarū tūc indistincte pōt soluere quandocūq̄ vult: & ita no. ff. eodē. l. qui ante calendas. per doct. & ibi dixi. In glo. seq. ibi: [nec repeti solutū.] subaudi etiā si soluit per errorē iuris vel facti, cū certus sit omnino illud deberi. hoc autē loquit quādo sponte soluit. quo casu nō est dubiū. Quid autē si debitū erat cōditionale, & pendēte conditione fuit solutū per errorē? dic vt in sequēti glo. quæ incipit. [alia differentia.] In glo. quæ incipit, [alia differētia.] in fi. ibi: [solutū.] ante[potest repeti.] hoc verū sine dubio quādo per errorē iuris vel facti. qa præcedente cōditione vel die incerta nullo iure debet. & sic quilibet error repetitionē inducit. Qui autem si sponte sciens se teneri sub conditione. Quidam dicunt quod videtur dona re: & sic non potest repetere: & adueniente conditione vel die iterū tenebitur soluere: quia non fecit id quod promisit vt hic in tex. & videtur glo. in l. qui se debere de cōdi. ob cau. Tu dic cōtra: quia vbicūq̄ subest alia cā, cessat præsumptio donationis vt in l. si cum aurum. de solu. sed hic subest promissio conditionalis. vnde videt soluisse eo animo vt adueniēte cōditione vel die cōputet in debitū, & interim habeat ex quadam donatione. facit l. post mortē. cum ibi not. C. de fideicom.

2 Ad hoc vt valeat stipulatio pœnalis, non est necesse quōd valeat principalis, quando non est à iure reprobata.

3 Quando pœna apponitur, contemptus cōmittitur: etiā si stipulatoris nihil interfit.

4 Pœna adiecta obligationi quantitatis, præsumitur adiecta in fraudem usurarum, & quid si stipulator non sit usurarius?

5 Pœna conuentionalis, an posit excedere duplum?

6 Cum quis stipulatur alteri dari, vel fieri, an & quando valeat obligatio, & cui acquiritur.

§. Alteri.

† Si stipulor alteri dari vel fieri nō valet stipulatio: nisi sit in illius ptāte quo casu valet. & acquirit illi tm̄ actio nisi mea interfit: stipulatio vero pœnalis si illi non det, vel non fiat bn̄ valet etiā extra dictos casus. h. d. iste §. cū §. si stipuler. & §. si quis insulā. in quibus ponunt plura exēpla qualiter mea poterit interesse. In tex. ibi: [sed quæ sit quantitas.] i. an in stipulatione pœnali sit expressa certa quātitas, vel nō: quia primo casu cōmittere: licet stipulatoris nō interfit. Secūdo nō si fuisset stipulatus quanti ea res est. quia non posset cōmitti nisi ad interesse. & dū subdit. [quęque cōditio.] id est dicere q̄ inspicie: conditio an sub qua pœna fuit, ꝓmissa extiterit: quia nō dederit, vel nō fecerit. Nā cōmittit ex euentu cōditionis: licet nō poterit in mora cōstitui: quia nō est obligatus ad dandū vel faciendū & per hoc cessat oppositio glos. quæ incipit. [vt nō immodica.] & alterius gl. sequētis & etiam tollit oppo. quā facit gl. quæ incipit: nihil interest. † No. ergo hic quod ad hoc vt valeat stipulatio pœnalis nō est necesse qđ valeat principalis, quādo nō est à iure reprobata: sed ideo non valet: quia ius sibi nō assistit: & ad hoc allegat iste tex. secus si esset reprobata à iure. vt j. eo. l. stipulatio hoc modo. & per hoc tollit cōtrariū formatū in gl. quæ incipit: [quādo prima. † Itē no. quod quādo pœna apponit loco cōtēptus cōmittit etiā si stipulatoris nihil interfit, & dicit apponi loco contēptus, qñ apponit in materia in qua stipulator nullū prętēdit interesse: vt hic: sed quando prætendit, vel prætendere potest, dicit apponi loco interesse: & ad illud limitandū. & tunc an cōmittat ei cui interest: dic vt ff. e. l. ij. §. fi. & j. de præto. stipu. l. fi. In glo. quæ incipit: [quādo prima.] in fi. ibi: [pacto deducit.] f. incontinenti appolita. iuxta cōtractū vestitū: & quare, an vestietur vt possit agi ad pœnam. nā nō vestitur: nisi pacisc̄tis interfit, odio pœnæ. Sed qñ pœna deducitur in stipulatione, cum illa sit de se vestita, & non indigeat vestimēto alterius contract⁹, agitur ad pœnā etiā si stipulatoris nō interfit. & hoc vult dicere glo. sed Pe. dixit quod etiā in primo casu agi pōt, licet pacisc̄entis interfit. per l. pac. inter empto. sed nihil facit, quia loquitur in vsura deducta in pacto inconuenti appositō. quo casu si in pecunia funebri, non vestit pactū à cōtractu, nec pōt peti nisi deducatur in stipulationē. vt l. quāuis. C. de vsuris. Sed si in mutuo alterius rei quàm pecuniæ, secus: vt d. l. inito. sed in pœna dic vt ff. dixi. & sic alterius naturæ est pœna quā vsura: licet largo modo vsura dicat pœna. vt l. lecta. ff. si cert. peta. de quo dic vt j. eo. l. si stipulati sumus. posset tamen dici quod in l. seruus. ea ratio non vestitur nisi interfit, quia tenebat in prę-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Vſurarum. Adde Lud. Ro. cõſ. cccc. Ange. cõſi. clxxxiij. an autẽ pœna cõuentionalis poſsit exigi p clericũ, vide Sozi. cõſi. cclxxxiij. vbi alleg. cõ. Rom. 5. alleg. & an poſsit exigi vltra duplũ. vide p arch. conſi. clxvj. Bal. cõſi. cccxxvij. lib. vbi dicit tenẽdã gl. & cõ ſi. l. ij. lib. idẽ dicit. de quo ẽt p Ang. conſi. iiij. & conſi. cxix.

b ¶ An valeat. Vide Bar. conſi. lxxj. ſcip. gelus conſeſſus. latiſ ſime p Lud. Roma. conſ. cccccxlj.

dicium tertij: alʒ locum habeat dictũ Pet. In gl. quæ incipit, [intereſt.] ibi: [cui naturalis eſt quæſita obligatio.] Ang. tenet cõtra. quod etiam obligatio naturalis non naſcatur. p text. in. l. j. §. quod ſeruus meus. in fi. j. de ſtip. ſer. vbi dicit quòd ſtipulatio nullius eſt momenti: ergo nullũ effectum producit. Bar. tamen videtur ſequi glo. vt naſcatur propter conſenſum, ſed hufc conſenſui. l. non alsiſtit. & ideo opi. Ange. videtur verſor. & hoc eſt vtile, quia ſi naſcaſ obligatio naturalis, ſoluẽs per errorem facti poſſet repetere: ſecus ſi per errorem iuris. ſi autem nulla, tunc etiam per errorẽ iuris repeteret. iuxta no. in l. j. §. de condi. inde. In gl. ea. ibi, [de facto ſit cõteſtata]. Innuit iſta gl. quòd iſta pœna nõ cõmittatur niſi facta conteſtatione litis de facto: q̃ non eſt verũ: imò ſufficit requiſitio vel interpretatio extraiudicialis q̃ detur, vel fiat & tranſiuerit tempus quo dari vel fieri potuit: licet per illã interpellationem nõ fuerit cõſtitutus in mora. vbi nulla petitio, ibi nulla mora. j. eo. l. pupillus. Nã quando præcedit cõuẽtio efficax: tũc bene verũ eſt quod pœna videſ promiſſa ſi debitor fuerit in mora: ſed quãdo inefficax, non videtur habitus reſpectus ad morã, quæ nõ põt committi: ſed ſolum ad euentum cõditionis. hoc vult tex. hic in fi. §. e. dixi. l. nũquã nuda. de cõtrahẽ. ſtipu. loquitur in alio caſu, quando præcedens cõuẽtio erat inefficax, q̃a nuda. et ſic pariebat obligationem naturalem: ſed hic erat inefficax nõ rõne nullitatis q̃a erat ſtipulatio, ſed alia ratione vt in tex. Vnde nõ requiritur conteſtatio. et hoc tenẽt doc. In gl. quæ incipit, [vt nõ immodica.] ibi, [ſi eſt vſurarius.]

4 †No. iſtã gl. ad intellectũ. l. cũ allegas. C. de vſur. q̃ dicit q̃ pœna adiecta obligationi quãtitatis præſumiť adiecta in fraudem vſurarũ, [a] & ideo nihil de ea poſſet peti: olim verò poterat peti vſq̃ ad legitimũ modũ vſurarũ de quo in. l. eos. C. de vſur. Nã vult gl. quod illud ꝓcedat q̃n ſtipulator erat vſurari[b]: alʒ indiſtincte nõ præſumať adiecta in fraudem vſurarũ: & etiam hodie poſſet peti. q̃d eſt no. de hoc articulo vide plenè p Bart. j. e.

5 l. ſi ſtipulati ſumus. †Si autẽ quæriť an pœna cõuẽtionalis poterit excedere duplũ: diſtingue aut referť ad certã quãtitatem, vt ſi debebanť cẽtum: et tunc pœna poſſet excedere duplũ et quadruplũ: ſiue apponať per iſta verba multiplicatiua, ſiue p verba numerata: vt ſi non dederis, promittis mille noie pœnę. Nã tñ eſt dicere mille quantũ decuplũ. Si verò ad quãtitatem incertã, puta ad intereſſe: tũc nõ poſſet excedere duplũ: & iſte eſt caſus in l. j. C. de ſen. quæ pro eo q̃ intereſt. ſecundũ intellectum Bar. quẽ ponit ibi: & etiã hic in hoc articulo, licet gl. ibi

6 aliter loquať. † Et recollige iſtam materiã quæ cõfuſè tradiť p

b gl. & do. cũ ſtipulať alteri dari vel fieri, an valeat[b]. & cui quærať obligatio. Nã aut ſum in illius poteſtate dominica, vel paterna: & valet. vt in prin. huius. §. qualitercũq̃ verba cõcipiam, ſiue in perſonam illius, ſiue imperſonaliter ſim loquutus. j. de ſtip. ſer. l. j. in prin. & l. ſiue mihi. & acgriť illi actio, & mihi nulla hoc iure. & idẽ hodie in ſeruo: ſed in filiofamilias diſtingueret an ſtipulať patri: & idẽ vť q̃d olim, an ſibi: & tũc aut ex cã profectitia, & idẽ: quia iura vetera non ſunt immutata in profectitijs, aut in aduentitijs. & tũc acquiriť ſibi quo ad ꝓprietatẽ, nõ tñ quo ad vſumfructũ. Sed ſi eſſem ſub poteſtate illius, nõ dñica, vel paterna, ſed ratione reuerẽtiæ, vt libertus patrono, vel iuriſdictioni vt ſubditus domino, hoc nõ ſufficit, vt poſ ſit illi q̃rere. vt. j. e. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & ibi not. Si verò non ſum in illius poteſtate: aut ſum eius legitimus adminiſtrator, vt tutor, vel curator, vel ſyndicus vniuerſitatis, vť actor, & tunc ſtipulando illi cuiᵖ adminiſtrationẽ gero, ſimiliter valet: & qualitercunq̃ verba concipianť. et in hoc idem q̃d in præcedenti caſu. & acquiritur illi vtilis, & non directa: et in hoc aliud. & ita loquitur. l. eum qui. §. ſi actori. ſ. de cõdi. pe. de quo opponit gloſſ. quæ in. §. ſi quis inſulam. in fi. glo. ibi: quod tamen eſt verum quando in negotio pertinente ad illũ & ſuã adminiſtrationem. alias ſecus. facit. l. filiæ. j. de ſolutio. licet Jacob. de Aret. aliter intellexit illum. §. ſi actori. ſed eius intellectus reprobatur à Doctor. Interdum neç ſum in illius poteſtate, nec eius legitimus adminiſtrator. Et tũc aut cõcipio verba obligatiua, & exequutiua in perſonam illius: vt promittis Titio dare ſibi centũ, vel domũ facere, et nõ valet ſtipulatio: ẽt ſi mea interſit propter vtiũ conceptionis per. l. quæcũq̃ gerimus. ſ. tit. proxi. & hoc in gl. quæ eſt in. §. ſi quis inſulam. ibi dũ dixit, ſed ſi dixiſſet &c. Si verò cõcipiã verba obligatiua in perſonam meam, & executiua in perſonam illius: vt promittis mihi quod dabis illi, vel facies: tunc autẽ quæritur an valeat quantum ad hoc vt acquiratur obligatio & actio. & eſt dicendũ q̃d non regulariter per aliam regulam quę non habetur hic. ſed in l. j. C. per quas perſonas no. acqui. & per. l. ſolutũ. §. per liberã. de pig. ac. quòd per liberam perſonam non poteſt alteri liberè acquiri actio vel obliga. Fallit in pluribus caſib⁹. Primo quãdo eſſet perſona publica, vt notarius. vt no. in l. non quaſi. rem pup. ſal. fore. l. non alicuius. de adopt. Et quotidie videmus fieri quòd notarius ſtipulatur tanquam perſona publica nomine omniũ quorũ intereſt, & valet, vt acquiratur actio, licet incerta fuerit perſona: quia imperſonalitas ex parte ſtipulationis nõ vitiat. & hoc no. Ang. in. §. ſi quis ita. ea. l. Secũdò fallit in parte, quí poteſt ſtipulari filio exiſtenti ſui iuris, vel conferre in ca ſu quo erit ſui iuris, & acquirit ſibi vtilem: vt. j. e. quodcũq̃. §. ſi quis ita ſtipulatus. Tertiò fallit in procuratore, quí poteſt ſtipulari domino in certis caſib⁹ vt acquirať illi actio ſine ceſſione: vt cũ ſtipulať domino præſente. vt. j. eo. ſi procuratori præſenti: vel cum ſtipulatur ſuper re ipſius domini, vel ex re. vt. C. ad exhi. l. pe. &. ſ. de procura. l. quòd procurator ex re. Item ſi prætoria eſt ſtipulatio, dum tamẽ iudicialis. & idem in quacũq̃ iudiciali. & ſic eſt ſpeciale fauore iudiciorũ. vt. l. in cauſæ. in fi. & l. ſeq. ſ. de procu. Extra iſtos caſus non poteſt domino acquirere: ſed ſibi ſic: & requiritur ceſsio. vt ĩ l. poſſeſsio. §. & ſi poſſeſsio. de acqui. poſ. dummodo concipiat verba tam obligatoria quàm executiua in perſonã procuratorio nomine. & ita debet intelligi gl. quę eſt in l. huiuſmodi. in prin. de leg. j. Si vero executiua in perſonam domini, extra dictos caſus nec domino acquiret, nec ſibi: niſi ſua intereſſet. hoc voluit gl. ſingu. in. l. j. j. eo. de ſtip. ſer. in. j. gl. mag. ver. ſed in ꝓcuratore. Rñdeo fallit q̃n ſtipulor alteri rem meam quæ durat mea, nã acquiriť illi vtilis actio: vt. ſ. de po. l. publia. in prin. & vide Bar. in l. ſi mercedem. §. ſi habitatoribus. de act. emp. vbi poſſum ſtipulari alteri in tra ditione rei meæ quæ non durat mea. Quinto quãdo rem meã quæ nõ durat mea. in caſu tamẽ ſpeciali. C. de do. quæ ſub modo. l. quoties. fauore liberatis: vt cũ dono tibi pacto appoſito vt poſt mortẽ tuã perueniat in Titiũ. Nã ſi ex pacto acquiriť illi, potuit ex ſtipulatione, fauore exercentis liberalitatẽ. Sextò fallit fauore dotis, cũ q̃s dat dotẽ etiã pro extranea perſona, & ſtipulať eã illi reddi. vt. ſ. ſol. ma. l. Caius. quia & ſi nõ ſtipularet, acquireret illi. vt. l. vnica. C. de rei vxo. act. Si aũt quæriť an valeat quãtũ ad hoc vt acqrať actio ipſi ſtipulatori, nõ alteri: tũc valet ſi ſua intereſt illi dari, vel fieri. vt in iſto. §. ſi ſtipuler. & §. ſi q̃s inſulã. Itẽ ſi ſtipulor illi adiecto: puta promittis mihi aut Titio dare centũ, & ſic à principio: nã acquiriť mihi vt des mihi vel illi: vt in l. verò procuratori. de ſolu. & ille habeť vt ꝓcurator meus. Item etiam ſi alio modo eſſet meus procurator: vt in §. ſi q̃s inſulam. circa fi. Item ſi ſtipuler rem meã, vel mihi debitam dari Titio, vel reſtitui: q̃a videor ſtipulatus vt ꝓcuratori meo: omnibus iſtis caſibus teneť mihi reſtituere. vt. j. de ſolu. l. cũ Cornelius. &. j. e. l. Iul. §. j. Extra iſtos caſus non valet etiam mihi acquiratur actio. vt in iſto. ſ. alteri. Cætera vide per Bart. qui diffuſè loquitur: ſed ex prædictis quicquid vtilitatis eſt, patet clarius quàm ipſe loquatur.

§. Si quis ita ſtipulatus.

Sed q̃d ſi ꝓmiſiſti illũ ſiſti ĩ paſsiuo, tũc eſſet aliqua dubitatio: quaſi videaris ꝓmiſiſſe factum illius, ſ. vt ille ſiſtat, nõ vt illũ ſiſtas, tñ idẽ eſt: q̃a ꝓtoria eſt ſtipulatio, et videris mihi ꝓmiſiſſe te facturũ & curaturũ. vt. j. eo. quoties.

§. Aedem ſacram.

Oppo. hic. de. l. inter ſtipulationẽ. §. ſacram. j. e. Sol. ibi q̃n fuit ſtipulatus ędem ſacram mihi dari: quod fieri nõ põt. cũ nõ ſit in cõmercio: & ſic non poteſt fieri donatio alicuius priuati: hic verò vt ipſam ædificet, & poſtq̃ erit ædificata, non eſt in dñio meo. h. d. Sed cõtrà, q̃a tũc videť nõ valere ex alia cauſa: q̃a mea nõ intereſt, cũ nullã vtilitatẽ ex hoc cõſequar. Sol. imò ratione religionis, cum ius publicũ conſiſtat in ſacris: eo q̃ publicũ & vtile eſt, & quilibet de populo vtilitatẽ conſequiť: vt l. j. §. ius publicũ. de iuſti. & iure. Itẽ cõtra. q̃ non ſit bona argumentatio de ſtipulatione ad alios cõtractus: quia non poſſum ſtipulari rem ſacrã, & tamẽ poſſum eã emere. vt ſ. de contrahẽ. emp. l. ſed & loci. Sol. quãdo ſtipulatio nõ tendit ad ſubjiciendum rẽ ſacrã dominio priuatorũ, bona eſt argumẽtatio de ipſa ad alios cõtractus. vt hic ſecus quando tendit ad ſubjiciendũ dominio, & alius cõtractus nõ valeret. Nam licet valeat emptio, non valet vt acquirere poſsit dominium, vel vſucapiẽdi cõditionem: ſed vt habeat actionem ex empto ad intereſſe cõtra venditorem qui decepit emptorem.

LEX XXXVIII.

Dominus.

Primũ dictũ huius l. procedit quãdo dñs ſtipulať ſeruo aliquid quod poterit acquiri ipſi dño, puta dñium, vel aliquid factũ expediendũ ad aliquod in pſonã ſeruꝰ. vt rẽ illi tradi, vel reſtitui. ſi vero factũ expediendũ à ſeruo, puta q̃ liceat ſeruo ire & agere, nõ valeat ſtipulatio, niſi dñi interſit peculiariter q̃ ſeruꝰ poſſit ire, & nõ impediri: ſicut in patre & filio. vt j. e. l. quod dicitur. Secundũ dictũ põt intelligi duobus modis q̃ pater põt ſtipulari filio exiſtenti ſui iuris, vel conferẽdo in illud tẽpus quo erit ſui iuris: & tunc valet ſtipulatio vt acquirať filio cũ erit ſui iuris, vtilis actio. vt j. e. l. quodcũq̃. §. ſi quis ita. & eſt caſus ſpecialis cõtra regulã q̃ per liberã perſonã nõ põt alteri actio acqri. vt dixi. in §. alteri põt etiã intelligi q̃ ſtipulať filio exiſtẽti in poteſtate: & tũc iure iſto dic idẽ quod. ſ. dixi in domino & ſeruo: vt in d. l. quod dicit. & idẽ hodie ſi ex cauſa ꝓfectitia peculij: & vt filio ſtipulať. Si vero ex cauſa aduentitij, vel vt extraneo ꝓpter bene merita: tũc quia in illis pater eſt legitimus adminiſtrator, & habet vſumfructũ, valebit ſtipulatio tanquam interpoſita à legitimo adminiſtratore: & acquireťur filio vtilis & hoc vult tex. dum dicit, [ſecundum leges permittunt.] Cætera dic plene in fi. d. l. quod dicitur per Bar.

2 *¶ Si promittis mihi decem in diebus illis, videris promittere uſque ad biduum.*

LEX XL.

Vm qui.

† Si quis ſtipulať dare Calendis, intelligitur ſtipulatũ de proximis ſequẽtibus in dubio: ſi aliter expreſſe vel tacite actũ non eſt.

2 h. d. † Not. glo. in fi. q̃ ſi promittis mihi decem in diebus illis, videris promittere vſq̃ ad biduum. q̃ eſt mirandum. vt in l. interillum. de verbo. ſigni. facit l. libertas. §. fi. de manu. teſta. Nã ſecundum vulgare cõmune iſta verba habent tractum infinitum. q. d. nunquam, vt ſemel audiui à quodam incantatore interrogante diabolum quando ſoluat: quí reſpondit in diebus illis. q. d. nunquam.

2 *¶ Stipulatio licet ſit pura, & nata ſit obligatio ciuilis & naturalis, & etiam actio, ineſt tamen tempus quod datur à lege miſerationis gratia ad ſolutionem fiendam, quod eſt tempus diuerſum ſecundum diuerſitatem caſuum: quia in conſtituto eſt x. dierum, in dote verò eſt annus, & ubi aliter non reperitur expreſſum, de conſuetudine ſunt dictem dies.*

§. Quoties.

† Stipulatio in dubio intelligitur pura, niſi dies ſit appoſita: vel tacite ſubintelligatur, & ante euentũ diei non debetur efficaciter: & dies in dubio præſumiť appoſita fauore debitoris. h. d. & ad hoc vltimũ

2 ſemper alleg. iſte. §. † In primo caſu licet ſtipulatio ſit pura, & nata ſit obligatio ciuilis & naturalis, & etiã actio, ineſt tamen tempus q̃ datur à lege miſerationis gratia ad ſolutionem fiendã: quod eſt tempus diuerſum ſecũdum diuerſitatem caſuum. Nam in conſtituto eſt decem dierum. vt l. ꝓmiſſor. §. fi. de cõſtitu. pecu. in dote vero eſt annus. vt C. de rei vxo. ac. l. j. §. exactio. & vbi aliter non reperiť expreſſum, de cõſuetudine ſunt x. dies. vt no. in l. ſi debitori. ſ. de iudi. & iſtud tẽpus quod dať à lege miſeratiõis gratia in multis differt à tẽpore quod apponitur per partes, vt de ipſorũ mente tacite ſubintelligiť. q̃ proſequere plene per Bar. j. e. l. ita ſtipulatus. in j. q. Circa ſecundũ dictũ debes ſcire q̃ euentus diei appoſitæ per partes vel tacite ſubintellectę, de mente ipſarũ nata eſt obligatio ciuilis & naturalis. vt j. eo. l. centeſimis. in prin. Sed an ſit nata actio, longa fuit diſputatio: quã poſuit Cyn. ſecundum Per. in l. j. C. vt act. ab hære. & contra hære. & Bar. reaſſumpſit, & finaliter diſtinguit. §. vtiliter. in d. l. ita ſtipulatus. in ij. q. Et tertio dicto colligitur ratio. l. ſtipulatio iſta. §. inter incertã. ſ. eo. quare debitor poteſt præuenire diem certam inuito creditore: quia eius fauore præſumitur appoſita: niſi appareat cõtrariũ ex aliquibus conjecturis. vt in l. in fideicõ. §. cum Polidius. de vſuris.

2 *¶ Si promittis mihi quolibet anno dare decem, an in principio cuiuslibet anni potero petere?*

LEX XLI.

Vi hoc anno.

† Quoniam tempus apponitur cauſa differendæ ſolutionis, agi non poteſt niſi toto tempore elapſo. h. d. videbatur cõtrariũ: quia de proprietate verborũ, quí promittit dare hoc anno, videtur promittere dare quolibet die anni: quia ſi aſsignareť terminus ad faciẽdũ aliquid hoc anno qualibet die anni poſſet facere. vt dixi. ſ. eo. l. qui ante Calẽdas. ſed illud eſt quo ad fauorẽ facientis. Vnde bene poſſet ſoluere qualibet die anni inuito creditore, etiã ſi tẽpus fuiſſet appoſitũ fauore ipſius creditoris: vt ibi dixi, nõ quantũ ad eius præiudiciũ, vt ante lapſum totius anni poſsit cõpelli ad ſoluẽdũ. vt hic. quod eſt no. ibidẽ. Opponiť de l. liber homo. §. decẽ. j. eo. vbi ſi promittis mihi hodie dare decẽ, ſtatim debenť: & mero iure põt peti, nõ expectato q̃ labať dies. Sol. ibi illud verbũ hodie, cẽſeť appoſitũ potius gratia demõſtrationis, vt demonſtreť dies in qua facta eſt ꝓmiſsio, quã cã differẽdæ ſolutionis: ſed aliud tempus præſumiť cauſa differendæ ſolutionis in dubio: quia iſtud eſt vtilius debitori. & tẽpus cenſeť appoſitũ in fauorem debitoris. vt ſ. ꝓxi. §. fi. Itẽ opp. quia ſi ꝓmittis mihi quolibet anno dare decẽ, in prin. cuiuslibet anni poſſum petere. vt l. j. C. qñ dies leg. ce. Sol. hic vnica tm̃ ſolutio erat fienda, ibi plures. Ratio diuerſitatis. quia primo caſu tẽpus cẽſeť appoſitũ fauore debitoris: & ſic cauſa differẽdę ſolutionis. In ſecundo caſu fuit appoſitũ cauſa multiplicãdæ obligationis, vel ſolutionis, & ſic fauore ſtipulatoris. Vnde fit interpretatio pro eo. Nã & ſi vnica tm̃ ſolutio eſſet fienda, & tẽpus eſſet appoſitũ fauore creditoris, non teneretť creditor illud expectare: ſed ſtatim agere poſſet, ſi eſſet talis qui poſſet ſuo fauori renuntiare. facit l. Aquil. §. aliquãdo. ad Treb. Itẽ cõtra extra gl. q̃ imo elapſo anno nõ poterit. ſed ſolũ durãte anno. vt ſ. mãd. l. ſi fideiuſſor. §. fi. & j. eo. l. eũ qui. §. ita. Sol. ibi tẽpus fuit appoſitũ cauſa limitandæ obligationis: quia vltra illud tẽpus noluit debitor obligari. hic autẽ noluit ante teneri, poſtea ſic. In dubio aũt ſi promittis mihi vſq̃ ad paſcha, vel vſq̃ ad annũ, anvideať tempus appoſitũ cã differẽdæ ſolutionis, vt ſic poſtea poſsit cõueniri: an cauſa limitandæ obligationis, vt ſic non poſsit. Sed obſtat mihi exceptio: quia mero iure durat obligatio & actio etiam poſt tempus, cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis: vt l. obligationũ fere. §. placet. ſ. tit. j. vide per Bar. in l. eum qui. §. qui ita. vbi examinat hunc articulum.

2 *¶ Compromiſſum, in quas perſonas fieri non poſſit.*
3 *Laudum an poſsit fieri parte abſente non citata?*
4 *Quid ſi partibus præſentibus fuit negotium examinatum?*
5 *Si arbitrator requiſitus noluit arbitrari, an ſit finita poteſtas arbitrandi? & quando finatur.*
6 *Si arbitrator fuit aſſumptus ſuper contractu perficiendo, an poſſit ab eius perſona recedi, & quid in accidentalibus contractus, ſi talis arbitrator non arbitraretur?*
7 *Quid ſi fuit arbitratus, ſed inique: & an teneat contractus?*
8 *Quid in ultimis uoluntatibus.*

LEX XLII.

Si quis arbitratu.

† Si arbitrator fuit aſſumptus ſuper contractu faciendo, niſi ſequatur arbitramentũ cõtractus nõ perficitur, nec ab eius perſona receditur. i. nõ recurriť ad arbitriũ boni viri, & ſecundũ eius arbitriũ perficiať. h. d. cũ l. ſeq. & eſt vna de famoſioribus legibus huius ti. ꝓpter eius materiã, quæ eſt quotidiana, & in qua multæ dubitationes occurrunt: de quibus quã plures ponit hic Bar. & Bal. eas reaſſumpſit & poſuit alias in l. fi. C. de contrahen. emp. vbi omnino vide quam plura bona. Et primo loquitur quando ſtetit per ſtipulatorem vſque ibi, [quid ergo.] Secundo quando per illũ quí debebat arbitrari vſq̃ ad l. & ideo. Tertio quando per casum contingentẽ in eius perſonam: vt quia mortuus antequã arbitrareť: vel aliud impedimentũ ſuperuenit, & in perpetuũ

2 non poterit arbitrari. † In tex. ibi, [ſi quis arbitratu.] hęc verba ius important, non merum factũ. vt j. de ver. ſig. l. illa verba.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Pro mortuo. Firmat Spe. i tu. de arbi. §. fi. ver. sed qd d simplici monacho, q abbas pōt esse arbiter. vt voluit Spe. i. d. §. ver. sed q̄ro diligēter firmatū. Bar. Salicc. do. Car. zab. d. Sig. de hō. Bñ. de plāb. Rapha. fuit cōsi. vlti. in cōsiliis. do. Pet. de Anch. & ibi et dicūt q mona. sine licētia Abba. pōt esse arbiter si in monast. haberet priorē, q videt manumittus.

b ¶Citatio. d hoc art. vltra nouū. vid bal. cōsi. ccxij. sci. Christi noīe nūquid arbiter, &c.

c ¶Partibus. Idē dicit Lud. ro. cōsi. clxxvj. vbi alle. Bar. & bal. in locis hic nō allegatis equit et Soz. consil. cxxiiij.

d ¶Lapsum anni. vltra nouū. vide Bal. cōsi. ccxij. lib. ij. cōsi. cccclxxvj. iij. lib.

e ¶Ea em et tacite cōtrahi pt, recq; ipsa vt egregie tradit p Ioā. Iupū i repe. rubri. de do. iter virū & vxo. colū. xxj. sub medio. Add tñ q hmōi tacita societas nō cōprehēdit alia quā q̄ in actibus socia obuenīūt. vt elegāter tradit p Alex. cōsi. xxxvj. iij. parte. §. fi. nisi aliud dictū sit. i. ij. § cū specialiter. e. titu. Et denicq; adde qđ ea itelligit cōtracta in dubio scdm loci cōsuetudinē. Bar. i l. j. ij. d. C. pro socio.

& ideō arbitramentum super cōtractu vl' te litigiosa nō cadit in seruū qui est capax eorum quæ iuris sunt, vt ibi, nec in deportatum, nec in fratrem minorem, qui habeāt pro mortuo, [a] & in talibus personis nō potest fieri compromissum de iure & de facto, quod vltimum verbum importat arbitramentū. In tex. ibi, [deinde ipse stipulator morā fecerit.] Sed quomodo pōt morā facere per quā impediat arbitrari? Rñdeo secundum Petr. qa fuit absens, & noluit adesse arbitrāmēto, et ipso absente nō potuit arbitrari: sicut videmus i arbitro iuris. in l. litiga. si quis. §. de arbi. sed ista non est bona cōparatio: quia arbiter iuris procedit ad similitudinem iudicis: vt in l. j. de arbi. excepto in vno: qa coram eo non cōtrahit heremodiciū, vt poterit fieri pte absente etiā tacita: & p cōsequentiā. vt ibi, nisi hoc fuerit expresse actū i cōpromisso: sec[b] in iudice: quia pōt ferre parte absente tacita: vt. l. & post edictū. §, j. §. de iudic. Sed arbitrator non procedit ad similitudinē iudicis: imō nullę solēnitates corā eo requirunt, nec datio libelli: nec lītis contestet et ideō videt q ꝓpter absentiā partis non impediat ferre laudū. qm illud est quoddā implementū cōditionis, sub qua cōtractus fuit celebratus. & i implemēto cōditionis partis præsentia non est necessaria. Vnde alij vt Ang. vidēt intelligere q fuit absens, nec permisit se citari. †Nam licet poterit fieri laudū parte absente, requirit tamen eius citatio, [b] sine qua laudū fieri non potest: & hoc tenet hic Bar. sequēdo Pet. & dicūt esse casum hic. et ita cōsuluit Bar. in cōsi. qđ incipit. Ptholomeus manēte. q etiā tenuit Cy. in. d. l. fi. de cōtrahē. emp. in antiq. lect. licet postea in quadā additione quā ibi fecit dictus Guil. de Cu. quā Bar. nō habebat in libro suo, tenuerit cōtrariū per plures rationes. & etiam quidā alius quā Bart. refert & ad suas rōnes rīdet & istū casum frequēter vidi de facto. Ang. tenet opi. Bar. qñ agit de præiudicio absentis, qui pōt ex laudo cōsequi damnū. Si vero solū lucrū perderet, tenet q non sit necessaria citatio. vt si datū est arbitrium eligēdi vnū de pluribus qui habebat legatū, nō potest eligere vnū alijs nō vocatis: qđ patet, qa pōt facere electionē istam in vltima volūtate, in qua nō requirit partis præsentia: vt patet in l. vnū ex familia. in prin. &. §. j. &. ij. de le. ij. Bal. autē in. d. l. fi. dicit sufficere q partes vocatæ & præsentes sint in examinatione negotij: & si hoc non esset factū, laudū nō valeret: qa arbitrator pīsumit esse in dolo. vt si nō habita informatione, vel cognitione causæ dederit laudū. ergo &c. vt. l. arbitratorū. C. de arb. † Sed si partibus præsentibus fuit negotium examinatū: licet postea in prolatione laudi partes nō fuerint pīsentes, nec tacite laudū valet: ꝓ quo C. de adul. l. quāuis ī dubitati. cū ibi no. Et si dicat etiā in sentētia iudicis requirit q partes non solū fuerint præsentes in examinatione negotij: sed requiritur q sint citatæ ad sententiam: alias sententia nō diceret lata causa cognita: fuit esset nulla, & nō valeret: vt no. in l. platā. C. de sen. imō et requirit q speciāliter citet ad sniam audiēdā. al's nō valeret vt dixi. Et no. in authē. iubemus. C. de iudi. & habet in cle. fæpe. de ver. sig. in ver. sentētiā aūt. Rñdet q illud fuit introductū potius ad quandā solēnitatē quām ad examen negotij: cum tā cōclusum sit in cā. Et alia examinatio nō debet fieri: sed corā arbitratore nulla solēnias requirit. vt dixi. Vnde sufficit q interuenerit id qđ est de iure naturali, scilicet q partes fuerint præsentes in examinatione negotij: & istam partē puto veram, quicquid ibi dicat Bar. licet Bal. nō dicat ea quę dixi ꝓ substētatione suę opi. sed maximē procedit quod dixi qñ latum essent laudum vltima die compromissi, si habet certū terminū, non solum censet da

c tus arbitratori ad arbitrandū: sed etiā partibus, [c] vt interessent arbitramento: & hoc eleganter voluit Inn. in iudice delegato ad certū terminū in. c. sup eo. de app. & Spec. refert & tenet in tit. de app. & Bar. in l. si de meis. alias inci. Item Pompo. §. recepisse. &. §. fi. cū. l. seq. §. de arb. & in l. admonēdi. de iureiur. post duas col. & Bal. expresse in aut. ei qui. C. de tēpo. app. vbi oīno vide. In tex. ibi, [nō tenetur]: qa cōtract[a] nō est perfectus, cū videat factus sub cōditione si ille arbitrabit'. vt hic & l. si. §. pro socio. & in. d. l. fi. de cōtrah. empt. non dico q finita sit ptās arbitratoris quominus adhuc possit arbitrari, si ex alia cā non impeditur. quod dic vt. j. subij cia. †In tex. ibi: [morā fecerit:] qa requisitus noluit arbitrari. Sed an tūc sit finita ptās arbitrandi & sit contractus irritus factus? videt q sic per. l. hæc venditio. in fi. in prin. §. de contrahen. emp. sed ibi loquitur quando arbitriū fuit cōmissum in personā ipsius debitoris, q pōt fieri circa accidentalia cōtractus: non circa non accidētalia: vt. l. qđ sępe. §. j. eo. tit. nisi in dote eius fauore. vt l. cū post. §. gener. §. de iure dotiū. & tūc illo nolente arbitrari, finit' potestas eius arbitrādi: non dico q contractus irritetur: imō purificat': & habet' condi tio pro impleta, cum per eū stet. arg. in l. Labeo. eo. tit. & recurritur ad arbitriū boni viri, vt circa illa acccessoria arbitret': sed qñ committitur in arbitriū tertij licet requisitus dicat se nolle arbitrari, nō finitur eius arbitriū: cum poterit cōpelli ad arbitrādum, postq̄ semel acceptauit. vt. l. ij. §. de arbi. Qñ ergo finiet potestas eius? Bart. tenuit per lapsum[d] anni per. l. fi. §. sed & si quis. C. communia de leg. q potest procedere quādo arbitriū commissum est circa res. vt ibi: sed si circa personam eligendā, finitur cum primum potuit arbitrari & non fuit arbitratus. vt in l. cum quidam. de legatis. ij. secundum eundem Bartol. & Ange. Bald. autem in illo. §. sed & si quis, reprehendit Barto. inquantum dicit, quia finitur anno per illum. §. in vltima voluntate in qua per lapsum anni, non extinguitur legatum, sed deuoluit' electio in legatarium: sed hic in alijs casibus si cōtractus vl' ꝓmissum irritat' finito anno: et sic est magnū periculū: dicēdū ergo q durat ppetuo? postq̄ nō fuit tēpus appositū. ar. in l. Iurisperitis. §. cū oriūdus. de excusa. tu. nisi sibi p iudicē fuit assignatus terminus intra quē deberet arbitrari: & postea non posset iuxta no. in fi. in l. quādiu. de acq. hære. & hoc placet: sufficit ꝓ nūc: che nove volgio piu grauare. †In text. ibi, [a pſona non esse recedendū,] & istud habet locū qñ arbitrator fuit assumptus sup contractu pficiēdo: qđ contingit qñ in ipsum cōmittit' tota substātia cōtractus, & ipsum cōmerciū, vt hic. Idem si aliud de substātialib[9], vt pretiū. vt in l. fi. C. de cōtrah. emp. secus si aliquid accidētale, puta de fideiussoribus dādis arbitrio talis, vel de diminutione pt̄ij: si appareat rem venditā debere seruitutē, vel esse emphyteuticā: nā cū præcedat cōtractus purus & pfect[9], licet arbitrator nō arbitrāret in illis accidētalib[9], nō resoluit' cōtractus: ne ꝓpter defectū accessorij vitiet' principale. vt ī l. si in emptiōe. §. in prīc. de cōtrah. emp. iō recurrit' ad arbitriū boni viri. ita dicit Bar. se cōsuluisse de fcō p l. domū. & l. suæ rei. e. ti. ī qb[9] dicit esse casum. Ang. dicit hoc verū in terminis pdictis, qñ agit de diminutione pt̄ij, ꝓpter aliquā qualitatē supueniētē. qa si nō esset cōmissum ī arbitriū alterius, recurret ad iudicē p illas. ll. secus dicit ipe vbi ageret de augmēto, in quo ad iudicē nō recurreret: vt si vēdidisses rem mihi ꝓ centū, & ꝓ illo pluri q Titius arbitrabit'. Nā illo nō arbitrāte nō recedit à persona: qa nec ad iudicē recurreret, si in illū non fuisset cōmissum. l. hæc venditio. in fi. de contrahen. empt. quæ tamē parum facit, si bene inspiciatur: sed Bald. l. fin. per plures rationes subtiles videtur decidere quod tūc venditio reddatur nulla illo non arbitrante: quia pretium redditur incertum. dicens quod paria sunt esse totum, vel partem incertam, & constat q propter incertitudinem pretij, vitiatur venditio: vt dicta. l. hæc venditio. §. penulti. & l. si fundum. Sed vna. l. facit me dubitare. l. l. si ita. §. pro socio. nam ibi fuit commissum aliquod accidentale non substantiale per partes in societate, quia cōtraxerunt pro illis partibus quas Titius arbitrabitur. Nam societas potest contrahi nulla facta mētione partiū, quia itelligūt esse æquales. vt. l. si fuerit. eo. tit. & sic expressio nō est de substātia societatis [e] eo modo quo pretiū de substātia vēditionis, vt. l. pacta cōuēta. de cōtrahē. emp. & tñ ibi dr q illo nō arbitrāte cōtractus reddit' nullus cognita rñsione: cōtra cōem Doc. opin.

de quibus

de quibus j. in l. sequē. in fi. ibi, [nec ipsa quidē cōmittat':] hoc verū nisi per promissorē steterit quominus ille fuerit arbitratus. & fuerit resolutus per l. §. de arbi. secundū Bart. & Ange.

7 † In glo. magna ibi, [sed contra.] illa glo. soluit tertiū cōtrariū de. l. si libertus. de ope. liber. quia in illa l. societatē. §. arbitrorū. ille fuit arbitratus, sed inique. & sic contractus, fuit purificatus & orta actio ex eo, & etiā officiū iudicis, ratione cuius recurrit ad iudicē tanquā bonū virū. vt j. eo. l. cōtinuus. §. j. vt corrigat iniquitatē laudi. sed hic non fuit arbitratus: & sic conditio non fuit impleta, & cōtractus nō fuit purificatus, nec actio orta, nec officiū iudicis ratione cuius poterit illud fieri. Intellige tamē vt ibi recurrat' pro magna læsione nō pro parua. quoniā videt dictū arbitrū posse ledere alterā ex partibus in modico. vt l. idē Pompo. §. recepisse. cum ibi no. §. de arbi. In magna vero læsione etiā si iurauerit nō venire cōtra laudū, pōt venire: quia intelligitur si fuerit ęque arbitratus. vt d. l. si libertus. & c. quintauallis. de iureiur. etiā si expresse renūtiauerit deductioni ad arbitriū boni viri: vt no. Dy. j. e. l. quidā cum filiū. per illū tex. quia subintellige eadē cōditione: secus si expresse dixisset etiā pro magna vel maxima læsione: quo casu Bart. tangit in §. arbitrorū. Sed Ioan. and. in addi. Spec. ti. de arbi. §. fi. in additione magna quæ incipit, clarius sic formas. Ista clausula recitat dispositionē Io. cal. factā sup hoc puncto quādo interuenit iuramentū, & ꝓmisit nō venire cōtra ratione magnæ vel maximæ quantitatis. Et alias distinguit. & pluries vidi in arduis quæstionibus. dic vt ibi & per Hosti. & Ioā. and. in d. c. quinta uallis. Moderni Doct. vt Ant. de But. videntur tenere q illa verba parum operent: & q̄ videantur prolata ex quadam magna cōfidentia, quā habebat de arbitratore: & quia sic cōsueuerūt cōcipi instrumenta: nō tamen q intentio eorum fuerit q lædat aliquem in magna quātitate & eam aliquando fui secutus in ciuitate ista: & sufficit habere authoritatē tanti viri: quia res de se equitatem habet, sed verba antiquorū Doct. sapiunt

8 cōtrariū. † In glo ibi. sed [ibi,] speciale. f. vt recurrat' ad arbitriū boni viri in vltimis voluntatibus, etiā si arbitramentū nō fuerit secutū: quia nō censetur vltima voluntas esse conditionalis si arbitramentū sequat'. vt l. j. in fin. de leg. ij. licet secus in cōtractu. vt hic. & d. l. si ita. & d. l. fi. & hoc quādo nō fuit cōmissum cōditionaliter: sed fuit dictū arbitratu talis. Si vero conditionaliter, vt si talis arbitratur: tunc idē quod in contractibus, vt illo nō arbitrante nō valeat vltima voluntas. vt d. l. j. in princi. secundū vnā lect. de leg. ij. nec recurritur ad arbitrium boni viri: vt arbitretur & perficiat'. vt ibi no. nisi fuerit cōmissum in arbitriū hæredis, nā tunc etiā si conditionaliter, ipso nolēte arbitraris purificat' vltima voluntas: & recurret' ad arbitriū boni viri circa quantitatem & alias quæ essent declaranda, vt l. si sic. in prin. de leg. iij. l. fideicō. §. quāquā. secus forte si nō fuisset in mora arbitrandi: & ante arbitramentum præcesisset: quia tunc cessat ratio: quia per eū non stetit: & idē per omnia in cōtractibus quādo aliquid fuit cōmissum in arbitriū illius, q potuerit cōmitti vt aliquid accidentale. vt d. l. hæc venditio. in fi. prin. vel aliquando aliquid substantiale. vt in l. dotis. & l. cum post. §. gener. de iure dotium. secundū Ang. differt etiā in alia, scilicet mulcta. Idē dico in vltima voluntate, quantū ad cōmissionē pœnę non recedit ur a persona, etiā si non conditionaliter fuit cōmissum: vt l. mulcta. de condi. & demon. In his ergo duobus casibus quo ad cōmissionē mulctæ, vel pœnę, & quādo cōditionaliter fuit facta cōmissio in arbitriū tertij, non differt vltima volūtas à cōtractu, nec etiā qñ cōditionaliter in arbitriū partis. Sed extra istos casus differt, quia in cōtractibus nō recedit', sed cōtractus irritatur. vt hic, & in vltimis volūtatibus secus, ratione qua supra dixi. In fi. glo. ibi, [sed ibi fuit arbitratus,] certe imo ibi nō fuit, ideo solu. quod ibi fuit cōmissum in arbitriū alterius ex partibus, hic in arbitriū tertij. vt patet ex prædictis. Vltra debes scire q ista l. & aliæ similes. de quibus supra, loquuntur quando arbitrator assumitur super contractu perficiendo, vel perfecto à partibus, sed aliquando assumitur super lite vertente, seu vbi verti sperat'ur inter partes, vt contingit quādo cōpromittunt in aliquem tanquā in arbitratorem: tunc dicitur assumi super cōtractu perficiendo ab ipso arbitratore: quia laudū eius dicitur esse quędā transactio, vt in authen. si vero. C. de iudi. in qua partes cōpromittendo

videtur in eū cōsensisse. Et isto casu multæ occurrūt dubitationes, & omnes istę Il. q̄ loquunt' in alijs terminis, adducūtur etiā ad istū casum, & ad istā materiā, quā plene examinat Bar. in repetitione. l. societatem. §. arbitrorum. s. pro socio. & illa est magis quotidiana quā materia harum legum. dic vt ibi.

a ¶Dic vt ibi. Vide etiā quæ ibi posui in apostillis ad Bart. in characteribus detortis.

LEX XLIII.

Quodcunque. Nō refert an per seipsum qs stipuletur, an filius vel seruus eius, quo ad acquisitionē ei fiendā. nec refert an illi stipulent' expresse patri vel dño, an sibi ipsis: quia vtroq; casu acqrit' illis. h. d. secūdū ambas lect. In tex. ibi, [in alterius ptāte.] s. dari patri vel dño: nā est perinde ac si ipse pater vel dominꝰ stipulatus esset sibi dari vel fieri, vel dic est perinde ac si ipse filius vel seruus fuisset stipulatus sibi ipsi quo casu acqreret patri, vel dño. Et est maior dubitatio: quia stipulatio nō videtur peccare in forma cū cōcipiat verba in suā personā: secus qñ in personā patris, vel domini: vt l. quæcunq; gerimus. §. titu. j.

§. Sicuti. Subiectus alienę ptāti pōt stipulari, cum ipse moriet', sicut nō subiectus. h. d. Ratio dubitādi poterat esse, qa videbat' stipulatio nō valere, quasi nec patri poterit acquiri cū cōferatur in tēpus quo exit de patria potestate, q̄ est causa acquirendi: nec sibi: quia isto iure nō erat capax: & quia confertur in tempus mortis, quæ omnia soluit: sed certe imo acqrit' patri, vel dño inspecto initio, i. tpe stipulatiōis interpositę. ar. j. e. l. si filiꝰ. §. fi. & hoc voluit dicere gl. hic.

2 *Vide in his quæ descendunt in filios, ut filios, non est necesse q adeant hæreditatē paternā. Quid si quis recipiat emphyteusim uel feudum pro se & filijs suis descendentibus?*

tempus vitæ meæ,non posset cōgrue fieri diuisio de illis decē & deduceret ad nihilum obligatio,propter tam minutas præstationes, dicēdū est ergo q statim possum petere illa decem, vt hic in ver.[confestim intelligēdo istū text.in hoc quod dicit glo.j. intellige quādo fuit actū expresse q dares quolibet anno,vel mense, alias decem tantum essent soluenda. † In tex. ibi. [quemadmodū:]hic videtur casus mirabilis,q si promittis mihi decem vsq; in tres calendas,vel vsq; in finem istius anni: q istud tempus censeatur appositū causa obligationis finiēdę: vt sit sensus q non tenearis nisi vsq; ad illas Calendas, vel finē anni:& postea nō sic possem agere quā docuiq; ante calendas, vel finē anni:& postea nō obstat exceptio.Sed cōtra, imo ecō uerso non possum ante agere,sed postea sic: quia tempus videtur appositū causa differendæ solutionis.vt ſ.eo.l. qui hoc anno.& l.qui ante Calendas.& l.eū qui Calendis.in fi.sed ibi fuerūt apposita alia verba,hic dictio vsq;,vel dictio quo ad,quę videnť alterius esse naturę:quod est singulare. V el dic vt videtur sentire Bar.quod iste tex.debet intelligi quādo constabat de intentione partium quod ad illum finem voluerunt apponere tempus vt finiretur obligatio, alias in dubio censetur voluisse apponere solum vt differatur solutio, & haberet locum cōtrariū,nisi apponeretur super eo quod habet actū successiuū:vt super obligatione annua:vt si promitteres decē annua vsq; ad decē annos, vel faceres mihi pactū de non petēdo vsq; ad decem annos. Istis casibus illud tempus censetur causa finiendę obligationis in primo casu,vel exceptionis in secūdo:& hoc magis placet:& adde quando tēpus apponitur causa finiendæ obligationis,interrumpit per solā interpellationē extraiudicialē,quando apponitur à cōtrahentibus vt est casus singularis cū glo.in l.si mādato titij.§.ille ſ.māda. secus quādo statuitur à lege.vt in l.alienā.de vsucap.pro emp.& hoc diligēter not. V num si vis mihi teneri vsq; ad decem annos, & non vltra,si te interpello quod soluas , & nō soluis teneris etiā vltra.quod tene menti:ne sit in tua potestate facere ius meū finiri. In tex.ibi:[sed exceptione pacti.] & sic videť quod debitor necesse habeat opponere exceptionē alias condēnabitur: licet iudici nō constet ex forma instrumenti q obligatio est finita:quia noluit teneri nisi vsq; ad calendas, vel quouiq; viueret,& calendæ sunt transactæ vel stipulator mortuus est. Bar. tamen hic tenet cōtrariū hoc casu, quando ex forma instrumēti vel contractus apparet de exceptione: & sic cōstat iudici vt iudici. V nde pōt supplere de facto.& id q ſ. dixi ꝓcederet, quando non ex forma instrumenti vel contractus ꝓducti: qa stipulatio fuit pura:& postea fuisset factū pactū quod post tale tempus non teneretur:nam tunc esset apponenda exceptio per partē:nec sufficeret quod iudex haberet de hoc notitiam quæ non debet suppleri de facto in his quæ nō sunt nota vt tu dici: & ita intelligitur gloſſ.quæ est in l.si vnus.§. pactus. quæ incipit,opponēdo.ſ.de pact.& dicit Bar.nunc intelligis pacta incontinēti appolita inesse cōtractui tu qui nunq; intellexisti: hæc sunt verba sua, quæ semper alleg. & ista procedunt exceptione perpetua.Sed quid in temporali:puta erit mihi obligatus ad diē certū & sic ante diem non possum agere:sed postea sic.vt l.qui hoc anno. Ego ante diē,sed nō appolsuisti exceptionē,quid debet facere iudex: hic est casus in quo ante diē nō sit nē,quid debet facere iudex: hic est casus in quo ante diē nō sit nata actio.quod quando sit,dic vt no.Bar.l.j. q ita stipulatus. quod debet te absoluere.quia male & nulliter egi ante diem: sed postea aduenīente die iterum agere potero: & non obstabit exceptio rei iudi: quia ago ex noua superueniēte causa: vt not.in l.boue.§.si sub conditione.ſ. de ędil. edict. Si vero erat casus in quo erat nata:tunc licet si exceptionē opposuisses,debuisset te absoluere,quia male egi ante diem:& me condēnare in expensis.vt instī. de actio.§.plus.& l.j.in fin. quando dies vsufru.leg.ced.ex quod tamen no oppolsuisti, nec te absoluet: nec simpliciter condemnabit: sed condemnabit ad dandū adueniente die.per l.quod si in diem.in prin.de peti.hære.& per id quod no.Bar.in l.exceptionē.C. de proba.& hic etiā sentit licet confuse loquatur & in hoc iudex supplebit:quia sibi constat vt iudici ante diē fuit male actum: & quod post diem erit omnino debendum:ideo seruat mediam viam. T ene menti.

§. Qui ita stipulatur ante.

Declarat istum tex.vt dixi in l.

¶ Pleno iure. Adde q hoc verbū importat subiectionē directā secundū Bald.in auth.nec vsus. C.de sacrosan.ecc.Bart.in l.cēturio.versi.fedo principaliter.de vulga.& pupi. Old.cōsi.ccxlviij. incipien. præsupposita cōsuetudine ciuitatis Parisiēn.

quia si promisisti ante calendas potes indistincte:vt ſ.eod.l. stipulatio ista.§.inter.sed si promisisti calendis, distinguitur an illa dies fuit apposita fauore creditoris,an debitoris.vt ibi dixi.hic non sunt alia.

§. Qui proprietatem.

Qui habet rē nō plene pōt stipulari q sibi.h.d. Certe videtur q proter id quod deest,poterit etiam stipulari rem sicut potest sibi legari:& videtur legatum quod sibi deest vt l non quocunq;.§.si ex bonis.& l.sit ibi.in prin.de lega.j.& ita videtur stipulatus q deest.ecce ergo.§.

☞ Stipulatio secunda continens idem quod prima,an nouet primam. & nu.4.

Si promisisti mihi fundum simpliciter plene pleno iure proprietatis & usufructu, & postea tradas fundum detracto usufructu,an liberetis in aliquo.

Duæ causæ lucratiuæ non debent in eadem re concurrere.

§. Si à te.

†Secunda stipulatio cōtinēs minus quā prima etiā cum interuentu nouæ personæ nō nouat primā,si nō fuit expresse actū:& si plures sunt obligati ad diē ex diuersis causis lucratiuis,vno soluente,alter liberat. n.d. in effectu.Et primo ponit dictū vsq; ibi,qa Secūdo ponitur eius ratio vsq; ibi: [quid ergo.] T ertio soluitur noua quæstio. † In tex.ibi: [prior stipulatio non nouabitur:quia secunda coīnet minus. Nā & idē esset si cōuneret tantundē.vt colligitur.ſ.e.l. scire debemus.post prin.nisi fuisset actū expresse q nouaret: vt j.e.l.q vsumfru.in fi.valet tñ stipulatio secunda ,ꝓpter interuentū nouæ personæ.vt patet in fi.in ver.[liberabit.] qa si nō valeret ꝑ stipulationē factā à te nō liberaret,qa nō teneretur. cuius contrariū ibi dicitur:& hoc no.ꝓ intellectu.l qui bis.ſ.e. & l.qui vsumfructū.ver.ecōtrario.j.e.in quibus dicitur q non valet secūda stipulatio cōtinēs idē vel minus quā prima: quia hoc verum quādo cū eadē persona facta est:secus si cū diuersa. vt est casus hic sed cum diuersa. licet primam non nouet; sed quando continet plus valet & nouat primam etiā si cū eadē:vt d.l.qui vsumfructum.in prin.secundum cōmunē intellectum. & hoc iure isto: hodie secus,nisi sit expresse actū.vt l.fi.C. de noua.sed licet nō fiat ipso iure,bñ fit ope exceptionis, vbicūq; olim fiebat ipso iure.vt no.in l.ij.j.de noua.de iure vero vetustissimo ante iura digestorū fiebat,si continebat idē quod prima cū interuētu nouæ personæ.vt instī.qui.mo.tol.obl.§. pręterea.de quibus omnibus vide Bar.j.de præto.stipu l.valeria-
nus. †In tex.ibi.[quia nec soluēdo.] forma ista ronē si nō debet plus operari secunda stipulatio ad tollendū primā iure nouationis quā operet solutio ad tollendū eā iure solutionis.Sed
si ꝓmisisti mihi fundū simpliciter pleno iure ꝓprietatis & vsusfructus,& postea tradideris fundū detracto vsufructu, nō liberaris in aliquo:qa non videris soluisse fundū qui cōstat ex proprietate & vsufructu,tradēdo solā ꝓprietatē & nō obstante solutione possum petere vsumfructū,nō dico proprietatē,licet ab illa nō sis liberatus:ergo & si alius promisit mihi eundē fundū detracto vsufructu:ista promissio nō debet tollere tuā in aliquo iure nouatiōis,ex quo tua solutio simili modo facta nō tolleret eā iure solutiōis. & tñ solutio potēcior est ad tollendū quā sēda stipulatio.vt instī. q.mo.tol.obli. in prin.

Sed opp.extra glo.q imo videť q si soluis fundū detracto vsufructu,liberaris saltē à ꝓprietate:quia qui tenetur ad fundū,vel ad aliā spēm,soluendo partē liberat ab illa parte. vt j. de sol. l. si stipulatus.§.qui decem.sed proprietas & vsusfructus dicūtur partes fundi.ergo &c. Sol.& tene mēti.cōtrariū procedit quādo soluitur par, in tota,quia tunc tātam vtilitatē affert illa pars respectu partis,quantam affert totum respectu totius:quia soluitur proprietas & vsufructus.non sic quando soluitur pars integralis, quia proprietas & vsusfructus non

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Et in hoc vide per Bart. & Ale. in l. qui vsum. hoc ti. & Gl. in l. Recte dicimus. ff. de verbo. sig. Est itē vsusfructus dūi pleni pars, q̄ ex proprietate ipsa ipsoq; vsus. promanat, per Bar. in l. iiij. hoc titul. & l. iiij. ff. de seruitu. & Specū. tit. de procu. §. Ratione quoque constituentis. versi. & not.

a dicūtur partes quotæ: sed integrales.[a] & solutio solius proprietatis nullā quasi affert vtilitatē. & hoc voluit tex. cū glo. in l. si stipulatus fuero. §. j. cū gl. fi. j. c. q̄ not. & hoc fuit de mente huius literæ: alias ista ratio nō esset sufficiēs ad probādū id q̄d Iurisc̄ultus vult probare. Itē adhuc oppositū oppo. soluēdo fundū detracto vsufructu nō liberaris etiā à ꝓprietate: debet ideo posse petere totū fundū ratione vsusfructus: vt j. de solu. l. etiā. & j. eo. l. Iul. sed tex. hic dicit q̄ petā solū vsumfructum in ver. [sed adhuc.] glo. magna in prin. fatet cōtrariū. & exponit tex. dū dicit. [vsumfructū.] i. fundū occasione vsusfructus: vt illū solū cōsequar, nō proprietatē, cū eam habeam: licet ab ea nō sit liberatus: sed hoc est destruere text. hic & in l. meuius. §. fundū. de leg. iij. & ibi glo. tenet contrariū, q̄ nō debeo petere nisi vsumfructū: simile in l. si non sortē. §. fi. ff. de cōdi. Ad leges cōtrarias respōdet, q̄ loquūtur q̄n deficit ius cautionis, q̄ debuit præstari, & nō fuit præstita: q̄ cautio cōcernebat totā rē. & sic partē solutā. Vñ nō videbat soluere ex quo nō perfecte, & cū cautione debita. vt l. fi. in fi. de condi. ob cau. hic vero deficiebat vsusfructus, qui nō cōcernit ꝓprietatē. Vñ ꝓprietas videt pfecte soluta: ex quo nō pōt peti. & si peteret fundus simpliciter, vī peti ꝓprietas: petēdus est ergo solus vsusfructus. vt hic. & in d. §. fundū. cū ibi no. † In tex.

4 ibi. [liberabitur.] propter regulā de duabus causis lucratiuis, q̄ nō debēt cōcurrere in executiōe sup eadē re, vt l. oēs. s. ti. j. Sed si istæ stipulationes essent impositæ ex cā onerosa, vel saltē altera ipsarū, tūc vno soluente alter non liberaret: quia tenentur ex causis diuersis: vt in l. is qui. §. ti. j. licet teneant ad eādē rē. Si enim vēdis mihi fundū, & Titius similiter eundē fundū, ꝓ traditionē tuā nō liberatur Titius, quin possit cōueniri & cōdēnari ad interesse. Facit l. nō est nouū. de actio. emp. Pro declaratione gl. quæ incipit. [petēdo.] in ver. [sed oppo.] Oppo. q̄ fiat nouatio: quia de iure veteri q̄n secunda stipulatio cōtinebat idē q̄ prima, & interueniebat noua ꝑsona, fiebat nouatio. vt insti. quibus mo. tol. ob. §. præterea. Sed si ꝓmisisti mihi fundū simpliciter, & sic ꝓprietatem & vsumfructū, deinde Titi[o] eūdē fundū detracto vsufructu, & sic proprietatē solā, in ista secunda stipulatione cōtinet idē q̄d in prima, ergo deberet prima nouari saltē in ꝓprietate. gl. ad fugiēdū istud cōtrarium dicit non esse verū q̄ ista secūda stipulatio cōtineat id q̄d prima, quo ad ꝓprietatē: & sic nō obstat cōtrariū q̄ loquitur q̄n cōtinet idē. Ad hoc aūt ꝓbandū q̄d nō cōtineat idē, alia glos. quæ incipit, [petendo.] in ver. [sed respondeo ficti tiæ.] nititur probare duobus modis. Primo quia qui ꝓmittit fundū, promittit vnū totū corporale: sed proprietas & vsusfructus dicūtur incorporalia. ergo non possunt esse vere partes fundi. Sed dicūtur fictitiē. Ergo secūda stipulatio q̄ nō potest cōtinere nisi solā ꝓprietatē, cū cōtineat ius incorporale: & pria cōtineat rē corporalē, dicit cōtinere rē diuersam. Certe istud esset verū sumēdo fundū pro re corporali. sed interdū sumitur ꝓ quodā toto intellectuali, puta pro pleno dn̄io: & tunc ꝓprietas & vsusfructus sunt vere partes istius dn̄ij. vt l. recte dicimus. de verb. signi. nihil ergo valet ista ratio. Vnde gl. ibi. [quia ratione &c.] nititur ꝓbare alio modo satis exquisito. Nam si ꝓmisisti fundū simpliciter: & postea tradidisti fundū detracto vsufructu, nō liberaris in aliquo. vt dixi super tex. & possum petere adhuc fundū: vt dixit gl. in prin. licet nō bñ. vt s. dixi sed posito q̄ nō bene diceret gl. arguitur hic si possum petere adhuc fundū simpliciter. sic etiā & proprietatē. Ista proprietas quā peto, necesse est dicere q̄ sit diuersa ab illa quā habeo. nā illam petere non possem, vt codē modo si stipulor ab illo fundū detracto vsufructu, videor stipulatus aliā ꝓprietatē. Breuiter istæ sunt truffæ, & fantasiæ. Et veritas est q̄ illa secunda cōtinet idē q̄d prima quo ad proprietatem obstabit cōtrariū de §. præterea. quia loquitur de iure vetustissimo ante iura digestorū, sed de iure isto non sufficiebat quod contineret idē etiam cum interuentu nouæ personæ: sed debebat continere plus, ad hoc vt fieret nouatio. & hoc est veritas & remanent iltæ glos. declaratæ, quæ sunt obscuræ.

2 *Si sequens stipulatio facta super eadem re, est interposita animo nouandi, & est pura, tunc tollitur mora commissa in prima.*

3 *Quid si fuit interposita animo nouandi, uel fuit interposita sub conditione, & conditio pendeat, & quid si res fuit præsens?*

1 **§. Si hominem.** †Stipulatio conditionalis, & animo nouandi interposita morā præceden tem non purgat. Item cum incipit esse certū secundam stipulationem animo nouādi interpositā cōmitti nō posse, stātim potest agi ex prima q̄ sperabat nouari. Itē perēpta re ante cōditionis euentū, stipulatio cōditionalis etiā si cōditio existat, cōmitti non pōt. Sed si res non est perēpta, licet actio quæ sperabat nouari, perempta sit, alia ratione bene potest cōmitti secunda stipulatio, si eueniat cōditio, licet nō operatur effectū nouationis. h. d. iste §. valde subtilis. & dicit Bar. q̄ est horribilis, & q̄ vix videt posse de ipso extrahi sanus intellectus, sed salua pace, satis clare apparet intellectus eius subtiliter speculantibus. Nec est aliqua horribilitas, licet sit subtilitas. Et primo ponit vnum in quo potest agi ex prima stipulatione pura, non ex secunda conditionali, etiā si conditio existat vsq; ibi: [at si Titio.] Secundo ponit alium casum contrariū econuerso. in quo non pōt agi ex prima: quia sublata est per acceptilationē: sed bene potest agi ex secūda, si cōditio existat. vsq; ibi: [idcirco.] Tertio ponit rationē diuersitatis inter primū casum & secundum, quare in principio conditionis euentus, non facit posse agi ex prima, in secunda sic. quia in prin. res nō extabat tēpore cōditionis euētus. Vñ poterat cōmitti, in secunda sic. licet nō extaret obligatio & actio ex prima, & sic non poterit fieri nouatio, tñ secūdus promissor obligat. In text. ibi, [confestim cū Titio agere potero.] videbatur cōtrariū duplici ratione. Prima, quia seruus ꝓmissus iam erat peremptus: ergo ad ipsum agi nō pōt. secūda, quia posito q̄ non esset peremptus, prima stipulatio licet fuisset pura à prin. tamē ꝓpter secūdā conditionalē factā animo nouandi redit, & est cōditionalis: & ex ea agi nō pōt, quia sperat nouari in cōditionis euētu. vt §. si cer. pe. l. pecuniā. sed ad primā respondetur. q̄ res ꝓmissa perempta fuit post morā promissoris: vt §. dixi sic ꝓ interitū rei ꝓmissor non est liberatus, quia mora perpetuauit obligationē: vt §. eo. l. si ex legati causa. & l. quod te. si cer. peta. Sed contra. quia illa mora fuit purgata per sequentem stipulationem interpositam animo nouandi. vt l. parui. de condi. fur. Sol. verū esset si fuisset pura, quia ſtatim abstulisset primā obligationē, ergo & morā illi cohærentē, quæ sine principali stare non potest, sed hic fuit conditionalis, & conditione pendente prima obligatio non est sublata, ergo nec mora. hæc est ratio huius tex. Sed cōtra tertio. q̄ idem hoc casu, posito q̄ sit conditionalis: vt j. de noua. l. quoties. §. vnde Marcellus. qui de directo contrariatur huic tex. & de l. qui decem. §. si cum mihi stichū. in princip. & secundo casu. j. de solu. de quo glo. opponit. & dicit in fi. illius §. sed non bene: quia ille finis concordat cum isto tex. & primus & secundus contrariatur super contrario istarū legum. glo. magna multū laborauit, & potuit in effectu sex solutiones quæ licet sint bonæ in se, vera tamē solutio secundū Ia. de are. & Rapha. colligit ex fi. illius §. si cū mihi. & sic iste tex. intelligit secūdū distinctionē illius §. Si tamē tempore secundæ stipulationis cōditionalis res nō erat ꝑsens & sic mora nō pōt dici purgatione fictæ obligationis, quæ cū vere non potuisset fieri, non fingit fuisse facta, nec etiā fuit sublata iure nouationis: quia nouatio adhuc non erat facta pendē te conditione. vt §. dixi. Si vero res fuisset præsens, tunc fuisset mora purgata virtute tacitæ obligationis, nō virtute nouationis: sicut quādo stipulatio secunda fuisset interposita non animo nouādi. quo casu siue esset cōditionalis, siue pura, nō purgaret morā: nisi res fuisset præsens. & isto casu loquunt leges cōtrariæ. Sed q̄n est interposita animo nouādi, tūc distinguit an esset pura, an cōditionalis. vt dixi in l. scire debemus. §. fi. §. eo. ad secundā obiectionē. de l. pecuniā. §. si cer. peta. respondetur quod procederet si seruus promissus viueret. nā tunc quia prima stipulatio sperat nouari per secundā, aduenīente conditione secūdæ nō pōt agi ex prima. quia videt facta sub contraria cōditione. sed hic erat mortuus. & sic secūda nō poterat cōmitti, & ꝓ cōsequēs nec prima sperat nouari. & ideo reuertit ad primā naturā sua, & erat pura: & ideo ex ea pōt agi. Vñ nō sine

mysterio

mysterio textus ponit q̄ decessit. quasi dicat, si non decessisset, agi non posset ex ea. ex hoc sequitur q̄ iste §. nō pōt intelligi q̄ secunda stipulatio nō fuerit interposita animo nouandi: quia tunc poterit agi etiāviuēte seruo. cū nō sperēt nouari: cuius cōtrariū innuit a cōtrario sensu. Ideo quarta solutio glo. quæ fuit Roge. nō est bona. Præterea tūc etiā si secunda esset pura, nō tolleret mora, nisi res fuisset præsens. & iste tex. facit vim q̄ erat cōditionalis: ergo fuit interposita animo nouādi.

In tex. ibi, [obligari potest.] videbatur contrariū duplici ratiōe. Prima: qa ista secunda fuit interposita animo nouādi: sed si primus ꝓmissor fuit liberatus ꝓ acceptilationem, actio fuit ipso iure sublata: ergo amodo ꝓ nouationē tolli nō pōt, etiā si existat cōditio secūdæ: cū ergo secunda nō poterat operari effectū ad quē facta est, videt q̄ euanescat. Itē secūdo q̄n plures sunt obligati ad eādē rē, acceptilatio facta vni liberat alios: vt l. iij. §. nūc de effectu. de libe. lega. Sed ad primam respōdetur q̄ licet secūda fuerit facta ad finē tollēdi primā, q̄ fuerit etiā facta ad finē obligandi secūdū ꝓmissorē. & vterq; effectus est æque principalis, licet ergo primus nō poterit sequi qa sequitur secundus. Ad secundū respondetur, q̄ procederet quādo essent obligati in solidum ad eandē rem, tanquam duo rei debēdi. sed primus & secundus promissor non poterāt dici duo rei debendi: quia nō cōcurrūt eodē tempore in obligatione eiusdem rei. Nam anteqū existat conditio secundæ promissionis erat obligatus primus, & nō secundus & ea existente veniebat obligatus secundus, & liberādus primus iure nouationis. Acceptilatio ergo facta primo non liberat secundū ab obligatione conditionali, ideo existente conditione incipit obligari. In tex. ibi, [desinit esse res in quā Seius obligaretur.] & sic nō pōt obligari: licet enim existens conditio retrahatur ad tempus promissionis, quo tempore res extabat: licet tunc, est verum quando etiam extat tempore conditionis existentis: quia tūc posset de nouo contrahi obligatio. ergo pōt fingi retro contracta. quia extrema sunt habilia. sed si tunc non extat, inhabile est extremum, à quo ideo nō fingitur retro cōtracta.

2 facit l. qui balneum. §. Titio prædium. qui po. in pigno. ha. & l. fi. communia præd. † Vltimo colligetres conclusiones. Si quæritur an sequens stipulatio facta super eadē re tollat moram contractam in præcedenti stipulatione, reiecta longa distinctione Bartol. & etiam verbis Ange.[a] qui non recte consideravit. Prima conclusio est, q̄ si sequēs stipulatio est interposita animo nouandi, & est pura, ita q̄ concurrant ista duo: tunc indistincte tollitur mora commissa in prima, viua ratione: quia cum tollatur prima obligatio & actio: non poterat remanere mora: quæ est accessoria quædā: & hoc dico verum etiam si fuisset actum q̄ non tollatur: quia hoc possunt partes facere quod remaneat illa accessio sine principali: licet Ang. sentiat hic contrarium. & non bene. ideo dico hoc verum siue secunda sit interposita cū eodem, siue cū alio. & cum ille alius promiserit contēplatione debitoris siue creditoris: quia vtrobique subest eadem ratio. Item siue mora fuerit contracta per interpellationē, siue per factum promissionis, qui rem debitā

3 interemisset, vel lætaliter vulnerasset. † Secunda cōclusio est. quod si alterum deficiat, vel quod sit interposita nō animo nouandi, vel nouandi animo, tamen sub conditione, & cōditio pendeat, non est sublata mora præcedens: nisi res tempore secundæ stipulationis esset præsens: quia tunc tollitur, & videtur oblata tacite: vt l. qui decem. §. j. in fi. à contrario sensu. j. de solu. sed si secunda esset purificata, idem esset dicendum per omnia quod in prima conclusione. Tertia conclusio est quod si res fuit præsens in aliquo de supradictis casibus, licet regulariter mora purgetur: fallit tamen in tribus casibus. Primus quando esset expresse actum cōtrarium quod non purgetur vt hic in tertia solutione glo. quæ sic debet intelligi. Nam in in prima conclusione nō pōt hoc habere locū, vt dixi. & in secunda si non fuisset præsens, nō fuisset hoc necessariū: quia nō tolleretur etiā si nō fuisset expīse actū. oportet ergo necessario intelligere dictū Rogerij in casu prædicto q̄n res erit præsens & sic fuisset in mora purgata, si nō fuisset expresse actum & hoc no. quia bene possunt partes hoc facere, quod nō tollatur iure tacitę obligationis: nō sic quod non tollatur iure nouationis. Secundo fallit q̄n secunda ꝓmissio facta esset ab illo, nō contemplatione debitoris, sed creditori: vt prima solutione glos. dū dicit in l. quoties. Secundus nomine primi ꝓmiserat &c. Et illud idem repetit, & plenius ante finē in ver. respondeo. illud q̄n ipse idē promisit &c. q̄d est singulare. & doc. b nō reprobant. imo videtur hoc tenere & est magna limitatio ad ista iura. Tertio et vltimo fallit, si prima mora[b] fuisset cōtracta per maleficiū: quia seruū, promissum mortifere vulnerauit. nā licet ipso ꝑsente ipsum ꝓmiserit, postea sub cōditione nō purgat moram præcedentē, & sic eo mortuo ex illo vulnere poterit cōueniri, licet secus si fuisset mora per interpellationē tantū & hoc voluit vltima solutio quam ponit gl. in fi. quæ est singularis. Vltimo no. gl. in secunda solutiōe, quæ videt placere gl. cū eā defendat à duplici impugnatione. Et postea idē repetit in ver. [Item op.] & in ver. [vel dic quod hic postea.] quod licet pendente conditione vel die nō poterit debitor in mora constitui per interpellationē. vt §. eo. l. cū filius. §. fi. bene pōt cōstitui ꝓ factū suū si debitam rem interemit, vel lætaliter vulnerauit. Sed tunc opp. fortiter. si sic est, sequitur ergo q̄d adueniente postea conditione poterit cōueniri ex illa stipulatione: quia fuit perpetuata propter illam moram. Sed cōtra quod imo nō potest tanq̄ illa fuerit extincta, sed bene potest cōueniri actione de dolo: vt l. si fideiussor. §. de dolo. Solu. & tene mēti. Bar. j. eo. l. mora. subtiliter soluit istud contrariū dicēs quod ista gl. debet intelligi quando per interitum rei purificabatur obligatio. nam hic prima stipulatio fuit originaliter pura, & postea propter secūdā reddita est conditionalis: quia sperabatur nouari per eam existente conditione secundæ. si ergo primus promissor interuenit rem, secunda non pōt cōmitti. & sic nec prima nouari. ideo recurritur ad suā pristinam naturam. & purificat per interitum. & si originaliter fuisset cōditionalis, nō purificaretur: & haberet locum contrarium, quod per interitum nō constitueretur in mora: nec ob hoc perpetuaretur & agere[t] de dolo. Tene menti: qa subtilissima sunt ista.

a ¶ Verbis Ang. Reiectis controuersijs & opinionibus varijs super hoc passu saniorem mecum luris Intellectum spectate.

b ¶ Prima mora. l. quot modis purgat mora debitoris, vide per Pau. de casin l. subtracto. super gl. C. de fur. & ser. corrupto.

LEX LVI.

Si quis si Titius. Obligatio conditionalis trāsmittitur ad hæredes ꝓmissoris. h. d. certe etiam ad hęredes stipulatoris: vt in fi. eo. §. ex cōditionali. nō sic in vltimis voluntatibus: vt l. à testatore. de condi. & demon. s. ex parte honorati: sed ex parte grauati secus: quia idem quod in contractibus: vt per mortem grauati non extinguatur legatum conditionale, vt l. publius. §. j. de condi. & demon.

2 *Iter & actus, qualiter differant?*

3 *Si debes mihi centum, & mandas alicui campsori quod mihi soluat uel promittat pro te, & ipse promisit, an sis liberatus à me: & sic an sit facta nouatio?*

4 *Quid si mandasti quod mihi solueret, ipse autem promisit, & non soluit, & erat debitor tuus, an fiat nouatio?*

LEX LVII.

1 **Vi vsumfructum.** †Secunda stipulatio cōtinens plus q̄ prima, valet & nouat primā etiam si non fuisset expīse actū: si cōtinet min[us], nō valet: nec primam nouat nisi fuerit expīsse actū. h. d. secundū verū intellectū, ad hoc allegatur ista lex & l. si pupillus. §. fi. j. de noua. & primo ponit quādo continet plus usque ibi: [e contrario. de quo ponit solum vnū exēplum. Secundo quando cōtinet minus: de hoc ponit quatuor exempla vsq; ibi: [nisi.] Tertio limitat quod dixerat in hoc secundo casu. nam ille versi. ad primum casum nō refertur. In tex. ibi. [similiter est ei.] istud verbum similis, facit pro differētia gl. quæ tenent quod vsufructus non sit vere pars fundi: nā si esset vere, non diceretur similis: quia nullum simile est idem: vt l. quod Nerua. cum ibi no. §. deposīti. sed tu dic vt dixi. §. eo. l. cum qui. §. penulti. q̄ potest dici pars fundi vere sumēdo fundum pro quodam toto intellectuali, & dicitur pars dominij: vt l. iij. §. de vsufructu. nec obst. l. recte dicimus. de verbo. signifi. vbi dicitur quod non est pars dominij, non respondeo vt ibi not. in glo. Et aduertendum hic quod non dicitur an ista stipulatio secunda, quæ continet plus, valeat vel

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Quod sint diuersis seruitutes. Adde Bar. cepolā Veronē sem in tracta. de seruitutī.

b ¶ Mandās eidam campsori. Adde gl. in authē. de fide instru. §. argētariorū. Baldin l. frustra. C. de nō nume. pecu.

non, nec etiā an nouet primā. Sed glo. iij. quæ incipit. [aduersarij.] tenet quod valet, nisi quatenus cōcurrit eū prima & hoc vltimū dicit ꝓpter l. qui bis. Tu dic, quod imo valet in totū etiā in eo in quo concurrit. nec ob. l. qui bis. quia loquitur quando nō cōtineret plus. & ista glosſ. sentit quod in l. qui bis. secunda stipulatio nihil valeat, licet ibi teneat contrariū. Itē quantum ad nouationem glos. fi. tenet ꝙ nouat prima, & illa videtur contrariari huic: quia si nouat, imo valet in totum, alias non tolleretur prima. In tex. ibi. [deinde partem.] nec hic Iurisconsultus declarat an ista secunda quæ continet minus, valeat: & an nouet primam: sed illa eadem glosſ. quæ incipit. [aduersarij.] ante fin. ibi dum dicit. [valet.] tenet quod non valeat sicut nec in sequenti exemplo. sicut de actu & itinere. vbi Iurisconsultus dicit quod secunda nihil valet. & subdit quod in vtroque est intelligendum quod nihil valeat. scilicet quantum ad vtilitatem: sed bene valet mero iure. & ex ea oritur actio. & idem dicit glosſ. sequens in fine. & alia quæ incipit. [quo ad vtilitatem.] & habuerunt respectum istæ gl. ad illud quod not. glosſ. in dicta l. qui bis. Tu dic quod ipso iure non valet. Nam si non valet quando continet tantūdem, vt dixi in dic. l. qui bis. multo minus quando continet minus. Si autem quæritur an nouet primam. glo. fi. ponit exemplum inter istum casum & sequentem. & vult quod in illo casu quia vsusfructus est pars fundi, saltem interpretatiue, fiat nouatio, quia secunda continet idem quod prima, saltem in vsufructu secus in sequenti casu. quia iter non est pars actus secundū gl. nec vere, nec interpretatiue. sed est seruitus diuersa. vt infra de nouatio. l. si pupillum. §. fina. & nouatio non fit nisi secunda contineat idem, & ex eadem causa. Sed certe in primo dicto quod fiat nouatio quando primo stipulor fundum, postea vsumfructum. glosſ. loquitur contra. l. eum qui. §. penulti. vbi quando continet minus non fit nouatio etiam cum interuentu nouæ personæ, multo minus quādo continet minus. vt est casus in l. cire debemus. circa prin. §. eo. nisi etiā quando cō tinet tantūdem non fit. Illud aūt quod gl. dicit, poterat ꝑcedere de iure vetustissimo ante iura digestorum; vt dixi in d. §. pe. per §. præterea. instī. quib. mod. tol. obli. ideo glo. fi. in fi. videt

2 postea se corrigere. dū dicit † quod iter nō est pars actus nec vere, nec interpretatiue, procedit si cōsidereť tanquā seruitus

a per se. Nam fateor quod sint diuersæ seruitutes. [a] vt l. j. de seruī. rustī. prædio. sed si consideret tanquā cōmoditas actus, dicitur pars integralis eius. Nam actus eūdi & agendi. i. iumentū oneratū ducendi. sed nō potest duci nisi ipse vadat. ergo actus sine itinere esse non pōt. sed ex his duabus cōmoditatibus cō ponit vnū totū quod dicit actus sicut in proprietate & vsufructu cōponit dominiū. In hoc tamē differt: quia proprietas & vsusfructꝰ possunt abinuicē separari: & vnū esse penes alium, alter penes alterū: sed cōmoditas eundi prout inest actui, non separatur a cōmoditate agēdi, nec potest vna esse penes vnū, altera penes alterū. & propter hoc glo. quæ incipit. [aduersarij.] dicit ꝙ est impossibile ꝙ interfit pars, quia partes recipiūt interdū separationē adinuicē & interdū inseparabilem, vt partes hominis, & partes domus. quarū separatio corrūperet subiectū. Sed separatio vsusfructus a proprietate nō corrūpit subiectū, nec facit desinere esse dñium: imo adhuc dicit esse dominiū: & potius penes proprietariū quā vsufructuariū. Vnde ꝓprietarius recte dicere potest ista res est in totum mea: licet vsusfructus sit alienꝰ. & hoc dicit. l. recte dicimus. nō sic pōt dicere fructuarius. vt j. l. suos. de leg. iij. licet poterit dicere se habere dominiū Iurisconsultus: vt l. j. si vsusfructus petat. & not.

3 in l. naturaliter. de acquir. pos. † Vltimo quæro de vtili quæstione, quæ quotidie de facto contingit: debes mihi centū, &

b mādas cuidā camplori [b] ꝙ mihi soluat vel promittat pro te: & ipse ꝓmisit. Quæritur an sis liberatus à me: & sic sit facta nouatio. Bar. in l. singularia. §. si cer. pet. circa medium tenuit ꝙ sic, si secuta est promissio etiā de iure hodierno: secus si secuta nō esset promissio: sed solū mandatum: ne respondet ad l. fi. C. de noua. vbi videtur esse casus in contrariū: ꝙ etiā interuentu nouæ ꝑsonæ, non fiat nouatio. si ergo post promissionē camplor

efficeretur cessans & fugitiuus, nō possem ad te redire secundum opinionē Bar. Ang. hic nō allegādo Bart. tenet cōtrariū per hāc l. quia ista secūda promissio nō cōtinet plus quā prima licet dicat de cōsuetudine seruari cōtrariū in quibusdā locis: vt Florentiæ: sed melius allegasset illā l. fi. & pro isto dicto videretur tex. cum gl. singularī. in auť. de fideiuſ. circa fi. in vers. argentariorū. quivult ꝙ qñ isti argentarij promittunt pro alio, sit in electione creditoris an velit agere cōtra principalē, vel cōtra argentariū, etiā principali nō excusso: propter fidē quæ adhibereť talibus argentarijs seu campsoribus. licet cōtra aliū fideiussorē non poterit agi nisi excusso principali: ergo sequitur ꝙ principalis nō fuit liberatus. Breuiter debes aduertere no. ꝙ aut ille campsor non habebat pecuniā tuā, & sic nō erat tuus debitor, & tunc non fit nouatio, & illo casu debet intelligi ille ver. argentariorū. cū sua gl. quę nō est alibi. Aut habebat pecuniā tuā, & sic erat debitor tuus iussu tuo: tamen promisit & procedit dictū Bar. quia ista fuit quædā delegatio, quæ nō dicitur fieri nisi fiat de debitore iussu creditoris: vt no. in l. mulier. §. quāuis. §. ad velleia. in glo. per quā delegationē tam olim iure isto quā etiam hodie fit nouatio: vt l. si quis delegauerit. j. de noua. quā Bar. ibi dicit esse correctā ꝑ illā. l. fi. & debet intelligi quando alius nō debitor se obligaret pro te æque principaliter: vel iussu tuo, vel sine iussu: secus quādo erat debitor tuus, & tanquā debitor iussu tuo promisit mihi. & hoc reperio Bal. tenuisse. licet Bar. non faciat mentionē, nec declaret: vt §. dixi. C. de execu. rei iudi. l. ij. vbi omnino vide. & etiā not. in l.

4 frustra. C. de non nu. pecu. † Sed quid si mandasti quod mihi solueret, ipse autem promisit, & non soluit, & erat debitor tuus, an fiat nouatio. Idem Bar. videtur sentire. in d. l. singularia. quod sic. & ꝙ ille potuerit promittere: sed tu dic, quod in præiudicium tui, vt ipse liberetur à te, non potuit hoc facere: vt est casus j. de noua. l. si debitorē meū. & in l. si stichum. in. §. fi. sed in fauorem tuū: vt tu liberareris à me, bene potuit hoc facere, si hoc fecit eo animo: vt in l. solutionem vel iudiciū. j. de solu. tamen ista non est propria delegatio: quia per delegationem tu liberaris à me: & ipse à te: & incipit mihi obligari: ideo isto casu puto requiri quod expresse agatur vt promittat animo te liberandi: alias non libereris. per illam. l. fin. C. de noua. Tene menti. quia ista sunt quotidiana, & male declarata per Doctores, & pluries videtur dubitari.

2 ☞ *Statutum quod instrumenta mittantur executioni, sicut sententia diffinitiua: an statum quod quis obligatur per instrumentum, dicatur constitutus in mora, si non præcesserit interpellatio?*

LEX LVIII.

1 Voties. †In æstimatione q̄ venit officio iudicis mercenarij, habet respectus ad tempus & ad locū quo debuit heri solutio. & non fuit facta. h. d. cū l. sequēti. & intellige qñ postea tempore quo petitur vel alio loco in quo petitur res, non tantum valebat quātū tempore vel loco quo debuit solui. Nā morosus tenetur quāti plurimi fuit à tempore moræ si æstimatio decernit: & ideo damnabitur in tanto pluri quantum tunc plus valet: vt l. vinū. §. si cer. petatur. & l. in hac. de triti. in quibus plene examinabitur materia huius legis. In text. ibi, [stipulatur.] subaudi. & debitor soluit die statuta: & sic fuit in mora. vnde inspicitur quantū plus valebat illa die qua debuit soluere. In text. ibi: [dies obligationis.] hoc sine dubio pōt referri ad id quod sibi dixerat ad diem certum: cuius lapsus interpellat. Sed dū dixit, [vel sub conditione.] ad diē incertum non videtur quod poterit referri: qa euentus conditionis non interpellat: nec in mora constituit: cum faciat oriri obligationē & actionem: & eodem tempore non debet oriri obligatio & induci mora: vt in l. ꝙ dicimus. j. de sol. & sic non inspiciebat quātū plus valebat tempore conditionis euenienus: sed quātum plus valuit tempore quo fuit in mora constitutus per interpellationē. † Sed

2 quid si statutū dicat ꝙ instrumenta mittantur executioni, sicut sententia diffinitiua, an statum quod quis obligatur per instrumentum dicatur constitutus in mora: cum illud instrumentū habeat vim sententiæ per consequens etiam constitutionis, per quam quis constituitur in mora si non præcesserit interpellatio. vide Bar. qui de hoc tangit in l. cum qui. §. de iureiurando.

Stipul

2 ☞ *Stipulatio per quam aufertur libera testandi facultas, an firmetur iuramento? Si quis instituit me hæredem, & in testamento dicat quòd vult quòd illud testamentum sit irreuocabile, & quòd in casu quo reuocetur donat mihi omnia bona sua: an talis donatio ualeat?*

3 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, an ualeat.*

LEX LX.

1 Stipulatio. †Non valet stipulatio ꝙ quā aufertur libera testamenti factio, etiā per indirectū. h. d. & semper allegatur. In text. ibi, [si hæredē me nō feceris.] potest intelligi quod promisisti me facere hæredē: & ista ꝓmissio aufert tibi directo liberā testamē. factionē. Itē qđ nō ꝓmisisti: sed solū ꝓmisisti pœnā, si nō feceris. & sic incipit à ꝓcedenti cōditiōe: & ista aufert per indirectū, quia timore ne incidas in pœnam induceris ad me in-

2 stituendū, cum forte velles potius alium instituere. † In tex.

a ibi, [contra bonos mores [a] est hoc stipulatio.] & sic non firmatur iuramento. vt in regula non est obligatorium. de regu. iur. lib. vj. & per istam l. plura determinantur. Primo determinat Bar. contra Dy. qui tenuit in capitulo quod semel. de reg. iur. quod si instituis me hæredem, & in testamēto dicis quod vis quod illud testamētum esset irreuocabile: & quod in casu in quo reuocetur ex tunc donas mihi omnia bona tua, quod illa donatio valet: quia potest fieri in actu vltimæ voluntatis & non vitiat testamentū: vt no. in l. hæredes palam. §. fi. supra de testa. Bar. quia per hanc donationē aufertur tibi libera facultas reuocandi testamentū, quæ debet esse libera, sicut facultas conficiendi testamentū: & hoc etiā si non esset facta de bonis præsentibus & futuris, qñ est facta sub turpi cōditione si contingat te mutare testamētū. & hoc cōsuluit Dy. licet in illo c. notauerit cōtrariū. Bal. in l. sancimus. circa fi. C. de testamē. tenet istud dictum, quando dixit si mutaret institutionem vniuersalē: non sic si esset legatū particulare: & si legas mihi fundum. Et in casu quo reuoces ipsum, mihi dones: quia per hoc non aufertur libera testamenti factio in alijs & licet Bal. alleget, tñ reperitur Bar. idē tenuisse in quibusdā antiquis recollectis in l. lubemus. in fine. C. de sacrosan. eccl. ꝓ illū tex. cū glo. & ista est singularis limitatio. Nā omnis vltima volūtas siue cōstat in instituendo, siue in legādo, videbať ꝙ deberet esse libera. vt l. j. C. de sacrosan. eccle. in versi. liber lit stylus. Item per hanc l. determinatur quod si iurauerit non reuocare testamentum, licet reuocet, non est periurus: quia illud iuramentū ipsum non obligat ad id quod erat contra bonos mores. licet Io. an. videať tenere cōtrariū ꝙ valeat reuocatio, tamē est periurus: vt in d. c. quod semel. de quo vide Bar. in l. quis cum filio

3 de leg. iij. † Tertio determinatur quod nō valet donatio omniū bonorū præsentiū & futurorū: quia ꝓ eam aufertur ꝓ indirectū libera facultas testandi. cum non est reperire qui velit esse hęres. sed si nō diceret futurorū, valeret: quia posset alia acgrere: nisi vt §. dixi. in prima quæstione, quādo fuisset facta sub turpi conditione, si reuocaret testamētum. Sed Ange. hic tenet contra Bar. imo ꝙ valet, etiā si dicat futurorū: quia potest alia acquirere, vt nō veniat in donatione: vt si sibi relinquerentur bona, vel donarentur cum hac conditione quod donatori non acquiratur: vt in auť. excipitur. C. de bo. quæ libe. tamen quia istud raro cōtingit: tutius est sequi opi. Bar. quā cōter vidi teneri, nisi aliqua sibi conseruauerit, velut vsumfructum. & fructus percepti non caderēt in donatione: quia reseruādo vsumfructū videtur seruare fructus qui ex eo percipientur. & de illis poterit testari. nisi forte essent ita tenues ꝙ vix sufficerent ad vitam. Non sunt alia. cætera vide per Bart. & Bald. plenius in l. fi. C. de pact. circa materiam huius legis.

2 ☞ *Monachus unius monasterij, qui detinetur per aliud monasterium, cui acquirat?*

LEX LXI.

1 Seruus. †Sed an eodem modo obliget dominum inuitum: dic quod sic de peculio, si habet: alias secus: vt in toto titulo de peculio. Item pone quod dominus non possidebat seruum, sed alius: an in stipulando vel aliter contrahendo acquirat domino. dic quod sic quando nominatim in personam domini. Idem si non nominatim: si tamen extra rem bonæ fidei possessoris, vel operā suam: vt §. de acqui. re. do l. homo hb. §. fi. & l. arboribus. §. de illo. §. de vsufru. & quod no. j. de stipula. seruo. l. si communis ser-

2 uus. circa fi. ti. per gl. & Bar. qui dicit † In-

a b ducūt ad quæstionē de monacho [b] vnius monasterij ꝙ detinetur per aliud monasterium, cui acquirat possessionē: tñ dño nō acquirit: nec acquisita per eū detinent ex quo ab alio possidebatur, imo etiam si nō possideretur: sed esset fugitiuus, & sic ciuiliter possideretur per dominium: vt l.

b j. §. per seruum qui in fuga. de acqui. pos.

LEX LXII.

c Si ita quis. Adveritatē alternatiuæ [c] sufficit alteram partē esse verā, & stipulatio semel commissa ad pœnam, amplius non committitur. h. d. secus si ad interesse: vt in legibus allegatis in glo. ꝓ cōtrarijs, sed dic: vt j. eo. si sic. similiter & ad pœnā, si hoc esset expresse actum ꝙ toties committatur quoties cōtra factū fue-

d rit: vt l. si duo. in fi. cū ibi not. de arbi. In tex. ibi: [vltra prius.] Istum tex. aliter allegat Bal. satis pulchre. ꝙ ex causis ad idē vel eūdē finē cōcurrētibus celerior cōsumit effectū: vt ipse no. in l. j. de seruis fugi. Et loquitur hæc in alternatiua cōtinente facta affirmatiua. si vero facta negatiua, tunc requirit concursum vtriusq; : vt in l. si is qui ducenta. §. si ita. de rebus dubijs. & l. Lucius. de hæredibus. instituendis.

a ¶ Cōtra bonos mores. Adde qđ boni mores ꝑferantur dignitati vt est gl. in l. ij. ff. de testi. & quot modis quid dicatur esse cōtra bonos mores. vide per Bal. in l. pactum. in xix. q. C. de col.

b ¶ Ad quæstionē de monac. Adde Ang. cōsi. ccxxiij. inci. cātalis est. Iac. de vber cel. Ca. cōsi. xxij. & consi. xxvij. in tit. de reg. Bart. consi. xx. inci. vbi Christus in ij. volumine.

c ¶ Ad veritatem alternatiuæ. Adde Socin. consi. liij. incip. vt verā testatoris intētionem. in j. volu.

d ¶ Et adde qđ particula in dispositione posita temporis initiū denotat. Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure l. j. §. dies. ff. de libe. l. j. §. de itinere actuq; priuato. & Oldra. in cōsi. xlix.

2 ☞ *Illa uerba ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc quæ per notarios apponuntur in instrumentis, quid importent.*

LEX LXIII.

1 Hiusmodi. †Potest expresse agi inter partes ꝙ adueniente conditione retro debeatur, & pro tempore præterito, ac si stipulatio fuisset pure interposita. h. d. In tex. ibi, [dena re.] id est decem: sed ꝓprie loquendo dena. significat bis decē: sed dic qđ not. Bar. §. eo. l. stipulatio ista. §. eū quę ita. In tex. ibi, [nō immerito dubitabitur. imo videtur qđ frustra dubitatū fuit ꝙ cōditio casualis in contractibus retrotrahať ad diē cōtract⁹, ac perinde habeť ac si cōtractus fuisset pure celebratus ab ipso prin. etiam si fuerit expresse actū: vt l. qui potior. & l. balneū. qui po. in pig. ha. sed certe illud procedit in stipulatione simplici, non annua. quo casu non grauatur promissor ꝙ cōditio retro trahať. sed efficitur cōditio stipulatoris melior respectu illorum qui postea cōtrahūt cū eodē ꝓmissore: vt in dictis legibus: hic loquitur in stipulatione annua: in qua grauatur ꝓmissor, si habet soluere ꝓ tempore præterito ante cōditionis existentiam. nā nunc vere non fuit debitū licet existens conditio fingat fuisse debitum. & hæc fictio videbatur non debere grauare debitorem: vt pro illo tempore ille habeat soluere. & in

2 hoc forte erat dubitatio. † Not. istam l. ꝓ verbis quæ apponū-

d tur per notarios quod promisit ex [d] nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc.

2 ☞ *si dico promittis mihi hunc bouem, cum sit asinus: & tu dicis promitto hunc æquū referendo te ad idem corpus, quod ista uarietas non noceat.*

LEX LXIIII.

Væ extrinsecus. † Superfluitas verborum stipulationem nō vitiat, si adsunt verba necessaria. nec etiam diuersitas inter interrogationē & responsionē, si in effectu idem important. h. d. Oppo. cōtra. primū dictū. quia actus extraneus vitiat stipulationem: vt j. eod. l. cōtinuus. in prin. Sol. illud quando contingit in facto, vel etiā in verbis, si haberent impedire cōtextū verborū stipulationis. vt si dico promittis mihi decē: tu respondes dimittamus pro nūc, vis mihi vendere talem rem & ego respōdeo sic, & facimus venditionē: postea respōdeo: promitto. credere ꝙ vitiaret stipulatio: quia nō fuit contextus verborū inter interrogationē & responsionē: hic vero sic: & idē in testamentis in casu quem tetigi. §. eo. l. stipulatio hoc mo-

2 do. † Cōtra secūdū dictū opp. quia varietas in nominibus ap-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a C Infans non potest stipulari. Adde Bar. in l.j. ff. de noua.

loris tot librarū, quantū tot libræ auri cū pecunia recipiat interse functionē. Vnde vulgariter dicit tantū valent duo solidi quantū xxiiij. denarij: vna tñ glo. quæ est hic: & quæ semp allegat, dicit ꝙ etiā significat rem diuersam: si autē cōstat de corpore per demonstrationē factā ad oculū, vt si dico promitto mihi hūc bouē, cū sit asinus: & tu dicis ꝓmitto hunc ꝙuū, referendo te ad idē corpus, ista varietas nō noceret, licet sit in nominibus appellatiuis: quod not. ad declarationē l. si quis in fundi. Itē si cōstaret de corpore ex conuentione expressa facta inter partes, quia si egimus inter nos ꝙ cū nominauero bouē, sensero de equo: vt no. in d.l. si quis in fundi. & ꝙ cū nominaueris asinū, sensero similiter de equo, vt ibi loquit: ergo illa lex qñ aliter per cōiecturas posset cōstare, cum quia egimus ꝙ mitteres mihi equū, & incontinenti reperit instrumentū factū de boue. nam verisimile est ꝙ fuerit erratum. tñ iste error non prodest ad cōseruandū stipulationē, imo eā vitiat, secus si esset in nomine proprio tantum: vt in illa l. in prin.

LEX LXV.

SI minor. Quod quis non potest facere per se, nec per alium. h.d. secundū vnū intellectū glos. tamen non est verum simpliciter: sed dic vt plene no. in l.ij. §.j. de admini. rerū ad ciui. parti. dic ergo aliter, ꝙ sicut minor xx. annis nō potest manumittere seruū proprium nisi causa cognita corā iudice: vt in tit. de manu. vindi. Ita non pōt consentire vel stipulari vt seruus sibi debitus manumittatur: licet adhuc non sit proprius: quia videtur esse cum sit futurus, & hoc no. ad intellectū tit. de rebus corū. vt sicut minor sine decreto iudicis non potest alienare rē suā immobilē, ita nec rem immobilem sibi debitā actione personali, licet antequam tradatur nō sit sua. facit quod no. in l.j. C. si aduer. transact. Hic non sunt alia.

LEX LXVI.

LLa stipulatio. Stipulatio prætoria nō vitiatur: licet non cōtineat factū promissoris. hoc dicit. facit j. eod. l. quoties quis. casus est iste. dubiū faciebat hic. l. v. §. stipulatio. ś. eo. quia stipulatione debet quis promittere se aliquid daturum, vel facturū: sed hic neutrum promittebat: sed impersonaliter ꝙ res pupilli salua erit: sed subintelligitur se facturū & curaturū ꝙ erit salua: sicut ꝓmittit hominē sisti in iudicio: vt in d.l. quoties quis. & hoc quia est prætoria. alias non semper esse hoc verum.

2 ☞ *Promittens facere quod habeam decem, an teneatur dare?*

1 §. Eum qui decem. † Qui promittit curare ꝙ habeam decem nō pōt cōuenire vt decem det: quia liberaē dando idoneū promissorem.

2 h.d.gl. † Opp. de. l. si hæres iussu. de leg. j. Sol. si promitteres facere quod habeā decē, non videris hoc fecisse nisi des. vt in contrario: secus cū promittis curare: & hoc quando ista verba nō referunē ad certā & determinatā personā: alias idē importat vnū quod aliud: vt si promitteres curare quod Titius mihi dabit. nā tantū importat quantum si promitteres facere quod Titius dabit: & ideo notarij dicunt promittit se facturū & curaturū: apponēdo vtracꝫ verba secundū Doct. vt hic in j. glos.

LEX LXVII.

SIpoenam. Stipulatio dandi quando datio nō est simplex nec perpetua: sed reuocabilis dicitur potius stipulatio faciēdi: & ideo si si nō det, cōmittit ad interesse quod incertū: nisi sit apposita certa pœna. h.d. & no. istā l. Opp. mutuū est qñ fit de tuo meū: vt l.ij. §. appellata. ś. si cer. peta. si ergo promittis mihi mutuare centū, videris promittere dare: sed stipulatio dandi nō cōmittitur ad interesse, si nō detur: sed pcise ad dandū: vt j. eo. l. vbi autē nō apparet. in fl. & hic dicitur contrariū. In fi. gl. sup verſ. incerta. dicit ꝙ hic nō promisit mutuare, sed tradere, & ꝙ liberaretur tradendo pecuniā: & sic continet factū. argu. ś. eo. l. si rē tradi. hoc nō placet Doc. quia idē est tradere qđ mutuare. dic ergo ꝙ contrarium loquitur in stipulatione dandi simpliciter continentis dationem irreuocabilem. hic nō est simplex. sed continet dationem ad tempus, & irreuocabilem. Vnde non interest mea in tota quantitate, sicut in præcedenti interest, cum habeam ipsum reddere. sed interesse potest per aliam causam: quia soluam creditori meo, & euitabo pœnam, vel venditionem pignorum. & interesse potest esse minus quam centum: & ad hoc committitur. Sed contra. quia istud est interesse extrinsecum, cuius non debet haberi ratio. vt l. si sterilis. §. cum per venditorem. ś. de actī. empti. Sed dic quod istud est verum nisi posset cadere intrinsecum: vt in rebus æstimabilibus. puta vino, vel frumento, quorū pretia variantur ex tempore. Vnde in eis nō habetur consideratio nisi de pretio crescente, & decrescēte. quod dicitur interesse intrinsecū. vt in cōtrario. Nos loquimur in pecunia, cuius æstimatio semper est vniformis. Vnde cadit interesse intrinsecū: ideo venit intrinsecū: vt hic in tex. & glos. j. eo. libro homo. §. fi. & ibi no. hic nō u nt alia.

LEX LXVIII.

Si ita ſtipulatus. Stipulatio inutilis non nouat ꝑcedētē vtilē. h. d ſ. cun dū gl. In tex. ibi, [hypocēthaurū.] ſubaudi & non ſtetit: vñ q̄ritur ac iſta ſtipulatio de ſiſtendo ſit nouata p ſequētē ſtipulationē pœnalē, vt ſic ex ea nō poſsit agi ſaltē ope exceptionis videbat ꝙ ſic. vt l. obligationū fere. in fi. ſ. ti. j. ſed contrariū eſt. nā illa loqt qñ ſequēs ſtipulatio pœnalis erat valida: hic nō: qa cōtinebat vnū ꝙ nō reperit in rerū natura. l. hypocē thaurū: & ſic hr ꝓ nō facto & poterit agi ex prima ad factum vel ad intereſſe. hodie vero dicit gl. ꝙ etiā ſi eſſet valida nō no

c uaret primā: niſi eēt expreſſe dictū[c] p l. fi. C. de noua. ꝙ falſum eſt, & p cōſequens reprobat, qa illa loqt in ſtipulatione coæ quęua: nō aūt in pœnali in qua iura vetera nō corrigunt per il lam. l. vt no. j. e. l. ſi ita ſtipulatus. hic non ſunt alia.

§. Poſſum. Qui promittit ſoluere nomine debitoris, nō dr fideiuſſor: nec pōt cōueniri ſi debitor eſt ſoluēdo: ſed demū in ſubſidiū. h. d. iſte ſingularis caſus. In tex. ibi, [nomine Titij,] ſubaudi qui erat debitor meus pone in centum. In tex. ibi, [neque enim.] Opp. ꝙ iſta ſtipulatio nō valeat, qa nec valeret ſic ſi ꝓmitteres mihi dare centū Titio, ſi mea nō interſit. vt l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ſed rñd. ꝙ iſti caſus nō ſunt ſimiles. In tex. ibi, nihil ex hac ſtipulatione cōeq poſ ſumus:] ſed cōtra de l. nō recte. C. de fideiuſ. vbi eſt in electiōe mea conuenire quē volo, etiā fideiuſſorē omiſſo principali: poſito etiā ꝙ ſit ſoluendo principalis iure iſto: licet hodie ſecus niſi principali excuſſo, vt ī auth. pñte quæ ibi ſignat. Sol. ibi in fideiuſſore: ſed iſte q

b ſic ꝓmiſit nō eſt fideiuſſor. ſed quare non hic eſt difficultas. glo. intelligunt ꝙ ꝓmiſiſti te facturū & curaturū ꝙ Titius mihi ſolueret: licet in tex. hoc non dicat. & niſi hoc faceres, ꝓmiſiſti ſoluere noīe ſuo, & c ideo non es fideiuſſor: quia principaliter te non obligaſti ad illud ꝙ tenebat Titi⁹, ſed ad factū tuū: ſed fideiuſſor eſt ille q ſe obligat ad illud idē ad ꝙ tenet principalis vt l. de fideiuſ. l. ſi cum reus. & iſte intellectus nō placet. Primo. qa de hoc non fit mentio in tex. & ſic eſt diuinare. Secūdo, qa licet rōne primæ partis te facturū & curaturū, non eſſes fideiuſſor, ſaltē tñ rōne ſecundæ partis inquātū ꝓmiſiſti ſoluere p eis videris fideiuſſor. vnde Dy. dixit ꝙ rōne eſt quia Titius tenebat dare, tu autē nō ꝓmiſiſti dare ſed ſoluere. & iſtud eſt factum potius quā datio: ſed hæc eſt vna truffa, qa datio non fit ſine ſolutione: et iſta ſolutio licet ſit factū: qa tñ ordinat ad dādū, reputat datio. vt dixi ſ. e. l. cum ſtipulati ſumus. & l. quinta §. fi. dic ergo ꝙ iō nō es fideiuſſor, qa promiſiſti ſoluere nomine Titij: ſed fideiuſſor nō ſic ꝓmittit: ſed ſimpliciter vel noīe ſuo, & p ſua obligatione, licet ad vtilitatē Titij: & poſtq̄ ꝓmiſiſti pōt ſoluere vel noīe principalis: & tūc illū liberat ipſo iure, vel in cōſequētiā etiam ſeipſum, vel noīe ꝓprio, & pro ſua obligatione: & tunc liberat ſe ipſo iure. ſed principalē nō: ſed dūtaxat ope exceptionis. & in dubio cēſet noīe ſuo ſoluere, & p ſua obligatione. & ꝓpter hoc ꝙ principalis remanet obligatus mero iure: qa creditor tenet cedere fideiuſſori ſoluenti actionē cōtra principalē etiā ex interuallo. & nō obſtabit fideiuſſori exceptio q̄ obſtabat cedēti: qa nō ſubeſt eadē cā vel ęqtas, ſed ſi ſoluiſſet noīe principalis, non poſſet cedi actio ex interuallo: niſi fuiſſet expreſſe actū tpe ſolutionis ꝙ deberet fieri. & hæc habent in l. Papi. ſ. mā. & pleniſsime in l. Modeſtin⁹. j. de ſol. iſte ergo noluit eſſe fideiuſſor ſic ꝓmittēdo. Ex quo ſeqtur ꝙ etiā iure iſto neceſſaria erat excuſsio principalis anteq̄ poſſet conueniri. ꝙ eſt ſingulare hic. & forte alibi non reperitur. iō diligēter attēde ad verba inſtrī: qa notari⁹ nō habēs de hoc notitiā de facili poſſet errare. & aduerte: qa iſta ſtipulatio etiā valet ſi à principio Titius erat ſoluēdo & ſortiet effectū cū deſierit eſſe ſoluēdo: & hoc etiā ſentit gl. fi. ſed qñ ſtipulor dari Titio, niſi mea ītereſt ab ipo principio nō valet, ēt ſi poſtea īcipit ītereſſe vt no. in d. §. alteri. & iſti caſus ſunt difficiles. vt dicitur in ver. neq; enim.

2 ☞ *Matrimonium nō debet contrahi propter pecuniam, ſed iuſtis affectionibus, nec etiā metu pœnæ. & nu. 3.*

3 *Quid ſi tertia perſona leget vel promittat ſi tali nupſero.*

1 **§. Si tibi nupſero.** †Non valet promiſsio de aliquo dando ſub conditione ſi ſtipulator cōtraxerit matrimoniū cum promiſſore, niſi appareat iuſta & honeſta cā vel niſi fiat ex cauſa dotis, vel donatio-

2 nis propter nuptias. h. d. no. valde. † In tex. ibi, [cā cognita,] puta mulier erat nobilis, licet pauper: ille nō merebat eā hr̄e ratione natiuitatis: certe licitum fuit mulieri in compētationem huius aliquid ſtipulari ab illo. vt l. ſi voluntate. C. de dotis ꝓmiſ. alias ſi nō apparet iuſta cā, nō valet. qa præſumitur inhoneſta cauſa libidinis. ar. ſ. ti. j. l. fi. & qa per hoc matrimoniū redditur quodāmodo venale. ꝙ eſſe non debet. vt l. j. & ij. de do. inter virū & vxo. non enim propter pecuniā contrahi debet, ſed iſtis affectionibus ſubſiſtentibus. † Sed contra de l. Titio centū. §. j. de condi. & de. vbi ſub ſpe præmij poteſt quis deduci ad contrahendū. & in l. vter ex fratribus. ſ. de condi. inſtitu. Solutio, verum eſt quod à tertia perſona legante vel etiam ꝓmittente ſi tali nupſero. vel in vxorē recepero: ſed ab ipſo cōiuge ſecus: vt hic, ſicut nec metu pœnę. vt j. e. l. Titia. quod diligenter nota.

2 ☞ *Duæ cauſæ lucratiuæ quod in eadem re poſſint concurrere diuerſis temporibus.*

LEX XCVII.

¶ Treuga. an tempore treugæ poſsit fieri tractatus de pace. vide p Bar. cōſ. j. incipi. magnus. in xxvj. col. in iij. vol.

¶ Vel ſtatuto. Add an ex cauſa noua ſuperueniente poſsit pax rumpi. Lu. Ro. conſi. lxxxiij. Ale. conſi. xlvj. iij. lib.

¶ Expreſſe dictum. An nouatio fiat niſi ſit dictum. vide per Lud. ro. conſi. cij. p Rapha. Ful. conſilio cliij. per Alex. conſ. lxxxvj. ij. lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Hoc facere. An valeat appellatio facta viua voce, cū declaratione q redigat in scriptis & vide dnos de ro. decis. ccl. de appel. in antiquis.

1 Xistimo. †In stipulatione conditionali non inspicitur defectus existens tempore stipulationis, vl posteā superueniēs, si tempore cōditionis stipulationis existētis reperiat deficere. h.d. & est verū quādo defectus concernebat rem in stipulationem deductam, vel cōcernebat rem & personam mixtim: secus si duntaxat defectū personæ stipulatoris: quia tūc inspiceretur tempus stipulationis contractę: & redderet nullam: licet posteā cessaret. vt. j. de stipu. ser. l. vsusfructus. & hic in gl. ij. Et primo ponit duos casus in quibus suberat defectus tēpore stipulationis vsq; ibi, [aut si hoc.] subaudi & tamen cessabat tempore cōditionis existētis. & posteā ponit alios duos casus, in quibus non erat defectus tēpore stipulationis: sed superuenit ea pendente & similiter cessauit: ita q tempore cōditionis euenientis nō suberat. et sic medium tempus nō curatur. vt in l. sed & si sub cōditione. §. solemus. de hære. insti. In tex. ibi, [aut si.] probat determinationem suam per reductionē ad absurdum. nā si in casibus præcedētibus inspiceret defectus qui suberat tempore stipulationis interpositæ, vt redderet eam nullam, licet cessaret tpe conditionis euenientis, sequeret q tunc ille defectus qui tempore stipulationis nō suberat: sed superuenit posteā conditione pēdente, similiter debet inspici: & deberet stipulationē vitiare. licet reperiatur cessaret tēpore conditionis euenientis, ꝓpter regulam iuris quæ est, q post quando res peruenit ad casum à quo non potuit incipere, antequā perueniat ad suam vltimam perfectionē vitiat. sicut si fuisset ab ipso principio. vt. j. e. l. pluribus. §. & si placet: & hic ante cōditionis euentum stipulatio non erat sortita vltimatum effectū: & sic sequeret q si fui stipulatus à te fundum Titij ex causa lucratiua sub cōditione, & ea pendente cōsecutus eū fui à Titio ex causa donationis. euanesceret stipulatio: licet tempore conditionis euenientis desiisset esse meus: quia sic accederet si stipulatio esset pura. vt. §. eo. l. inter stipulationē. §. si rem: hoc est autē falsum: quia non euanescit stipulatio, sed ex ea agere possum: & iste tex. †semper allegat in materia de duabus causis lucratiuis, q in eadē re possunt concurrere diuersis temporibus, vt vna incipiat postquā altera desijt. & ita no. per gl. in l. Meuius. §. duobus. de le. ij. licet istam l. non allegent, sed Bar. dicit hic esse casum. sequeret etiā q si fui stipulatus seruitutem ad fundum meum sub conditione, & ea pendente desijt esse meus, euanesceret stipulatio: nec reconualescere: licet tempore conditionis existentis esset meus: quia sic contingeret si stipulatio seruitutis esset pura. vt in d. §. & si placeat. & hoc est similiter falsum. ergo cōcluditur, q si nō debet attēdi defectus superueniens post stipulationē & cōditione pēdente: vt reddat stipulationē nullā, eodē modo nec defectus q fuerat tpe stipulationis interpositæ: dūmodo reperiat cessare quando dies stipulationis cedit, licet in stipulatione inspiciat defectus existens tēpore stipulationis, vt vitiet: & licet posteā deficiat nō reconualescat. vt not in l. si rē meam. §. eod. in fin. glos. mag. hic non sunt alia pro nunc.

2 *Si stipulatio facti habentis factū successiuū cōmittit ad particulare interesse statim q qs fuit in mora inchoādi: licet nō transierit totū tps quo potuit perfici. h.d. & cōcor. l. stipulationes nō diuidunt. §. fi. §. e. & pone exēplū si ꝓmisisti reficere domū quæ minabat ruinam. ad quā refectionē totalē erat necessarius annus, & cū esses in mora inchoandi cecidit vnus paries, qui nō ceciderat si inchoasses, ꝓpter quod dānificor in maiori expensa: puta x. volo statim illa decem petere, opponit mihi q non possum agere nisi finito anno. vt. §. e. l. si ita stipulatus essem abs te. certè nō potest opponi nisi qñ vellē agere ad totale interesse, quia tota domus fuisset, quia nō fuisset refecta, sed ad hoc particulare statim agere possum, qa fuisti in mora inchoandi, sed si non fuisses in mora, quia statim post repromissionem cecidit antequā posses præparare, tunc secus. & hoc innuit, vnde expone in fin. dum dicit, [fulcire.] id est inchoare fulcire.*

§. Ex hac stipulatione. Stipulatio facti habentis factū successiuū cō

3 *Solemnitas non potest committi de voluntate partium.*
4 *Tacitum an habeatur pro expresso?*
5 *Statuta quæ sunt stricti iuris sicut stipulatio, non recipiunt interpretationem extensiuam vltrā vim verborum.*
6 *Statuta nō recipiunt interpretationē restrictiuā vltra quā patiatur verborū proprietas.*
7 *In facultate declarādi rē obscurā post quā declaratio semel est facta, nō ē licitū pœnitere. Differentia inter facultatem declarandi & eligendi.*
8 *Stipulatio an etiam extendatur ad alias res quam expressas? Statuta recipiunt interpretationem extensiuam quando essent inutilia in personis, vel rebus expressis, nisi hoc fieret.*

LEX XCVIII.

Vicquid. Principiū huius l. reputat difficilē, qa cōtinet tria dicta q̄ vident in se cōtraria. et quodlibet eorū legitur pluribus modis in gl. quę procedūt valde inordinatē & cōfuse secundū verum intellectum. quem tenet Dy. & alij. h.d. †Si stipulatio est oīno obscura, ita q nullā recipit interpretationē. nō valet: et ꝓ nō facta hr sed si non est omnino obscura: sed pōt interpretari vel ꝓ reo, vel ꝓ actore, valet: & fit interpretatio ꝓ reo, sed si verba sunt clara pro actore nō restringit: licet reus asserat se aliter vel stricius intellexisse quā verbi proprietas expostulat. h.d. in effectu. & deinde in tres partes, vt in summario: secunda ibi, [aut certè.] tertia ibi, [nec rursus.] Gl. tamen quę sunt hic legūt ista responsa etiā alijs modis, nam gl. illa quæ fuit additio. in prin. dicit q vult dicere q si aliquid fuit stipulatione vallandum, & posteā non fuit vallatū, nihilominus valet. licet appareat de cōuentione partium q voluerit peruenire ad contractum stipulationis super tali re, & tamen non peruenerūt. non em poterit agi ex illa cōuētione, qa nuda: nec ex stipulatiōe, qa nō est confecta. Item intellige etiā si dixerūt q volebant stipulationem haberi pro facta si contingit eā fieri, quia nō pnt hoc agere inter se. ar. l. codicillis. §. fi. de leg. ij. non enim possum remittere solēnitatē à iure requisitam q̄ consistit in verbis: cū sit de iure publico. vt in l. Mæuio. de leg. j. † Vnde dicit Angel. q si quis appellat ab interlocutoria viua voce, & facit scribi in actis per notarium, licet dicat ipse vel iudex q habeat perinde ac si esset appellatū in scriptis, hoc nihil releuat: quia non potuerūt hoc facere[a]. l. j. §. j. de ferijs. vbi prætor non potest derogare iuri publico. † Et secundū istum itellectum & lecturā allegatur ista l. per Doct. in multis ad hoc q solennitas non potest omitti de voluntate partium. facit l. testium. C. de testi. posteā illa eadem gl. in fin. in ver. [vel dic.] ponit secundam lecturam, secundum quam posuit summarium: & aduerte, quia illa lectura posteā in gloss. sequenti explicat in ver. [vel fundum vel vinum in genere.] deinde contra eandem lec. gl. fi. in fi. opponit de l. cum quid si cer. pe. Sed respōdeo q ibi ratione cōtractus præcedentis apparebat de quo partes senserunt: sed non apparet, tunc stipulatio vitiatur. vt §. e. l. triticū. & propter istud contrarium Bar. ponit hic vnam longam distinctionem super illo articulo an tacitum habeatur pro expresso † quam omnino vide. Legitur tertio modo primum dictum in gl. ij. quando fuit deuentum ad stipulationem. & hoc differt à prīa. et verba erāt clara, & i hoc differt à secūda. sed si stipulator dicebat se latius intellexisse quā verba importent, certe non auditur: & imputet sibi quare illud non dixit: quia habetur pro nō dicto, postquam verba non plus importāt. ponit ergo exemplum in eo qui stipulatus est à nouo magistro sua brocarda. quia non veniunt sub hoc verbo aliæ suæ rationes, id est alia opera sua legalia. nam debet scire quod antiqui faciebant multa opera. s. gl. distinctiones, brocarda & similia: & iste stipulator dicebat se intellexisse de omnibus: sed hoc non īportat istud vocabulum. † Et ex hoc not. quod statuta quæ sunt stricti iuris, sicut stipulatio. vt l. constitutionibus. ad municip. non recipiunt interpretationem extensiuam vltra vim verborum. & ad hoc allegatur ista l. hoc declara. vt in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & secundum primam lecturam. dum dicit primū, [dictū.] exponitur. i. dicendum. & eodem modo secundum tertiam cū dicit astringendū. secundū primā exponit. i. perficiendū. secū dum tertiam exponitur, ll. extendendę seu ampliādę. Item secūdum dictum in ver. [aut certè,] gl. legit duobus modis, primo vt posui casum in summario, quod loquatur quando stipulatio non erat omnino obscura, sed poterat interpretari tam pro reo quā pro actore. vt hoc habetur in gl. j ibi, [aut certè si obscurum

a *Si quis appellat ab interlocutoria viua voce, et faciat scribi in actis per notarium, licet dicat ipse vel iudex quod habeatur perinde ac si esset appellatum in scriptis, quod hoc nihil relevet.*

obscurum est.] deinde exemplificat in gl. vl. magna post prin. ibi, [qa vn dicit se sensisse de albo &c.] & hoc est bonū exēplum. vt §. e. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. Itē exemplificat in obligatione generis. sed hoc exemplum non est bonū: quia in illo non est obscuritas, sed incertitudo: quia partes nō senserunt de certo corpore, sed quando senserunt, & non apparet de quo tunc est obscuritas de qua loquitur hic. postea illa eadem gl. in ver. ibi, [Item ad id quod dicit stari]. Oppo. tribus modis ad istam lecturam, & ad hoc secundū dictū: & solue vt in ea. concludendo quod habet locum quando secundū vtrūq; intellectū potest esse valida. si autem secundum vnum tantū, ille intellectus debet sumi siue sit pro reo, siue pro actore. vt no. in d. §. in stipulationibus. per l. quoties in stipulationibus. §. eo. ita habet locum in extraiudicialibus. sed in iudicijs aut obscuritas peruenit ex verbis prolatis ab aliqua partium. & statur interpretationi proferentis, siue sit actor. vt l. inter stipulantem. §. j. siue reus. vt l. si quis intentione. de iu. aut prouenit aliunde, & tunc recurritur ad no. in l. de die. qui satisd. cogā. vt in prin. litis faueat actori, in dubio admittitur, in medio fauetur vtriq; vt veritas reperiatur. vt l. si cū. §. j. si quis cau. in fin. fauetur reo. vt in dubio absoluatur. vt l. Arrian. de act. & ob. & fuerūt verba Azo. in summa. Alio modo legitur gl. in vers. [vel dic secūdo.] q secūdū dictū corrigit primū, sed ille reprobatur ar. eorum quæ no. in l. nam. de condi. & demon. Tertiū & vltimum dictum in ver. [nec rursus]. similiter legit in glo. duobus modis. Primum secundum q dixi in summario, q̄ loquatur quando verba erant clara per stipulatorē. vt quia fui stipulatus oīa vasa tua, vel omnes seruos tuos, vel simpliciter, quia indefinita æquipolet vniuersali, cum haberet argētea vasa & vitrea. & volebam omnia. Tu aūt dicebas te intellectisse de vitreis tātū, vel deterioribus seruis, quare quæ vel quos mihi habere expedit, nō statur dicto tuo de proprietate verborū. † Et secundum hoc no. q statuta non recipiūt interpretationē restrictiuā vltra quā patiat verborum proprietas. quod declara. vt d. l. omnes populi. & ꝓ Bar. in l. non dubium. C. de legi. & ad istā lec. venit ver. [non tamen talem.] in fi. gl. fi. legit eandem gl. in ver. [Itē.] & quod dicit, [alio modo]. loquat in casu præcedentis ver. quando stipulatio erat obscura, nō tamē ex toto, sed poterat interpretari pro actore & ꝓ reo, nam ibi dicitur quod statur interpretationi rei. Sed pone re semel interpretatus est quia dicit se sensisse de albo: postea vult pœnitere, & dicere de nigro: dicitur in hoc vltimo quod non debet audiri. Sed contra. de l. eum qui. §. fi. §. eo. vbi licitū est variare[a] vsque ad sententiam. Sol. clarius quàm gl. ibi loquitur in eo q habebat electionem in alternatiua, vel in electione generis. †

7 †Nos loquimur ī facultate declarandi rem obscurā. quæ declaratio postq̄ semel facta est nō est licitum pœnitere. ad hoc semper allegatur ista gloss. & istud est melius quod sit in hac l. & forte ista gl. non est alibi. Est & alia differētia inter electionem & declarationē, quia facultas eligendi competēs iure ꝓprio transmittitur ad hæredē in præiudiciū alterius. vt no. glo. parua. §. e. in l. inter stipulantē. §. j. quæ incipit. vincēti, & eligere nolenti. † Opponitur quod illud exemplum de brochardis quod stipulatio non sit ita stricti iuris quin extendatur etiam ad alias res quàm expressas & licet proprium significatū verborū importet: quia video q extendit ad alias personas. vt j. e. l. si stipulatus fuero per te non fieri. Sol. ibi esset inutilis in ꝓsonis expresis si non extenderet ad alias de quib ibi. & hoc inducit Bar. in l. omnes populi. ad statuta vt recipiāt interptationē extensiuam, quando essent inutilia in reb vel personis expressis, nisi hoc fieret Item opponitur quod imo extendit ad omnia quæ æquum est venire, licet significatum verborum non importet. vt in l. empto. de ac. emp. Solut. ibi in contract. bonę fidei. cuius natura latior est. vnde actio emptio datur in solidum non solū vt impleatur contractus: sed interdū etiam vt rescindatur, licet hoc non fuerit de intentione partiū à principio, nec verba hoc importent. vt ea l. §. is qui vinum datur ēt ad interesse quādo venditio est nulla ex qualitate rei. & venditor hoc sciebat. vt in l. fi. & ibi vide optimū tex. circa fi. §. de condi. ob. tur. cau. & adde quæ no. §. e. l. si quis cum aliter.

2 *Negatiua totum destruit quod reperit. Plus negat negatio, quam affirmat affirmatio.*

1 §. Si stipulatus. †Non dicitur a quis non fecisse quousq; fieri est tempus. j. quod fieri potest. h.d. In tex. ibi, [non nisi prætérito biēnio.] subaudi quasi per totum biennium quod non ascēderis, si supersunt duo vel tres dies. j. quos possis ascendere: quia non est adhuc verum te incommutabiliter non ascendisse alias sequeret quod qualibet die deberes ascēdere, ad hoc vt ista conditio nunquam compleatur. quia etiam si per vnam diem ascendisses, verū esset dicere te non ascēdisse aliqua die. sed non sic intelligitur. imo si nulla die biēnij ascē

2 deres. †& sic negatiua totum destruit quod reperit, & vniuersalius ponitur, vbi dicitur quod plus negat negatio quam affirmat affirmatio. quam affirmationem not. in l. hoc genus. in fi. gl. de cōdi. & demō. & in c. cū dilectus. de cōsue. per glos.

a ¶ Variare. An & quando licita sit variatio. vide per Ancha. consi. cxv.

LEX XCIX.

Conditio. Conditio de præterito vel de præsenti non suspendit actum, sed vel ipsum reddit nullum si est falsa, vel purum si vera est. h.d. & sic non est propria conditio cuius natura est actum suspendere, & facit q posit haberi ad esse. de quo in l. cum in secūdo. de iniusto, rup. & irri. test. & l. cum ad præsens. ff. si cer. pe.

2 *Pupillus proximus pubertati naturaliter obligatur, & an tūc indigeat restitutione.*

LEX C.

1 Vberes. †Adultus non habens curatorem naturaliter & ciuiliter potest obligari. h.d. restituitur tamen in integrum si lēditur. vt in gl. sed si habet curatorē sine ipso non potest obligari ciuiliter sicut nec pupillus sine tutore siue ipsum habeat siue non. vt in l. si curatorem habens C. de in integ. rest. Sed an poterit obligari naturaliter quidam quod non quasi per donationem curatoris censeatur sibi interdicta administratio sicut prodigo. ergo nō obligatur naturaliter sicut nec prodigus: vt in l. is cui bonis. §. eod. Sed contrarium est: quia nō magis sibi videtur interdicta administratio per dationē curatoris, quā sit pupillo per donatio-

2 nem tutoris. †sed pupillus proxim pubertati naturaliter obligatur. vt in l. j. j. de noua. ergo & adultus: ne melioris conditionis sit quā pupillus. quod dic plene. vt ibi no. per Bart. in vlti. col. & eo casu quo non obligatur nisi naturaliter, nō indiget restitutione: quia illa non nocet, cum non pariat actionē. Sed contra, q imo nocere poterit si soluat: quia impedit repetitionē de sui natura si solutum est per errorem iuris. Breuiter de hoc arti. an propter hoc interesse poterit peti restitutio aduersus naturalem obligationem. vide per Doc. in l. illa difficili. §. de condi. & demon. l. interdum.

2 *Promissio facta per uenditorem de soluendis expensis factis in lite, cuius utilitas sit?*
3 *Si uenditor non promiserit expresse refundere sumptus litis, an tamē teneatur? & nu. 5.*
4 *Venditor mota lite, & facta sibi denuntiatione tenetur ad litem uenire, & emptorē defendere: & quid si lis est iniusta?*
5 *Qualiter possit fieri ista defensio?*

LEX CI.

1 Venditores. †Promissio facta per venditorē emptori de soluendo sumptus factos in lite, debet intelligi de lite mota per alium sup proprietate vel alio iure reali contra emptorem, non de mota per ipsum venditorem super pretio. h.d. no. In tex. ibi, [quanti sua interesset.] Dic de hac promissione nihil ad propositū: sed solum de sequēti. In tex. ibi, [si in lite mota.] dic istud faciebat dubium, quia non dicebatur per quē, nec super quo, vnde videbatur posse apprehendere litem motam per vnum ex vēditoribus super pretio. In tex. ibi, [pretium sibi deberi dicēs,] subaudi & succubuit: qa probatum fuit per hæredes emptori illud pretium fuisse solutū. Item subaudi q iste actor non fuit condemnatus in expensis: licet condemnari debuerit vt in §. finautē alterutra l. properandum. C. de iudi. circa medium. vn de isti hæredes non poterant amodo implorare iudicis officiū mercenarium, in quo fit condemnatio in expensis: quia illud non durat lite finita per fniam. vt in l. iiij. C. de po. volebat ergo recuperare virtute stipulationis de qua §. & sic iure actionis, q̄ non tollitur lite finita. & propter hoc vtilius est expēsas posse peti iure actionis quā officio iudicis. vt no. gl. in simili in l. non solum. de rei ven. & in l. iij. §. j. de leg. iij. Quęrit ergo qd

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Iniuriã. Adde q̃ habes te voluit Ang. cons. cclxxxij. vbi multa dicit.

b ¶ Nõ debeꝛ. qñ debeat æstimatio rei cuius non habemus cõmerciũ. vide per Lud. ro. cõsi. ccccix.

iuris: rñdeꝛ vt sequit. In tex. ibi, [quę ob lite voluit Ang. cons. cclxxxij. vbi multa dicit.

tem de proprietate, dic & sic per alium, non per vẽditorem super pretio: sed certe nõ habet dubiũ. vnde glo. dicit q̃ in dubio hoc p̃sumit, vt videat, p̃misisse solum de sumptibus factis in lite p aliũ sup proprietate, nõ per vẽditorẽ super pretio. & sic nõ potuerũt isti hæredes recuperare. Ex hac stipulatione Bart. videt reprehendere gl. inquantũ innuit venditorẽ nõ teneri de euictione, nisi emptori fuerit mota lis de p̃prietate: q̃ tamen est falsum, qa idem si de iure reali & rõne hypothecæ, vel vsusfructus. certe glo. non habuit istũ intellectũ. sed solũ voluit excludere litem motam per venditorem super pretio, non motã per p̃ium siue sup proprietate, siue super alio iure rali. & est gl. parua super ver. [factæ essent.]

2 dicit q̃ in dubio præsumit. † Pro declaratiõe gl. iij. quæro primò cuius vtilitatis sit hæc promissio facta per vẽditorẽ de soluendis expensis factis in lite? Respondeo, quia tunc sine dubio recuperat emptor ab eo expensas: siue succũbat in lite mota super euictione, siue obtineat. & si fuerit mota de facto, etiã primo casu recuperat non solũ expensas factas per ipsum emptorem: sed per aduersariũ qui litem mouit, si ipse emptor fuit in eis cõdemnatus. & hoc tanquã interesse. In secũdo vero qñ obtinuit, nõ recuperat expẽsas per aduersariũ: quia in illis nõ cõdemnat: sed factas per ipsum emptorẽ recuperat, si eas non potuit recuperare ab aduersario qui litem iniustã mouit sine culpa ipsius emptoris. vt q̃ petijt ipsum condẽnari: & iudex noluit, quia forte iustam causam habuit litigandi: siue cõdemnauit: & erat non soluendo. Si autẽ emptor p̃misisset culpã, quia nõ petijt ipsum cõdemnari, & tũc vellet recuperare à vẽditore, nõ poterit p l. singularẽ. ŝ. de act. empt. l. Idẽq̃. §. j. licet ille §. loquat q̃ res fuit euicta, & loquat de expensis factis in re vendita, puta quia in ea ædificauit. vt ille tex. vult quas iure exemptionis poterat recuperare ab euincente. quia erant vtiles. vñ nõ recuperat à vẽditore: & sibi imputet, nisi vẽditor sciuerit rem esse alienam. In casu autẽ nostro nõ est tractandũ de ista sciẽtia, qa p̃supponit q̃ res nõ fuerit euicta. & sic venditor nõ fuit in aliqua culpa cũ vendidit rem suã. vnde eadẽ ratio est vt nõ recuperet ab eo dictos sumptus, postquã potuit recuperare ad illo qui iniuste litẽ mouit. † Secundò quæritꝛ, qd si venditor nõ promiserit expresse refundere sumptus litis? gl. hic videt dicere idẽ, vt vtroq̃ casu recuperet. posteà remittit ad no. in l. ij. C. de euic. & ibi distinguit an succubuerit, & recuperat vt interesse, qa tunc apparet venditorẽ fuisse in culpa, quia vẽdidit rẽ vt suã. & erat aliena q̃ in dubio p̃sumit, postq̃ ita fuit iudicatũ. l. & hæc distinctio. §. j. ŝ. loca. Aut obtinuit, & tũc nõ recuperat postquã nõ fuerũt sibi p̃missę qm apparet q̃ lis fuit mota de facto. & sic venditor nõ fuit in aliqua culpa: ideò vtile est q̃ p̃mittant propter istũ casum. & istam opinionẽ videtꝛ

4 tenere Spe. in tit. de empt. & vendi. circa finẽ. vij. co. † Bar. tenet hic cõtrariũ. dicens q̃ venditor mota lite & facta sibi denũtiatione teneꝛ ad litẽ venire, & emptorẽ defendere, nõ inspecto an lis sit iusta, vel iniusta. vt l. si plus. §. mota. ŝ. de euic. & si hoc feciss̃et, & obtinuisset expensas quas feciss̃et nõ recuperaret ab emptore: qa q̃ teneꝛ facere mihi aliqd, debet illud facere suis expẽsis, & illud addo ad dictũ Bar. vt in l. suo, victu. de ope. lib. ergo si nõ facit & emptorẽ oportuit expẽdere, poterit recuperare, qa hoc non feciss̃et si vẽditor feciss̃et q̃ debebat. Nec obstat q̃ lis fuit mota de facto, qa etiã aduersus istã litẽ tenebat defensionẽ suscipere, licet si esset euicta de facto

a per iniuriã iudicis nõ teneꝛet. vt l. si p̃ imprudentiã. de euict. sed bene teneꝛ, si nõ venit ad defendendũ, & nõ facit taliter q̃ de facto nõ euincat. Ista est opinio sua in effectu melius declarata quã ipse declaret. † Tu aduerte ad vnũ diligenter. nam fateor q̃ teneꝛ defendere, sed ista defensio poterit fieri dupliciter: vel assistendo liti, ita q̃ ipse emptor agitet litẽ principaliter in sua persona, & vẽditor administret sibi testes & instrumẽta, pòt et fieri suscipiendo in se totã litẽ, ita q̃ emptor non habeat se impedire. certè tunc dico q̃ si vẽditor teneret ad hãc vltimã defensionẽ. verissima esset opi. Bart. sed tex. vt velle q̃ teneat solũ ad primã. vt l. si parentes. C. de euict. & hoc tenuit Bal. secũdũ Iac. de Are. in l. qui absentẽ. ŝ. de p̃cu. & tetigi. ŝ. e. l. in executione. §. insolidum. nisi expresse promittat in se litẽ totam suscipere. & si hoc est, videtur q̃ nõ teneatur facere, nisi illas expensas quę incumbũt in his quę ipse vẽditor ministrat: vt in producendo testes, vel colligendo instrumenta, & alias expensas debeat facere emptor & ista videtur verior. & sic reducenꝛ ad cõcordiã dictæ opin. & hodie notariꝰ dicũt q̃ lite mota p̃mittit defendere: & litẽ in se suscipere oĩbus suis sumptibus & expensis. quã formam tradit Spe. in dicto titulo de empt. & vendi. Tene menti: quia quotidiana sunt, & per alios modernos non ita bene declarata.

☞ *Res hostium an possit legari?*

LEX CII.

Liber homo. † Liber homo nõ põt ĩ stipulatione deduci. & si deducat, ẽt æstimatio nõ debeꝛ. b q̃m æstimationẽ non recipit. h. d. dic sunt duæ gl. q reprobanꝛ, ſ. prima & vltima. Nã pria dicit q̃ licet nõ posset deduci ĩ stipulationẽ liber hõ, pòt nõ vẽdi. vt l. liberi. de cõrah. emp. Tu dic cõtra nõ posse vẽdi nisi id q̃ est in cõmercio nostro. & liber homo nõ est huiusmodi, dic ergo q̃ quãtũ ad hoc vt possit agi ad interesse cõtra vẽditorẽ vl̃ p̃misorẽ q vẽdidit, velut seruũ: cũ esset liber, & sciebat ip̃m esse liberũ: tũc valet. & est differẽtia, quia in emptore cũ sit bonę fidei, datur actio exempto ad interesse: sed in stipulatione datur actio de dolo. facit id quod no. in l. si cum aurum. ŝ. eod. Sed si emptor vel stipulator sciuisset, ipsum esse liberũ, etiã ad interesse nõ posset agere. vide p̃ Bart. in l. cũ lex. de fideiuſ. † Vltima gl. q̃ licet res hostiũ nõ poterit in stipulationẽ deduci pòt tñ legari. Tu dic q̃ res fuit aliquãdo nr̃a licet nũc sit hostium: & qa speraꝛ redire iure postliminij, pòt legari: & in stipulatio nẽ deduci & hoc casu loquũtur. l. allegatæ in gl. sed si nũquam fuit nostra tũc nec legari, nec in stipulationẽ deduci pòt purè & ita loquit hic, sed sub cõditiõe, si quidẽ intrinseca, & cũ desierit esse hostiũ, bene pòt legari: & in stipulationem deduci p̃ c. Abbate sanè. de sen. & re. iud. lib. vj. & per. l. generaliter. §. ij. de fideicõ. lib. sed si erat cõditio extrinseca, vt si nauis ex Asia venerit non pòt legari nec in stipulationẽ deduci, sicut nec purè. vt no. in d. l. generaliter. §. ij. & colligit à cõtrario sensu. nec ob. l. existimo. ŝ. e. et l. si rem meã sub cõditione. quia ibi qñ res erat in cõmercio, & supererat cõditionalis aliquis defectus tẽpore stipulationis, qui pòt cessare tp̃e cõditionis. & tũc nõ refert an cõditio sit intrinseca, vel extrinseca. non sic qñ nõ est in cõmercio. et hoc vr̃ d̃ mẽte. Ang. q̃ no. et tene mẽti. et istud qñ expectare cõditionẽ nõ est turpe, nec reprobatũ: alias valeret: etiã si sub cõditione intrinseca: vt si stipulaꝛ rem sacrã cum erit prophana, vl̃ liberũ hominẽ cum erit seruus. vt. ŝ. e. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ver. sed hæc dissimilia sunt: rem autẽ desinere esse hostiũ non est turpe expectare, sed laudabile.

2 ☞ *Si testator mãdauit hæredi q̃ faceret fieri aliquas picturas in aliqua ecclesia sub certa pœna: recipiũtur illæ picturæ factæ, sed ñ apparet q̃ hæres fieri faceret, an euitet pœnã?*

LEX CIII.

Vm seruus. † Sufficit ad consequẽdam actionem q̃ quis cõpleuerit cõtractũ per se, vel per alios eius nomine, vel eius opere. h. d. secundũ gl. In tex. ibi, [pactus est.] sibi cum domino secundum vnã lect. hoc modo. p̃mitto tibi quinquaginta si me manumiseris, vel vt me manumittas, vl̃ simpliciter. & ille promisit manumittere. & super hoc dedit seruus expromissorem: nam iste est cõtractus innominatus. ſ. do, seu dabo, vt facias. ex quo nõ potest agi per alterã partem nisi impleuerit contractum. vt ŝ. de pac. l. Iurisgen. post prin. si ergo dominus nõ manumiserit, sed alius, videbat q̃ dominus non posset agere ad pecuniam: qa ipse nõ impleuit cõtractũ: & quia cõditio debet impleri in forma: & verba fuerunt relata ad personã dñi: & sic nõ est impleta cõditio. ꝓpter hoc gl. intelligit q̃ ille aliud nõ erat omnino aliud, sed reputabat idem cũ domino. vt hęres eius supple, vel eius procurator de mandato suo. vt l. iiij. & l. pater. de manu. vind. vel eius singularis succeſſor cui alienauit, cum pacto q̃ ipsum manumitteret. facit q̃ no. in l. non erit. §. dato de iure iuran. in glo. sed si alienasset sine hoc pacto: & emptor ipsum sponte manumisisset, & sic nõ haberet libertatem ab ipso domino vere, vel ficte, procederet contrarium: & non haberet locũ q̃ hic dicitur: quia dñs non impleuit contractum. vel dic secundo

secũdo quod pactus est cũ extraneo: quia promisit operã dare quod dominus eum manumitteret & ita fecit. & istam lec. etiam sentit gl. Si aũt nõ promisisset sub conditione si manumitteret à domino, ille non est contractus innominatus, quia nihil veniret implendũ ab illo extraneo cui p̃missio facta est sed dicereꝛtur promissio ob cãm de futuro, vel sub conditione casuali. & secuta manumissione etiam sine opera illi⁹ extranei posset ille agere: vt j. e. l. à Titio. quia conditio habet pro causa de isto aũt expromissore, in quo differt à fideiussore. vide glo. in authen. de fideiussor. post prin. in gl. q̃ incipit, no. differentiam. & habetur de ipso in l. & eleganter. §. seruus pactiõis ŝ. de dolo. In gl. ij. in prin. ibi, [& sic nõ bene colligit hoc illud

a generale non refert à quo fiat]. dummodo fiat. a quia illud generale debet intelligi indistincte etiam si ille qui fecit non reputeꝛ esse eadem persona cũ illo qui facere debet. sed in casu illius l. non est ita, nisi enim reputetur eadem: contractus non haberetur pro impleto in prima lec. & non posset agi. vt ŝ. dixi. Sed in hoc brocardo distinguit tres casus. Nam aut quæritꝛ quo ad actionẽ acquirendã. & tunc bene refert. quia nisi ille q debet implere conditionis potestatẽ adimpleat, & scienter vt actionẽ consequaꝛ, vel alius eius noĩe: & ad hũc finẽ nõ reputaꝛ impleta. & actionẽ nõ acquirit. vt l. ij. de condi. & demon. Vnde si p̃misisti mihi aliquid si tibi dedero decẽ, & alius non meo nomine det, actionẽ nõ consequor sicut si meo noĩe. quia tunc ego videor dedisse: cũ ista cõditio poterit impleri p̃ aliũ. vt l. fi. de condi. insti. aut quãtũ ad pœnã euitandã. & tunc dicit Dy. & Bar. q̃ non refert per quẽ fiat dummodo fiat illud propter q̃ euitaꝛ pœna. p l. fi. C. si mã. ita alie. sit. & certe ibi logt in dispositione legali, quæ succedit loco dispositionis hoĩs: & eam representat. & ideo facit cessare pœnã. vt l. si pecuniã. §. j. de cõdi. ob. cau. nõ sic videt in dispositione alterius hoĩs. vt si vẽdidi seruũ, cũ pacto vt eũ manumitteres infra annũ sub certa pœna. tu alienasti pure, et simpl̃r sine pacto manumittẽdo. Ille manumisit sponte, & ex sua liberalitate, nõ puto q̃ ꝓpter hoc euadas pœnã: quia factum illius nõ reputatur tuum quantum ad hoc: quia nec manumisisti, nec cãm dedisti manumittẽdi: imo p̃ me nõ stetit quomin⁹ cõditio deficeret licet factum illius reputetur tuum quo ad tui p̃iudiciũ. vt ŝ. e. l. si seruũ. post prin. in ver. Idẽque fiet, cum his quæ ibi dixi. nõ aũt ad tui p̃

2 ficuũ, nisi cum eo operam dederis. † Et per hoc respondeꝛ ad q. Testator mãdauit hæredi q̃ faceret fieri aliquas picturas in aliqua ecclesia sub certa pœna, reperiunt illæ picturæ factæ: sed non apparet q̃ hæres fieri fecerit: an euitet pœnã? Bar. q̃

b sic. b qa nõ refert p̃ quem fuerint factæ: certe si apparet q̃ post moram hæredis fuissent factæ per aliũ: non de mãdato hæredis, dicerẽ quod nõ euitaret pœnam. & si nõ apparet per quẽ, tunc euitet ex eo qa p̃sumunt factæ p̃ eũ, vel eius mãdato: cũ istud onus sibi incumberet: & onus est consumptũ, ar. l. ij. C. de alimẽ. pub. præst. si aũt hæres fuisset præuẽtus ab eo, nõ eẽt sibi imputandũ. ar. C. de his qui. vt indig. l. si ideo. Aut quæritꝛ quantũ ad cõseruationẽ iuris sui. & tunc aut quærimus de iure reali. & refert per quẽ fiat. vt l. non satis. in prin. & l. si fundum. quemad. seruit. amit. per quas ll. patet quod si quis tyrannus occuparet castrum vel ciuitatẽ, vt vteretur iurisdictiõe cõpetẽti ciuitati, conseruaret ius ipsi ciuitati. & expulso nõ poterit ciuitati obijci exceptio præscriptionis quod nõ fuit vsus iure suo longissimo tp̃e. quia satis est q̃ alius fuerit vsus. & vide not. p̃ Bar. in l. sequitur. §. si viam. de vsuca. Sed si quæritur de iure p̃sonali conseruando, bene refert. quia alius vtẽdo nõ cõseruat ei cui competit. vt l. Pomponius. quibus mod. vsusfruct. amit. & adde circa istud brocardum quod no. Bar. in q. quam habui de facto, in l. ij. de condi. & demon.

2 ☞ *Verba legis uel statuti quantumcũque sint præcisa, recipiũt limitationem per alias leges uel statuta.*

LEX CIIII.

Si stipulatus. † Si vna de rebꝰ alternatiue debitis pereat post obligationẽ, liberatur debitor ipso, iure hoc dicit textus cum glossa. In textus ibi, [damandares]. id est dare velles, & realiter offerebas non solo verbo: quia hoc non sufficeret ad constituendũ creditorẽ in mora. vt in l. prætor §. si reus paratus. de ope. nouí nunciatio. & ibi Bar. In text. ibi, a [actionẽ ex stipulatu habere.] subaudi falsa tem ad errorẽ qui mortuus nõ erat. & videbatur q̃ sic per l. stichũ aut pãphylũ. in b prin. j. de so. sed ibi qñ neuter fuit obligatus. & sic creditor nõ fuit in mora: alias liberaꝛ ab vtroq̃ ita intelligitur hic. In tex. ibi, [si per debitorẽ mora non esset.] subaudi, sed per creditorẽ. alias non liberaretur ab vtroq̃: vt ŝ. dixi. In text. ibi, [continuo eum debito liberari.] Intellige tñ cũ moderatione de qua. ŝ. f. si post obligationẽ mortuus est: vt in glo. † Ex qua

2 no. secundũ Bar. & Ang. q̃ verba l. vel statuti quãtũcũq̃ sint p̃cisa, recipiũt limitationẽ p̃ alias ll. vel statuta. Nã istud verbũ continuo prima facie innuit eum liberari statim obligatione facta. & ad hoc allegatur ista l. ŝ. de acquir. pos. l. iij. §. in amittẽda. per gl. secundũ Ang. sicut in verbis rescripti quãtũcunq̃ sint p̃cisa: vt in c. ex parte. de officio deleg. Sed hic dubitatur an ipsa liberatio fiat ipso iure, vel ope exceptionis glo. q̃ ipso iure, sicut si solus stichus fuisset p̃missus: quia postq̃ fuit obligatus ipse solus habetur pro p̃misso. ar. j. e. l. si quis stipulatus sit stichũ aut Pamphilũ, circa principiũ. l. ibi, & is erit solus in obligatione & c. secus in obligatiõe generis. secũdũ gl. in quã fit ope exceptionis liberatio. sed in contrariũ facit, quia in obligatiõe generis ille solꝰ videt eẽ in obligatione qui postea soluitur: vt in l. cum seruus. de leg. j. sed certe nõ sic in eo, qui solũ offerꝛ nõ tamẽ soluitur. nã adhuc debitor pòt mutare volũtatẽ & aliũ soluere, & ex hoc inferas ad obligationẽ alternatiuã, q̃ si debitor poterat mutare voluntatẽ, quod contingit qñ habet electionẽ à lege, quod est regulariter: vt l. plerunq̃. in fi. de iure do. vnde pòt mutare quousq̃ soluat. j. l. proxi. in fi. & l. cũ qui certarũ. cum ibi not. j. e. §. fi. & tunc liberaꝛ ope exceptionis, sicut in obligatione generis: qa non dicit perẽpta præcise res debita, sed si nõ poterat mutare voluntatẽ, qđ est quãdo sibi reseruauit electionẽ per verbũ præteriti tp̃is: vt p̃mitto stichũ aut pamphilũ quem elegero, stichum ipsum elegit. & amplius mutare voluntatẽ nõ pòt vt in d. l. si quis sic & tunc censeꝛ perẽpta res p̃cise debita. & contingit liberatio ipso iure sicut si ille solus fuisset promissus. Vtilitas aũt huius inuestigationis cõsistit in his quæ no. in l. si vnus. §. pactus. in glo. opponendo. ŝ. de pact. hic non sunt alia.

¶ Dũmodo fiat. Adde quod volunt Bal. cons. cclxxxiij. li. j. in cip. verba Dy. dicũt.

¶ Bart. q̃ sic. Adde q̃ dicta Bart. sequit simpliciter Bal. cons. cccxxxvj. libr. iij. vbi dicit, q̃ si reperiatur hospitale cõstructum, & nesciatur a quo, q̃ præsumitur construxisse ab eo qui tenebatur construere.

2 ☞ *In obligatione alternatiua, uel generis subalterni, electio est debitoris: & quid in ultimis uoluntatibus?*

LEX CV.

Vi ex pluribus. † In obligatione generis subalterni electio est debitoris, i qua pòt variare quousq̃ soluat. h. d. In tex. ibi, [quibus idẽ nomẽ impositũ fuerat.] hoc pòt intelligi dupliciter. Primo q̃ isti fundi erãt separati p̃ diuersas regiones. Secũdo q̃ vno fundo puta Seiano, facti fuerũt plures. & sint cõtigui: & remãserũt sub eodẽ nomine. & tũc oportet intelligere q̃ appareat ipsum voluisse facere plures fundos per appositionẽ terminorũ. q̃ facere potuit: vt l. si quis duas. §. ij. vel iij. cõia p̃di. si aũt gratia vberioris culturæ diuisissẽt eundẽ fundũ Seianũ, videreꝛ totũ p̃mittere, sicut in legato: vt in l. Caius. de leg. ij. & nõ haberet locũ ista l. ita intelligit Bar. in l. j. ŝ. de re. dub. vbi oĩno vide. In gl. q̃ incipit, [alia.] ibi, [p̃mittis fundũ Seianũ.] certe si ita dixisset, apparet q̃ sensisset de certo: licet nõ specificasset. & ideo nõ esset locus tũc electioni, sed declaratiõi: qa semel facta nõ posset variari: vt no. ŝ. eo. l. q̃q̃d astringẽdæ. cuius cõtrariũ hic dicit in fi. iõ melius dic q̃ dixit p̃mittis mihi fundũ ex fundis Troianis. et sic apparet q̃ nõ senserũt de certo. & per cõsequẽs locus est electioni in obligatiõe generis generalissimi, vel in alternatiua: & habet locũ finis. & illo modo limita & intellige gl. seq. quæ postea in fin. opponit,

2 q̃ electio sit creditoris p̃ l. qui duos. de leg. j. & nõ soluit. † Dic aliud esse in legatis fauore vltimæ voluntatis: vt in obligatione alternatiua, vel etiã generis subalterni electio sit legatarij in dubio: vt no. in l. Lucio. de leg. ij. sed in contractibus est debitoris: vt l. plerunq̃. in fi. de iure dotium. hic non sunt alia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Præmiũ. Adde vt p Fran.de aret.cons. cxlj. & de eman. vide p Ange.consil. cxlv. & an sicut emã capatio fieri põt eo dẽ modo feudum. & an ꝓprie sit feudum. vide hic p Alex.cui adde Bal.cõsil.cclxxxvij.lib. & cõsil.cclxxxviij.lib.

b ¶ Limitatũ. Facit qđ voluit Lud.Ro. consi.clxxj. & anch. cõsi.clxxxj. & an in contractu emphyteutico habeat locũ ius accrescendi. vide Phi.cor.cõsil.clxv. ij. lib. Feder. consil.ccxviij. & lxxvij. Ancha.cõsi.ccxvj. pulchre per Bald.consi. cclj.libr. iij. vbi qñ habeat locũ ius accresc. & an idẽ sit in feudo ꝙ in emphyteusi. & de q. hic posita an in emphyteusi habeat locũ ius accre. vide & per Ludo.Ro.consi.xix.

2 ☞ *An & quando pater cogatur emancipare filium, & quid econtra si pater uelit filium emancipare, & ipse non uult?*

Parentes qui aliquid habent, magis curantur & timentur à filijs.

Seruius an posit recusare manumissionem?

4 *Pater potest recipere pretium pro emancipatione, & an pro adoptione?*

LEX CVI.

VTrum. Valet ꝓmissio facta patri p filiũ de aliquo dãdo sub cõditiõe si ipsum emãci pet. h. d. †per hãc l. patet ꝙ pater non põt cogi emãcipare filiũ: quia si posset, turpiter recipere pecuniã pro emancipatione: vt l. fi. de cõdi. ob tur. cau. Fallit tñ hoc in quibusdã casibus no. ff. de adop. l. nõ põt. per gl. & vna gl. q̃ est hic q̃ incipit, [ſponte.] nũc adde casum, ſ. qñ recepisset ꝓmissionẽ à filio de aliquo dando si emãcipet. vt in casu huius l. sed falsum est: qa nõ cogeret iste pater nisi actualiter recepisset qđ sibi promiserat, & tũc cogeret officio iudicis: vt l. seruũ. de condi. & demõ. sed ꝓpter solã promissionẽ nõ cõpelleret: qa ꝓ illã nõ est obligatus ad aliquid, sed alter sibi. †Quæro ergo an pater poterit cogi filiũ emãcipare? tex. videt ꝙ non. in auc. q. mod. na. effi. sui. §. generaliter. Bar. j. eo. l. quidã cũ filiũ, dicit hoc verũ nisi substente iusta causa, nõ tamẽ sunt causæ specificatæ à iure: sic staretur arbitrio iudicis per illã l. Ange. hic exprimit cãm si filius esset rixosus: & esset statutũ in loco ꝙ pater teneret soluere cõ demnationẽ pro filio, vel alter ꝓpter filiũ redderetur suspect⁹ in statu. †Vltimo not. tex. in fi. ꝙ parentes qui aliquid habẽt magis curanť & timentur à filijs. ideo conari debẽt aliqd pro se retinere. Adde ad id quod ff. dixi qđ seruus nõ põt recusare manumissionẽ, nisi in casu: vt habetur in l. fi. C. de manu. testa. quia ꝓ hoc adipiscit ciuilitatẽ Romanã, quã recusare nõ põt:

4 vt ibi habeť. †No. etiã hic ꝙ pater põt recipere præmiũ[a] ꝓ

a emãcipatione: sed an pro adoptione? dic vt no. in l. vxorem. §.

5 †hæres de leg. iij. ꝙ facit ad q. de monasterio si talem receperint in monialem: vt ibi no. per Bar.

2 ☞ *Potest quis promittere dotem pro incerta persona seu muliere, & an uideatur illi donasse, ut sic soluto matrimonio competat illi repetitio.*

3 *Quod ualeat ista promissio, scilicet promittis mihi x. si hodie pulsabitur ad uesperas. Quid in pronosticatione quod talis dominus morietur hoc anno: & si morietur, promittis mihi decem?*

4 *Vbi est eadem ratio, est idem ius.*

LEX CVII.

ATitio. †Conditio stipulationis põt conferri in factum personæ incertæ. h. d. & ponit tres

2 vel quatuor casus. †No. primo ꝙ põt quis ꝓmittere dotem pro incerta persona seu muliere, sed an tunc videat illi donasse: vt sic sol. mat. competat illi repetitio? dubiũ facere quoniã ad illã nõ habuerit affectionẽ: tamẽ puto contrariũ fauore dotis & matrimonij: vt C. de rei vxo. act. l. j. §. accedit.

3 †Itẽ no. in ver. [nã cũ.] ꝙ valet ista promissio promittis mihi decẽ si hodie pulsabitur ad vesperas, & secuta pulsatiõe debentur absq; eo ꝙ subsistat alia causa promissionis: sed contra de l. ij. §. circa. de doli. exce. dicunt Doct. valde no. ꝙ ille §. loquitur in stipulatione pura: sed in conditionali solus euentus conditionis habetur pro causa: vt in multis ll. huius ti. qđ perpetuo tene mẽti. & per hoc vidi terminari. q. Florẽtiæ, in qua tamen noluí cõsulere. nã ibi vtuntur pronosticari de futuro ꝙ talis dñs morieť hoc anno: & si moriatur promittis mihi decẽ: & si nõ moriatur, promitto tibi cẽtũ: mortuus est antequã possim in iudicio petere illa decẽ: quia nõ videť subsistere aliqua iusta causa ꝓmissionis: sed potius cõtineret turpitudinẽ, sicut in ludo taxillorũ, quã plures Doc. cõsuluerũt pro prima parte: & ita fuit iudicatũ propter frequentẽ vsum mercatorũ tam hic quã alibi: & tene menti. & principaliter ꝓpter hanc l. quia sufficit euentus cõditionis, & nõ est quærendũ de alia causa.

4 †Vltimo allegatur ista l. ꝙ vbi est eadẽ ratio, est idẽ ius. facit l. j. de fur. & l. illud. ad l. Aquil. In tex. ibi, [nulla promissio.] intellige istũ §. ex postfacto. nã à principio nulla ꝓmissio põt esse valida, nisi ꝓmissio proueniat ex volũtate ꝓmittẽtis: vt l. j. §. de pac. & C. de act. & ob. l. sicut. & pone hic casum ꝓ l. sub hac. §. ti. j. Item est verũ de voluntate expressa: sed in velata bñ põt cõmitti: vt tu promittis si nõ ascẽderis capitoliũ: vt §. eo. l. quicquid. §. fi. ad qđ l. nonnũquã. de condi. & demõ. Itẽ loquit qñ per dictionẽ si, si aũt per dictionẽ cũ, cõmittatur in voluntate ꝓmissoris: dic vt §. e. l. cẽtesimis. §. fi. Est aũt ratio huius §. quia nõ debet esse in arbitrio ꝓmissoris postq; semel est obligatus se eximere ab obligatiõe nisi per modos à iure statutos: vt l. iij. §. j. de iureiu. Sed an in voluntate stipulatoris poterit cõmitti? Gl. parua. hic tenet ꝙ nõ. Doct. cõtra. sicut videmus in legato. ꝙ licet non posset pẽdere ex voluntate hæredis libera bene põt cõmitti in voluntate legatarij: vt in l. si ita. §. illi si volet. de le. j. vel dic ꝙ aut est cõtract⁹ vltro citroq; obligatorius. & tunc in neutrius volũtate cõmitti põt vt in l. in vendẽtis. C. de contrahẽ. emp. Nã si obligatio qua debes mihi teneri, posset cõmitti ī mea volũtate puta vẽdis mihi si volã, vel si volue ro: tũc in cõsequẽtiã obligatio qua debeo tibi teneri cõmitteret, ga vna resultat ex altera. & hoc esse nõ põt: vt hic. sed in stipulatiõe in qua sol⁹ ꝓmissor obligat, ꝓcedit id qđ dicũt Doc.

LEX CLXXX.

SI ita stipulatus. Alternatiua posita inter plus & minus, facit vt ipsorũ sit in obligatione quod minus est. h. d. & declara: vt dixi. ff. eod. l. si ita stipulatus. alias regulariter vtrũque est in obligatiõe: vt in l. illud. de consti. pe. In tex. ibi, [decem debentur.] subaudi tantum. In tex. ibi, [Item si ita.] supra qñ inter plus & minus quantitatis, hic temporis.

2 ☞ *Vtile per inutile non uitiatur in his quæ sunt separabilia.*

Ius accrescendi quando habeat locum in contractibus.

3 *Si concessa est emphyteusis duobus, uel uni, & postea sit peruentum ad plures, & deficiat in persona unius: an eius portio reuertatur ad concedentem?*

LEX CLXXXIX.

1 **Liber homo.** †Liber homo bona fide possessus promittendo possessori etiam ex re illius,vel ex opera sua sibi obligatur ciuiliter & naturaliter.secus ecõuerso si postea ex dictis causis illi promittit:sed seruus fructuarius vel alienus bona fide possessus promittendo fructuario vel possessori ex dictis duabus causis nõ obligat verum dñm etiam de peculio.h. d.vsq; ad §. decem. In duobus ergo æquiparantur isti tres.s. liber homo. bona fide possessus,& seruus alienus similiter bona fide possessus,& seruus fructuarius.nam omnes isti stipulãdo ab alio ex re possessoris vel fructuarij vel ex opera sua acquirũt illis. Itẽ si possessor vel fructuarius promittit eis ex duabus causis, nõ obligatur eis:vt hic in ver.hoc itaq; late. Sed in tertio differt liber homo bona fide possessus ab alijs duobus:quia primus si promittat possessori,indistincte obligatur ciuiliter & naturaliter siue ex his causis,siue ex alijs:vt in prin.huius l.sed alij duo nec ipsi obligantur ciuiliter:quia non possunt obligari,cũ sint serui:nec obligant verum dominum de peculio ex istis duabus causis:quia quo ad illas nõ cessẽt habere aliũ dñm quã ipsum possessorẽ bonæ fidei seu fructuarium.& hoc dicit in ver.[seruus autem.] & hoc voluit glo.in effectu super verbo,[cõparabitur.] In tex.ibi,[quẽad modũ.] dic ista fuit regula Iuliani q̃ ponit in l.sed & si qd.§.ij.de vsufruc.q ex qua causa seruus fructuarius vel alienus bona fide possessus stipulatio à tertio acquireret fructuario vel possessori: puta ex fructuarij,vel ex opera sua:ex eisdẽ causis stipulando à fructuario vel à possessore ille non obligatur,subaudi ciuiliter. Et trõ est in prõptu:qa si obligaret,illa ciuilis nõ põt remanere penes illũ seruũ:cũ sit incapax talis obligationis:sed eodẽ momẽto reacquireret ipsi possessori vel fructuario:sicut si fuisset stipulatus à tertio,ciuilis obligatio eidẽ fructuario vel possessori acquireret & sic esset dicere q prædicti essent obligati ciuiliter sibijpsis qd esse nõ põt:vt no.in l.frater à fratre.in fi. mag. gl.de cõdi.inde. Hoc idẽ dicit iuriscõsult[9] hic esse in libero homine bona fide possesso,qui in hoc cõparatur fructuario, vel seruo alieno:vt si stipulatur à possessore:ex prædictis duabus causis ille ei nõ obligetur:subaudi ciuiliter:quia requiri eidem possessori.In obligatione aũt naturali hoc nõ procedit: quia etiã verus dñs potest naturaliter obligari seruo.& illa naturalis nõ reacquiritur dño inspecto iure naturali quo omnes homines erant liberi:vt l.dñs.de condi.inde.& sic nõ resultat incõueniẽs de quo.§.vnde oẽs isti obligãtur naturaliter,s.possessor liberi hominis,& possessor alieni serui,& fructuarius promittẽdo prædictis obligantur naturaliter:licet nõ ciuiliter:ita declarat Bart.in d.l.frater à fratre. In text.ibi, [seruus autẽ.] aduersat ad principiũ legis:vt licet liber homo ꝓmittẽdo possessori obligetur indistincte ciuiliter & naturaliter,nõ sic seruus alienus bona fide possessus,vel fructuarius seruus obligãt dominũ verũ vel proprietariũ ex illis duabus causis: quia nõ censentur habere aliũ dominium in illis:sed in alijs bene obli-
2 garẽt.†Et no.hic limitationem ad totum titulũ de peculio.vbi seruus obligat dñm de peculio.nam hoc est verũ nisi contrahã cum ipso tanquã cum seruo meo:quia bona fide possideo. & super re mea,vel opera sua:quia tunc contra verum dominũ non habeo actionem de peculio:vt hic.

2 ☞ *Creditor an possit conuenire debitorem eadem die qua celebratus est contractus?*
3 *Citatio sine expressione diei,seu sine certo termino,an valeat?*

1 **§. Decem.** †Dies stipulatiõis interpositus licet ex primatur in stipulatione,non facit eam cen seri in diẽ factã:ideo debitor põt eadẽ die etiã conueniri:quia & si censeretur in diem facta,nõ posset conueniri nisi trãsacta illa die.h.d.& non est alibi iste casus secundũ Doct. Et primo ponitur vnũ dictũ vsq; ibi, [nec videri.] postea cõtra illud opo.de l.qui hoc anno.cum §.§.c.vbi qñ opponitur tẽpus in stipulatione,nõ põt agi nisi illo finito. Et rndet verũ esse in alio tẽpore quã die interpositæ stipulationis. a vnde si promitteres cras dare decem, nõ possum agere nisi finita crastina die:sed in die stipulationis interpositæ nõ procedit:quia nõ censeret apposita causa differẽdæ solutionis vel actionis: sed causa demõstrationis:sed hoc videt mirabile:quia illa demonstratio est superflua:nã & si nõ eẽt facta expresse, intelligeret stipulatio pura,postq; non est tẽpus appositũ: vt §. eo.l.interdũ.tñ iste tex.vult q potius tolleret ista superfluitas,quã q censeat stipulatio facta in diem. Et sic nõ ob.q tẽpus quod potest intelligi appositũ causa demonstrationis & causa differendæ solutionis in dubio præsumitur appositũ causa demõstrationis,etiã si ex hoc reddatur superfluũ:vt l.talis scriptura.vers.quãuis. de leg.j.bene facit l.fi.§.Titia.in fi.de lib. leg.vbi verba quę possunt intelligi apposita causa demonstrationis & causa dispositionis,in dubio præsumuntur apposita primo modo:et ita al leg.Bar.illũ tex.in l.Centurio.de vulg.& pu.in iij.q.prin.ver.
2 sed quæro iuxta prædicta. †No.etiã & istud non reperitur alibi,q eadẽ die qua celebratus est cõtractus põt creditor debitorẽ conuenire:sed cõtra de l.q dicimus.j.de sol. Sol. agere põt eadẽ die:quia obligatio ciuilis & naturalis & etiã actio ortæ sunt incõtinenti cõtractu perfecto:vt no.per Bal.in l. si ita stipulatus.§.eo.in j.q.Sed si debitor cõparet,& fateretur debi tũ,nõ posset cõpelli eadẽ die soluere:sed daretur sibi tps miserationis gratia arbitrio iudicis inspecta qualitate personæ & quãtitate debiti:vt ibi:qa in dubio de consuetudine alia non apparente est x.dierũ:vt no.in l.si debitori.§.de iudi. & istud tempus nõ suspendit exercitium actoris:& ita tenet Bar. nec habet illos effectus quos habet tps cõuentionale appositum cã differendæ solutionis nec impedit inchoari ꝑscriptionem, posteaquã nõ impedit exercitium actiõis.& ita tenet Bart.in l.ita stipulatus.per l.in rebus in fi.C.de iur.do.& C.de rei vxo. act.l.j.§.exactio.& tñ ꝑscriptio incipit currere statim sol. mar. Et per ꝓdictũ tex.quidã.determinauit qõnẽ.si. Iudex monuit partes q hodie venirent ad audiendã sniam,nõ habet necesse expectare vsq; ad vltimã horã dici:imo põt de mane sniam ferre q Bar.reprobat:qa sẽm hoc ista monitio nõ hret tps:quia istud verbũ hodie nõ ponere ꝓ tpe dilationis,sed cã demonstrationis:sic nõ valeret monitio,sicut nec citatio sine die:vt l. aut qui aliter.§.j.§.q vi aut clã.iõ potius cẽsset apposita illa dies ꝓ termino ad hoc vt valeat. Nec ob.iste tex.quia stipulatio bñ
3 põt valere sine die.† Tenet ergo hoc Bar.nõ valere citationẽ
a sine expressione diei,seu sine certo[a] termino. Contrariũ videt determinare.Spe.in titu.de citatio.§.sequitur.versi. qd si non perfixi.qui tenet q valet.& q debet cõparere q̃ primũ põt:ad q de sen.excõ.c.eos.lib.vj.dicit q Ang.primã istã partẽ esse verã q̃tũ ad hoc vt aliquid possit fieri cõtra citatũ ad instãtiã partis aduersæ.Secundã vero partẽ esse verã q̃tum ad hoc vt possit puniri de contemptu si nõ cõparet & allegat ad primã partẽ l.ij.C.vbi in re actã.& l.fi.C.de iure do.impetrã.vbi debet continere certũ terminũ.dicit etiã Ang.hic q ille tex.loqtur q̃tũ ad hoc:vt stipulatio dicatur habere diẽ in seipsa, & sic non poterit agi illa die:quia non cẽsset habere q̃tũ ad hũc effectũ.Sed quãtũ ad aliud extrinsecũ bñ dicitur habere diẽ:& dicit esse calum in d.l.talis scriptura.§.j.cũ glo.de leg.j.Et ex hoc infert q si esset apposita pœna,vt promittis mihi hodie dare decem sub pœna,q ista pœna nõ cõmitteretur nisi lapsa tota die & q ea lapsa cõmitteretur:& nõn posset mora purgari,sicut si cõtineret aliud tẽpus appositũ causa differendæ solutionis secundũ cõem opi.per l.magnam.C.de contrahẽ.stip.quia hic agitur de alio extrinseco.s.de pœna per illũ tex.cũ gl. certe ille tex.potius facit in contrarium:quia vult q licet dicat habere diẽ q̃tũ ad effectũ extrinsecũ,s.illius clausulæ de qua ibi tñ illa dies nõ videt apposita cã differẽdæ solutionis: sed potius cã demonstrationis.sicut hic. A ttñ facit vt illa clausula le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ De consuetudine. Ideo dicit Ol. l. consl. lxxvi. quod sapiens potest declarare q̄ contractu venditionis apponatur constitutum ex quo ita consueuit fieri.

gata quibus dies apposita non est, debeãtur annua bima trima, die nõ operetur in tali legato: quia diem non habet, licet demonstrationis gratia: quia illa verba clausulę quibus dies appositus nõ est, possunt intelligi tam de die apposita cã demonstrationis, quã differendæ solutionis, vel multiplicãdæ obligationis vt patet ex illa l. & ex hoc dico q̄ p. lapsum diei non committitur pœna, sed per interpellationem secuto modico spatio: iuxta id quod habet in l. j. de penu le. & q̄ non impedit moræ purgatio, sic si nõ eẽt dies apposita. & ista est benignior pars, & verior, & hoc sentit Bar. hoc dico etiam q̄ iste tex. debet intelligi q̄n illud verbum hodie, potest referri ad verbum spondes: vt patet hic & hoc tunc est q̄n procedũt illa verba. vt hic erat vel quando post verbum spondes, & añ verbum dare: si vero post. vt promittis mihi dare hodie decẽ tunc apponeretur ad differendam solutionem: & non posset agi añ lapsum diei & lapsus ei⁹ interpellaret: & impediret purgationẽ morę, & tunc haberet locum dictum Ange.

2 ☞ *Quando dandum est alteri quàm stipulatori succedit obligatio ad interesse, sicut in obligationibus facti.*
Vbi non est dare interesse intrinsecum: ut est pœna propter moram debitoris, potest peti interesse etiam extrinsecum, ut hic.

3 *Si dicatur mihi aut Titio, utrum ego uelim, an iste Titius dicatur adiectus ut possit etiam illi solui me inuito?*

§. Decem. † Quando datio confertur in personam stipulatoris, dicitur stipulatio continere certũ sed si in personã alterius, dicit̃ continere incertum, s. interesse h.d.tñ obligatio respectu interesse dicitur quid certũ: ga venit certificãdum p. declarationẽ iudicis. ideo pro eo datur certi cõdictio. vt l. certi cõdictio. in principio. cũ ibi notatis. ſ. si certũ pe. In tex. ibi, [ex eo quod mihi dandum est.] i. dicere si eligo mihi dari, & tu non das, propter hanc morã nõ possum aliud petere, quã ipsa decẽ: quia non succedit obligatio ad interesse in obligationibus dandi: sed si eligo dari Titio, & non das possum petere etiam plus si mea interest in plus: vt quia promiseram dare sibi decem in termino sub pœna maiori, & quia non dedisti pœnam incurri: certe potero facere ipsam pœnam: vt

2 j. subiicit. † Et sic succedit obligatio ad interesse, sicut in obligationibus facti, quando dandũ est alteri quàm stipulatori. Et ad hoc alleg. iste tex. vt dixi ſ. c. in l. vbi autem nõ apparet. in fin. Allegatur etiam quod sibi non est dare interesse intrinsecum vt est pœna ꝓpter moram debitoris, põt peti interesse etiã extrinsecum. vt est hic de ista pœna quã incurri: secus quando esset dare interesse intrinsecum. vt in l. si sterilis. §. cum pvendito rem. de actio. emp. certe ista distinctio procederet quando dã dũ vel fiendum esset mihi, & non daretur, vel non fieret quãdo aũt alteri, tunc etiam si esset dare interesse intrinsecũ, veniret extrinsecum. vt si promitteres mihi dare decẽ modios frumenti Titio, nõ est dare intrinsecum, s. estimationem frumẽti. & tamen si non das, possum petere pœnam quã incurri, & oẽ aliud interesse. vt ſ. eo. l. stipulatio ista. §. si quis insulam. & hoc

¶ tenet do. Rapha. quod placet. † Sed quæritur hic, an iste Titi⁹ dicatur adiectus. dicit ipse quod nõ quia fuit dictum mihi, aut Titio: vtrum ego velim: quia si ista verba vtrum ego velim, nõ essent apposita, tunc ille diceret adiectus. vt l. eum qui. §. qui si bi. ſ. c. & posset illi solui me etiã inuito vt j. de sol. l. aliud circa fi. ti. & tenet iste Titius mihi restituere actione mãdati, vel negest. vt j. e. l. Iul. §. j. licet ipse ista nõ tangat. Mihi vr̃ q̄ ista verba nõ habeant operari vt nõ dicaẽ adiectus: sed solum facere q̄ me inuito nõ poteris illi soluere. Sed si q̄rit̃ an sit adiectus. dico quod aut non intererat mea illi solui vt apud eum remaneret: quia nihil illi promiseram: nec incurro aliquã pœnã quo ad eum, nec aliquod dãnũ: & tũc dicit̃ esse adiect⁹ ad solutionẽ. & tenebit̃ mihi restituere non tñ poterit solui me inuito si sunt apposita ista verba, sed me volẽte, si forte mandauerã Titio q̄ de illa pecunia aliq̄d emeret mihi: & tunc si elegi vt illi soluas, & nõ soluisti. agam ad interesse: si aũt intererat mea illi solui ꝓpter illũ, qa forte sibi ꝓmiserã, tũc nõ dicit̃ adiectus ad solutionẽ. nec teneret mihi restituere. Vltimo op. qa ista stipulatio vr̃ continere certum, ex quo reseruaui mihi electionẽ. vt l. vbi aũt. §. qui illud ſ. eo. Sol. illud verum quando in vtraque parte alternatiuæ continetur aliquid certum, in altera incertũ secundum Bar. ideo iudicatur diuersimode.

2 ☞ *Si testator legauit cuilibet fratrum prædicatorum cappam, & Priori bibliam, an Prior debebit etiam habere cappam?*

LEX CXVIII.

¶ Oli clausula. † Clausula generalis non refertur ad specificata. ad hoc alle. & procedit ista l. q̄n clausula gñalis ponitur post specificata. Si vero ante, tunc refertur ad omnia subsequẽtia, etiã illa in quibus specialiter fuit promissum: vt j. de stipu. ser. l. si seruus communis sibi. & ibi no. per Bar. & plenius in l. quæsitum. §. fi. de fun. instru. per q̃d determinatur q̃o. † Si testator legauit cuilibet ex fratribus prædicatorũ cappã, & Priori bibliã, vtrũ Prior debebit etiã habere cappã? & dicũt Doc. q̄ si primo generaliter reliquit fratribus debebit habere: sed eõtra si Priori reliquit bibliã, & cuilibet ex fratribus reliquit cappam, nõ debebit hr̃e: quia istud generale relictũ nõ includit priorem, cui specialiter fuerat legatũ dando in l. Titia. §. qui marco. de annu. leg. & Bar. in d. l. si seruus cõis sibi. Item ꝓcedit ista l. q̄n in eadem dispositione cõtineẽ generalis & specialis, puisio: si autem in diuersis: tunc aut loqmur in dispositionibus legalibus, & tunc generalis & specialis simul cõcurrũt. & habet locũ generalis ẽt in casibus in quibus specialiter fuit, puisum & sic cõ petet duplex via: vt ſ. de no. ope. nunt. l. j. Et ibi no. per Dy. & Bart. vbi oino vide. & in leg. sena. de accusa. & l. sanctio legũ. de pœnis. Si vero in dispositionibus testatoris: vt in testamẽto & codicillis, tũc per gñalẽ dispositionẽ postea subsecutã in alia dispositiõe cẽsetur recessum à speciali cõtenta in alia: sed si ex eadẽ cã emanauerũt. & iste est casus in l. quã gl. alle. ꝓ cõtraria de ali. & ciba. le. l. libertis quos. §. j. alias sec⁹: vt ibi no. & in l. cum centum. de adi. lega. & l. quingenta. de proba.

LEX CXIX.

¶ I ita stipulatus. Conditio de præsenti non est proprie cõditio, sed demonstratio posito etiã q̄ sit falsa dispositionem non perimat: vt l. demonstratio. de condi. & demon. sed effectus conditionis bene perimit, ideo videbatur quod non poterit dici demonstratio quando perimit: sed potius conditio: sed non est verum: q̃n ad hoc vt sit conditio debet suspendere dispositionem, sed hic non suspendebat: sed à principio pertinebat. vnde non potest dici conditio: quia esset contra propriã naturã conditionis: ga illa regulariter nõ perimat: licet sit falsa, aliq̄n tñ perimit q̃n non reperitur subiectũ demonstrabile: vt in l. si sic. de leg. j. Idẽ q̃n apparet de mente contrahentium: vt hic. In tex. ibi, [& si maxime.] i. dicere posito quod constet de intentione partium quod noluerunt valere stipulationem, non sit integra summa centum aureorum: & illa verba, [centũ aureorũ est. exponunt̃, i. si est adhuc: nõ tñ videt̃ stipulatio cõditiõalis, posito q̄ nõ sit integra summa, & sic non valeat: ga nec demonstratio quæ fit per relatiuum: quis, vel qui, iuncto verbo præsentis tẽporis: nec conditio quæ fit per si, est de præsenti vel præterito, potest dici proprie conditio: vt ſ. eo. l. si cõditio in præteritum: sed si non constaret de intentione partium, licet non esset integra summa, non propterea stipulatio esset nulla, sed valeret in illa quæ est: & ita loquitur l. quam gl. alle. de leg. j. si seruus. §. qui quinq̄. & habet locũ illa regula quod falsa demonstratio non vitiat.

2 ☞ *Q̃ui promisit facere instrumẽtũ ad sensum sapientis, & nõ facit, tenetur ad interesse.*
Sapiens quid possit declarare apponi in tali instrumento?

LEX CXX.

¶ X ea parte. † Ex stipulatione dolum malum abesse datur actio ad interesse si contra fiat. h.d. secundum primum intellectum. & tũc exponitur, [interponendæ.] i. interpositæ: † vel sic qui promisit facere instrumentum ad sensum sapientis, & non facit, tenetur ad interesse. h.d secundum alium intellectum: & tunc ver

3 bum, [interponendæ. ſtat propriæ: & † dicit glo. quod sapiens potest declarare quod apponatur pœna. Doct. dicunt hoc es-

a se verum, si est de consuetudine[a] per l. quod si nolit. §. restitu. de ædil. edic. alias non potest aliquid addere quod à partibus non fuit expressum: sed solum circa solennitatem eorum quæ

expressa sunt, vt taliter scribantur quod habeant efficaciam. quod dic vt plene no. in l. illa institutio. de hære. insti. per Bar.

2 ☞ *Amicus alicuius magni lusor is, ut ipsum refrenet à ludendo, an possit stipulari ab eo pœnam si luserit?*

3 *Vxor an possit compellere maritum ad dimittendum concubinam?*

¶ Mulier. † Potest maritus se obligare vxori ad pœnã si tenuerit concubinam. h.d. not. quia interest vxoris quod non teneat. & intendit ad conseruãdum mores: & dicit Bar. q̄ esset idẽ si stipulatoris nõ interesset, sed potius promissoris. † vt si aliquis sit magnus lusor, quidam eius amicus vt refrenet ipsum a ludendo, stipulatur ab eo pœnã si luserit. Nã dicit se cõsoluisse per illũ tex. q̄ valeat ꝓmissio: quia tẽdit ad cõseruãdũ bonos mores: licet stipulatoris nõ interfit: sed ꝓmissoris: & sic videatur nõ tenere: quia stipulationes inuentæ sunt: vt quis stipuletur quod sua interest: vt in l. stipulatio ista. §. alteri. ſ. eo. Sed certe nos loquimur de stipulatione pœnæ in qua nõ requirit̃ interesse: sed si solũ stipulatur q̄ nõ luderet, procederet cõtrariũ: quia nõ posset agere ad in-

3 teresse, q̄ nullũ est. † Sed an poterit vxor cõpellere maritũ ad dimittẽdũ cõcubinã? dic q̄ sic per iudicẽ eccleſiasticũ sub pœna excõicationis: vt in c. si cõcubinæ. de sen. excom. & no. eo. ti. c. Romana. libr. vj. facit quod habetur in auf. vt lice. mat. & auiæ. in §. si quis sua domo. Posset etiam ludex secularis. compellere remediis secularibus cũ ad eius officium pertineat: vt homines honeste viuant: vt in l. iustitia. de iusti. & iur. nõ tamẽ potest maritus accusari per vxorem de adulterio: quia maritus non violat thorum vxoris, cum thorum non habeat, licet secus econuerso: vt l. j. & ibi plene no. C. de adul.

¶ In insulam. Stipulatio collata in tempus mortis, committitur per mortem naturalem: non per ciuilem. h.d. Si etiã nõ fit mentio de morte per testatorem: vt l. cũ pater. §. hæreditatem. de lega. j. si autem per l. tũc inspicitur an mors ciuilis habeat per omnia eundẽ effectũ quem mors naturalis, vel nõ, quod dic: vt no. in auf. si mulier. C. de sac. sanc. ecc. In tex. ibi, [committitur.] contra quem committitur, ex quo promissor erat deportatus, & bona eius publicata: videtur q̄ contra fiscum: tanquam eius vniuersalẽ successorem. l. inter eos. in fi. de fideiusso. licet in contrariũ faciat l quoties. in fi. j. de noua. potest potest etiã deportatus aliq̄n habere hæredem si fiscus non vult bona: vt no. j. de re. iur. l. ea sola, vbi glo. no. & tunc committitur contra hæredem.

¶ Ex facto rei. Quando dolus purgatur per actionem ex contractu, datur actio contra hæredem etiam ante lit. contest. h.d. & concor. l. si hominẽ. § si datur. ſ. de positi. & hoc contingit in contractibus bonę fidei: vt ibi: & etiã stricti iuris, quando interposita est clausula dolum malum abesse: vt in prin. huius l. alias daretur actio de dolo: vt vt l. & eleganter. §. non solum. ſ. de dolo. & illa nõ daretur contra hæredem dolose ante lit. contest. nisi quatenus ad eum peruenisset sicut nec aliæ actiones ex delicto: vt C. ne ex deli. defunc. l. vnica. & l. hæredibus. ſ. de dolo.

2 ☞ *Oblatio verbalis recusata, facta congruo loco & tempore, quod sufficiat.*

3 *Debitor si offert non solum sortem: sed etiam emolumenta quæ creditor haberet, si solueretur in loco & termino apposito in stipulatione, an creditor compellatur recipere in alio loco, & ante terminum?*

4 *Si debitor uult soluere usuras pro tempore futuro, an creditor cogatur recipere?*

5 *Si debitor dedit fundum pignori, an ualeat tunc pactum quòd non posit luere: & quòd creditor lucretur fructus?*

6 *Pactum quod non liceat ante terminum soluere: an ualeat?*

LEX CXXI.

¶ Vi Romæ. † Qui promisit certo loco vel termino, nõ põt alio loco vel añ terminũ soluere, si interest stipulatoris nõ solui. & oblatio facta non congruo loco vel tempore non prodest offerenti. h.d. in effectu vsq̄ ad §. Callimachus. & tota ista l. est pulchra & ponit casus valde singulares. In tex. ibi, [põderat.] subaudi cum vsuris: puta decem pro quolibet mense & incontinenti soluit eidem vsuras ꝓ duobus mẽsibus: vt j. dum dicit, [detracta ea summa & c.] † In tex. ibi, [paratum se esse.] dic quia forte mutauit ꝓpositũ de nõ eundo ad aliã ꝓuinciã, & dic q̄ obtulit se paratũ nõ solũ verbo, sed etiã cum pecunia in manu alias non haberet dubiũ q̄ verbalis oblatio nõ suffice-

a ret. l. prętor. §. si quis operat⁹. ſ. de no. ope. nũ. & ibi no. per Bar. vel dic secũdum do. Rap. q̄ imo sufficeret, si creditor contra-

a dixit[a] & recusauit recipere: quia non expedit realiter offerre, postq̄ apparet q̃d non vult recipere. & hoc si oblatio esset facta congruo loco & tẽpore. & ita limitat q̃d no. in d. l. prætor. §. si quis paratus. q̃d placet, nã & cũ citatus respõdet se nõ vẽturũ, nõ expedit ipsum amplius citari, licet si nihil dixisset amplius esset citãdus. b vt no. in l. diuus. §. fi. ſ. de in integ. rest. hic aũt facta fuit oblatio nõ cõgruo loco nec tẽpore: ideo nõ refert qualiter facta fuerit: nec nocet creditori q̄ recusauit recipere, vnde etiã pecunia postea perdita sine dolo & culpa offendentis adhuc põt creditor cõueniri. nec ob. l. qui decem. de sol. quia ibi cõgruo loco & tẽpore facta fuerat. In tex. ibi, [detracta ea summa.] sci- c licet cõputata illa summa: vt in gl. quę incipit, [computato eo. Quæro primo q̃ sit ratio q̄ ista oblatio non valuit: Dicunt quidã quia facta ante tẽpus, cũ promiserit post tres menses: quæ ratio nõ est bona: quia tempus regulariter apponitur fauore debitoris, & põt præueniri: vt in l. stipulatio ista. §. inter certã. ſ. eo. dic ergo rationem: quia promisit soluere alio loco, & poterat creditoris interesse potius ibi recipere quã Romæ. Itẽ, quia ꝓmisit vsuras pro illo tẽpore, & intererat creditoris illas habere. & sic tẽpus fuisset appositum gratia vtriusq̄, s. debitoris nec prius cõpellatur soluere creditori, nec prius compellatur recipere & 3 hoc voluit in effectu gl. fi. † Sed quid si debitor offert nõ solũ sortem, sed etiam omnia prædicta emolumenta quæ creditor haberet si solueretur in loco & termino appositi in stipulatione? Respondeo creditor compellere recipere, cum sua non interfit recusare: & h.d. gl. mag. quæ incipit, [nec præstat.] in princip. & l. is qui. ſ. de eo quod cer. lo. Sed d. Rap. dicit se dubitare in hoc: quia creditor compelleretur docere de suo interesse ratione loci, quia est incertum, licet non de interesse vsurarũ, quæ sunt certæ: & sic grauabitur, quod nõ esset si solueret in loco debito. Sed dic quod de hoc erãt concordes, vel si b non erant, si postea vult soluere, tenebat̃ stare iuramẽto[b] illius de interesse loci. Postea gl. format quatuor quæstiones: quæ differunt à tex. qui loquitur q̃n ꝓmisit soluere in alio loco, & post certum terminũ. & quæstiones hic loquuntur quando in eodem loco: licet post certum terminum. Item loquũtur q̃n ꝓmisit soluere vsuras & secundum ista iura secundũ quæ erant promissa. Et primo an valeat pactũ q̄ non poterit soluere añ terminum. & tenet q̄ sic. & non poterit, nisi soluat vsuras totius temporis, quod not pro mercatoribus qui faciunt cambia & dicunt esset permissa, & eis redditur ius inter eos si tale pactum esset appositum. † Item quæritur, si debitor vult solue 4 re vsuras pro tempore futuro: an creditor cogatur recipere? & glo. sentit q̄ sic: quia sua non interest recusare, & Doc. trãseunt cum ea. Sed miror: imo sua interest non recipere: quia recipiendo videtur facere pactum de non petendo sortem de illo tempore pro quo solutæ sunt vsuræ: vt l. qui futurum. ſ. de pact. & hoc facere non tenetur: sed potest petere sortem: licet debitor velit soluere vsuras: vt in l. ti. §. fi. C. de iure do. & si di- c catur potest recipere cum protestatione Respondetur[c] quod nec cum illa: quia vsuræ pro futuro tempore debentur sub cõditione si sors remanebit penes debitorem: ergo inuitus non 5 potest prius recipere: vt d. §. inter certam. † Tertio quæritur si debitor dedit fundũ pignori pacto apposito quod non poterit luere, & quod creditor lucretur fructus. Gloss. distinguit aut fuit appositum certum tẽpus, & valet sicut in prima quæstione, aut quod nunquam possit luere, & tunc non valet: quia videtur pactum l. commissoriæ. quod in pignoribus est reprobatum: vt l. fina. C. de pact. pigno. sed certe tunc est pactum l.

¶ Contradixit. Ad de Bal. in l. vnica. in j. col. C. ne li. in vna eadẽq̄ cã tertio prouo. vbi pro hoc alle. l. si residuũ. C. de distra. pig. & l. fundus. ff. de rescin. vẽdi. facit gl. in c. pastoralis. de of. or. facit etiã l. q̄ solidũ. ſ. de leg. ñ. & c. eũ qui. de do. & cõtu. lib. vj.

¶ Iur. hoc nõ placet Alex. quia cũ nõ appareat de dolo debitoris, nõ debet cõtra eũ probari interesse p̃ iuramentũ solũ. l. semper. §. in hoc interdicto. & ibi gl. ſ. q̄ vi aut clam. & insti. eo. §. fi. & no. in l. vna. C. de sen. q̄ꝫ p eo q̄ interest. profe.

¶ Respondet. Ade Alex. trauiuit cum gl. non ob. obiectũ Pau. quia debet gl. intelligi secundũ terminos alterius q̃stionis, q̃n actũ fuit q̄ pecuniæ retinerẽtur vsq̄ ad annum vel aliud tempus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Nec ante. Adde videndum quod idē ſcripſit in l.ītē quia. §.de pactis. & eius conſi.ccixxxj.

b ¶ Iter arripere. do. Alex.dicit q̄d Paul reſtrictio & limitatio ſibi ſ placet: qa diumatio & violatio tex.eſt rariōibus de q̄bus hic p ipm & quid.

commiſſoriæ, quando à principio agitur quod niſi ſoluatur infra certum tempus res pignorata remanet penes creditorem pro pecunia mutuata: & ſic propter morā debitoris: ſed hic nō ſic: imo nunquā poterit luere. & ſic nunquam erit in mora: vnde videtur valere, quaſi videaſ res vendita pro illa quantitate: licet ſimulatus fuerit alius contractus: ita dicit do. Rapha. ſed tu tene gl. quia debet intelligi quādo debitor voluit poſſe petere ſortē, & reſtituere pignus quando ſibi placeret, ſed quod debitor non poſſet luere eo inuito, & ſic remanſit contractus mutui pignoris. nec obſtat quod non eſt pactum. l. commiſſoriæ ratione qua ſ qa ſaltem habet ſimilitudinem cum eo: nam debitor indigens pecunia de facili apponit hoc pactum p quod ipſe videtur ſe obligare ad perpetuam ſeruitutem, cū debitor dicatur ſeruus creditoris ſeu cliens ipſi⁹: vt in l. fideicommiſſa. §. ſi rem. circa fi. de leg. iij. & C. de noua. l. iij. ideo no. iſtam glo. Sed ſi fieret tale pactum ad obuiandum fraudibus debitoris: vt ſi dubitetur de mutatione monetæ, & debitor ſentiens monetā argenteam debere mutari, vult mihi ſoluere de illa moneta, et ſic mutatio veniat in damnū meū, non propter hoc poſſum paciſci quod non poterit ſoluere me inuito: ſed quando mihi placebit. arg.

a §. e. l. à Titio. in fi. vbi poſſum ſtipulari ſi voluero, nec ante[a] poteſt mihi ſoluere. † Vltimo quæritur, quid ſi eſt appoſitum pactum quod non liceat tibi ante terminum ſoluere: & debitum erat vſurarium, an poſsit ſoluere ante terminū? glo. arguit pro & contra. & videtur tenere ſecundam partem, q̄ non poſsis: quaſi terminus ſit appoſitus fauore vtriuſq; poſtquā interueniunt vſuræ. Dy. dicit contrarium: qa in dubio cenſeſ apponi fauore debitoris. l. eum qui. §. fi. ſ. eo. Sed illud eſt verū q̄n non interuenerunt vſuræ. Bar. vult in effectu quod ſi tempus eſt appoſitum circa ſolutionem vſurarum, poſſes ſoluere q̄cunque vis ipſam ſortem, & facit ceſſare curſum vſurarum. vt in l. acceptā. C. de vſur. Si autem circa ſortem. tunc eſt aduertendū ad verba inſtrumenti: aut concernunt ipſum contractum, puta mutuo tibi centum pro duobus annis: & tūc iſtud tps nō ſolū tui fauore ſed ēt mei cenſeſ appoſitū, vt nō cogaſ prius recipere niſi poſſet alteri æque commode mutuare ſub eiſdē vſuris. & ita intelligitur iſta gl. aut fuit appoſitū circa ſolutionē, vt mutuo tibi cētum reſtituenda vſq; ad duos annos, vel mutuo vſque ad duos annos, vel infra duos annos. & tunc cenſeſ appoſitū tui fauore tm: & pōt p̄uenire. Ego dico iſtam di. p̄cedere q̄n erā ſolitus fœnerari idē ſi non eram ſolitus, tamē tu eras mihi extraneus: ita quod non eſt veriſimile quod fuerim motus tui cōtēplatione: ſed ſolū, ppter vſuras. Si vero eſſes domeſtic⁹ amic⁹: ita q̄ ſit veriſimile vt potius propter amicitiam tuerim motus: licet incidēter, p miſeris vſuras, cenſetur cōtractus celebratus tui tantū fauore: & ſic potes p̄uenire per l. ſi qs nec cauſam. cum ibi no. per l. rogaſti. in fi. prin. ſ. ſi cer. pe.

2 ☞ *Conuentio facta nauigando de tali loco ad talem infra talem terminum: an intelligatur de incipiendo nauigare, an de perficiendo nauigare: an de perficiendo iter?*
3 *Si aliquis procurator habeat generale mandatum cum libera: in aliqua cauſa: an poterit compromittere, & tranſigere, licet de iſtis non ſit facta mentio ſpecialis.*
4 *Quod operetur iſta libera circa inſtantiam?*
5 *Statutum ſi daret arbitrium poteſtati ſuper criminibus, an poterit prorogare tempus inſtantiæ præfixum à ſtatuto in cauſis criminalibus?*

§. Callimachus. † Quí poſitus eſt ad ſolutionē mihi fiēdā, nō pōt terminū ſolutiōis

p̄rogare, neq; locū mutare. niſi circa locum vel tēpus habeat arbitriū. h. d. in effectu totus iſte §. & nō eſt in toto volumine Digeſt. tex. qui ponat ita longū thema, & habeat min⁹ de ſubſtātia. vñ Dy. q̄ diſputātes, p̄ponebāt longū thema, dicebat q̄ erat lōgius quā §. Callimachus. & ita etiā ſolet dici de nimis verboſis. Et diuide in v. partes. nā primo ponit vna cōuentio facta inter mutuātem & recipiētem vſq; ibi,] cōuenit.] poſtea ponitur alia conuentio facta incōtinenti ſecundum gloſſ. vel melius dic ex interuallo, quia contrariatur primæ, quod nō eſt veriſimile incontinenti fuiſſe factum. nam in prima fuit actū quod pecunia mutuata in ciuitate Berito reſtitueretur in ciuitate Beritētiū infra ducētos dies. In ſecūda cōtinetur q̄ ſi debitor potius vellet illam pecuniā in mercibus emēdis in ciuitate Berītentium & eas reportare Berito, & ibi reſtituere: q̄d hoc poſſet facere dūmodo infra breuius tps, ſ. infra idus ſeptēbris, p̄xime futuri qui dicunt à principio mēſis vſq; ad mediū emere merces, & onerare nauim: & tñ recederet verſus Berito. & ſi hoc non faceret ſtatim poſt idus reſtitueret pecuniā in eadem ciuitate Beritēſium cuidā ſeruo Beriti miſſo cū eo, q̄ habebat mādatū recipiēdi pecuniā & reaſportādi Romam: & hoc vſq; ibi, [ſed cum ante.] ibi poniſ factū & contingens: quia ille bene emit merces, & poſuit infra terminum, ſed incepit nauigare poſt terminum. & hoc fecit de voluntate & licētia illus ſerui qui fuerat miſſus ad ſolutionē recipiendam, & in itinere nauis ſubmerſa eſt: & hoc vſq; ibi, [queſitum.] Quarto q̄ritur ad quem pertineat periculū, nā pecunia erat nautica. in qua creditor ſuſcipit in ſe periculū maris: & propter hoc licitum eſt ſibi ſtipulari centeſimas vſuras, q̄ quodāmodo ęqui parātur ſorti: vt in ti. de nau. fœno. Et breuiter rñdet q̄ hoc caſu periculum ad creditorē non pertinet: quia contingit culpa & mora rei: quia nō incepit nauigare in termino prout fuit actū. Forte enim ſi hoc feciſſet, hoc periculū nō accidiſſet nec ſibi aliquid prodeſt conſenſus illius ſerui qui non habebat mādatū niſi recipiendi ſolutionē: & hoc vſq; ibi, [Item quæro.] Quinto & vltimo repetit deciſionē vt addat rōnē, & eā limitet. In tex. ibi, [aut ſi intra diem.] dic iſtud fuit appoſitū loco pœnæ: & ſic iſta conuentio habebat diē & pœnā vñ videſ hic caſus ſecūdū Ang. de cōi opi. q̄ eſt q̄ vbi eſt dies & pœna, nō habeat locū purgatio morę: ſi em̄ haberet iſte Callimachus licet trāſacti eēnt idus potuiſſet morā purgare in nauigando, & in euitando pœnam, vt non teneretur reſtituere in ciuitate beritētiū etiam ſeruo illo berotis nō cōſentiente fortius eo cōſentiente cuius cōtrariū hic patet. Sed poſſet rñderi q̄ iſta purgatio nō admittiſ niſi infra modicū tēpus. vt patet in l. & ſi poſt tres. ſi qs cau. In qua fundant ſe illi qui tenēt cōtrariū: ſed hic nō dicitur q̄ infra modicū tps poſt terminū ipſe incepit nauigare. † In tex. ibi, [& nauigauit.] i. nauigare incepit: tamē poſt terminū ita intelligit gl. & infra colligitur ex tex. Et not. quod conuentio facta de nauigādo de tali loco ad talem infra talem terminū, intelligiſ, i. de incipiendo nauigare nō autē q̄ perfecerit iter: hoc tñ puto conſiderandū ex diſtantia itineris, ſi erat tāta q̄ infra terminū non potuiſſet perficere: alias ſecus. & eodem modo ſi fuiſſet dictum q̄ infra terminū aliquis exiſtens Romæ deberet venire Venetias. nam ſi nō poterat infra terminum perficere iter, debet exponi venire. i. iter arripere. b In tex. ibi, [quocunq; tempore in quemuis locū reddi.] Sed qd ſi de loco vel tempore non fuit facta mentio ſed ſolū fuit datū arbitriū circa iſtam pecuniā. Reſpondeo adhuc poterit p̄lōgare terminū ſolutionis & locum: quia tm̄ valent generalia verba quo ad oīa, quātū ſpecialia quo ad quædā ſecundū Bar. facit. c. qui ad agēdū. de p̄cu. lib. vj. † Nā ſi aliquis p̄curator habeat generale mandatum cum libera in aliqua cā, poteſt tranſigere & compromiſtere, licet de iſtis nō ſit facta mentio ſpecialis: vt l. procurator cui generaliter libera. ſ. de p̄cu. Aduertēdū tñ q̄ bene debet habere liberā in illa cā, vel ad oīa negotia: nō ſic ſi haberet liberā circa inſtātiā: qa tūc ſup negotio principali nō poſſet tranſigere, vel cōpromittere: ita no. Bart. in l. manda. ſ. de procura. Q̄n autē videatur habere ſuper negotio principali, & q̄n ſuper inſtantia tm̄. Bar. hic dicit aliqua verba latis obſcura, quæ dom. Raph. intelligit vno modo, qui mihi nō placet: ſed intentio ſua eſt iſta q̄ ſi lis adhuc nō eſt incepta, & ego conſtituo procuratorem in cauſa quam habeo cū tali, & ſic per verba de præſenti, & in ea do ſibi liberā, videor dare ſuper negotio principali: non ſuper inſtantia quæ nō eſt adhuc incepta: vnde in ea non poſſet verificari illud verbum, habeo, ſed in negotio principali ſic. Si autē lis erat cœpta, vel fui vſus verbo futuri temporis duntaxat: puta in cauſa quam habiturus ſum cum tali, tunc videor dare liberam circa ipſam inſtantiam, non ſuper principali. Idem ſi conſtituerem ipſum ad agendum vel litigandum, libellum dandum, litem conteſtandam &c. prout notarij conſueuerunt apponere, tunc ſolum circa inſtantiam videor dediſſe liberam ſecundum eum.

4 † Sed quid operatur iſta libera circa inſtantiam? vidi quoſdā procuratores errare: quia volentes prorogare tempus inſtantiæ faciunt de inſtantia compromiſſum & ſic prorogant p indirect

directum vt in authē. ſi tamen in medio. C. de tempo. app. ſed certe non cadit compromiſſum ſuper inſtantia de qua nō erat litigium inter partes, ſed erat de negotio principali: ideo dicēdum q̄ debent prorogari recta via poſtquā habent liberā, & poſſunt, vt hic: q̄ tamen ſanē intellige in inſtantia cauſę appellationis, quę poteſt prorogari per indirectum faciendo cōpromiſſum de negotio principali, & etiam directō. vt dicta auth. & cle. ſicut. de app. dummodo fiat per principales vel per procuratores habentes liberam ſuper ea: non ſic in inſtantia cauſæ principalis quę non poteſt prorogare directo vel p indirectum etiam à principalibus: vt no. in l. properandū. C. de iud. quia non tātum vertitur præiudicium nō enim perimitur negotium principale: licet pereat inſtantia. non ſic in inſtātia cāę appellationis. Vlti. op. q̄ licet quis habeat arbitrium, non poterit ,progare terminū: vt in l. ſi i lege. in prin. ſ. loca. So. ibi. habebat arbitrium circa qualitatem operis duntaxat, nō circa tēpus. † Et hoc no. ſi ſtatutum daret arbitriū poteſtati ſuper crī-
5 minibus: an poterit prorogare[a] tempus inſtantiæ præfixum à
a ſtatuto in cauſis criminalibus: nam ſi habet arbitrium in puniēdo, non poteſt ſi etiam in procedendo, poteſt: quia licet videatur habere circa qualitatem proceſſus & modum procedendi dūtaxat attamen ſub his verbis cōprehendiſ etiam tempus: quia illud pertinet ad modum & qualitatē potius quā ad ſubſtantiam: tex. eſt & ibi Bal. not. hoc tangit in authent. quæ ſupplicatio. C. de preci. Impe. offer.

2 ☞ *Cauſa in quo præcise quis compellitur ad factum fauore libertatis.*
3 *Si donaui tibi aliquam rem cum pacto quod poſt mortem tuam perueniat ad eccleſiam: an potero iſtud pactum reuocare te viuente?*

§. Flauius. † Per ſtipulationem pœnalem non nouatur obligatio præcedens ex cauſa oneroſa. h. d.

primo. Et ibi: eſt pœna & nō dies, admittitur purgatio morę. hoc ſecūdo. Et ex hoc pacto appoſito in donatione poteſt agere tertius in cuius fauore fuit appoſitū. hoc tertio & vltimo dicit iſte. §. ſecundū intellectū Bar. maximē in primo dicto. & ponitur tertius caſus vt patet ex ſummario. Et in primo caſu donans nō curabat de pœna, licet ipſam petere poſſet: ſed volebat ſibi ſeruari promiſſa: & quærebatur an poſſet agere: ad hoc videbatur q̄ nō, quaſi nouata eſſet obligatio, & actio per cōmiſſionem pœnę. Et deberet agi duntaxat ad pœnam. l. obligationū ferē. in de act. & obl. Contrarium tamen reſpondetur. & ſic non eſt facta nouatio. Quæ autem ſit ratio, & quomodo reſpondeaſ ad illam. l. diuerſę ſunt opi. Quidam dicunt ex eo quia prima cōuentio concernebat fauorē libertatis Bar to. dicit q̄ erat ex cauſa oneroſa. Ang. q̄ etiā ſi eſſet ex cauſa lucratiua non nouareſ. & in hoc bene dicit. & ego ſemper tenui hoc: ſed aſſignat vnā rationem falſam: quia ſi nouareſ: nō poſſet poſtea mora purgari cuius tamen contrariū eſt verum, ſed falſiſsimum eſt: quoniā nouatio prędicta nō tollit purgationē moræ. licet enim tollat obligationē primā, non tamē facit quo minus id qđ erat in primo in obligatione remaneat in ſolutione quo ad purgationē moræ. vt eſt caſus expreſſus contra eū in l. j. de pe. leg. Et expreſſa determinatio Dy. et Bar. i. l. ſi inſtulam. ſ. eo. in iij. oppo. & miror, q̄ Ang. tantum erraui. t. l. quam ipſe alle. nihil facit in ſecundo dicto, donans non curabat ſibi ſeruari promiſſa, ſed agebat ad pœnam. & ſic econuerſo ad caſum precedentem & donatarius volebat ſeruare & morā purgare, vt euitaret pœnam. dicitur q̄ poteſt. in tertio caſu donator de neutro curabat, nec agebat vt ſeruarentur promiſſa, ſed etiam ad pœnam. Sed ſeruus in cuius fauorem pactum manumiſſionis fuit appoſitum, volebat cōpellere donatariū ad manumittendū. quærebatur an poſſet? videbatur q̄ non: quia ex pactofacto inter donantem & donatarium non videbaſ ſeruo aliquod ius quæſitum, cum quo nihil erat geſtum: & tamē contrariū eſt, quia ſpeciale eſt fauore exercentis libertatem q̄ ex pacto facto inter donantem & donatariū in fauorem tertij ſuper re donata acquireretur illi tertio ius vtile: vt in l. quoties. C. de donat. quę ſub modo. quia ſi ille eſt liber homo, acquiriſ vtilis actio. vt ibi: ſi eſt ſeruus acquirit officiū iud. nobile: quoniam actionis eſt incapax: ita debet intelligi hic p. l. pe. §. illo. C. de neceſſer. & per l. vix certis. ſ. de iud. In tex. ibi. [ſpoſpōdit Claudius.] Subaudi & poſtea Claudius fuit in mora manumittendi: & ſic fuit pœna cōmiſſa: vt patet in ver. ſeq. dū dicit

a ¶ Prorogare. vide Bar. i. l. j. §. j. ſ. de iur. deli. Pe. anch. in rep. c. canonū ſtatuta. de cōſt. Ang. in l. milites. C. de teſt. mil. & ibi Ful. Bal. i. l. j. c. ti. & in l. obſeruare. §. proficiſci. de off. pro conſu. & lega.

b Contrarium. In hoc ambiguo caſu vide Bal. i cōſi. cxxxviij. j. lib. & conſ. ccccciij. eūdē Paul. cōſi. clxj.

[pœna libereſ &c.] et hoc faciebat dubiū. a In tex. [cur nō poſsit.] dic & ſic no. tria, ſ. quod obligatio prima ad manumittendū nō eſt nouata. Item quod agitur ad factū: & ſic in obligatione contra do. Chriſto. q̄ tenebat contrarium, vt dixi in l. ſtipulationes, non diui. † Item no. caſum in quo pręciſe quis cōpellitur ad factū fauore liber-
2 tatis: quē adde alios ad quos tetigi. in l. ſtipulationes. In tex. ibi. [reſponderi poſſe.] dico dūmodo ſuper pœna nō ſit adhuc lis conteſta. alias ſecus: vt in l. ſi inſulam. ſ. eo.
b In tex. ibi. [nolit agere.] dic, ſed quid ſi vult agere ad pœnam ſeruus autem vt manumittatur, & donatarius non curat quod iſtorum faciat, quis præferetur. Dicit dominus Raph. ſe credere ſeruū præferendum fauore libertatis. Sed in contrarium videtur, ſi erat donator iſte qui agebat ad pœnam: nam ipſe poteſt pœnitere, & facere q̄ non manumittatur & auferet ius quæſitum illi ſeruo: licet non ſic in hærede ipſius donatoris, vt eſt caſus in l. iij. ſ. de ſer. expor. Et hæc eſt verior. & per illam
3 l. dicit Bart. hic † q̄ ſi donaui tibi rem aliquam cū pacto quod poſt mortem tuam perueniat ad eccleſiam: licet ex hoc pacto acquiratur eccleſiæ vtilis actio: poſſum tamen iſtud pactū reuocare te viuente. domi. Raph. miraſ de hoc. & dicit ſe valde dubitare qualiter poterit auferri ius quæſitum. Certè Ioann. And. in addi. Spe. de inſtr. edic. §. nunc verò aliqua. in add. quę incipit, per ſuperiora. quem ipſe non alle. tenet expreſsè contrarium, b recitando diſputationem cuiuſdā. Et idē tenet dom. Fran. de alberg. naturalis aduocatus Florentinus, qui fuit diſcipulus Barto. in d. l. iij. de ſer. expor. Nec ob. illa l. quia loquitur in ſeruo, cui ius perfectè nō acquiriſ, ideo de facili poteſt reuocari. nō ſic in eccleſia, vel libero homine, quibus acquiritur ius actionis. ſed volendo ſuſtinere Bartol. poſſet dici q̄ illi tertio acquiritur ius irreuocabiliter: quia iſte videſ quidā contractus innominatus habita relatione ad donationem ad cauſam explicandā per donatarium. ſcilicet dono vt facias, vl des. in quo habet locū pœnitētia re integra. vt in l. ſi pecuniā. de cōdi. ob cau. & ſic illi tertio non poteſt acquiri ius aliter quā fuerit acquiſitum donatario, ſed illi fuit acquiſitum reuocabiliter. ſ. niſi donatoris pœnituerit: & ſicut poteſt pœnit[illegible]e de toto, ita de parte. Tamen adhuc dubito: qa ſi dono ſimpliciter, cū pacto q̄d poſt mortem perueniat ad eccleſiam, nō moueor ad donandum propter hoc principaliter quod perueniat. quo caſu eſſet contractus innominatus, ſed illud venit in conſequētiam: vnde tutius videtur tenere contrarium eius quod dicit Barto. licet ex verbis appareret contractus innominatus: qa fieret prout puta dono vt ſic facias, quia tunc illud eſt cauſa inductiua ad donandum.

2 ☞ *Si teſtator prohibeat rē alienari extra familiā, & vnus de familia prohibitus requirat alios de familia, & illi negligant emere, an poterit poſtea alienare extra familiam, & an poſt negligentiam poſiti mora purgarē & nu. 6.*
3 *An talis res poterit alienari ex cauſa neceſſaria?*
Si requiſitus non vult tantum pretium dare ſicut volens alienare reperit ab alio extraneo: ſed offert dare iuſtū pretiū, an teneatur vendere volens et dare pro illo iuſto pretio?
4 *Quid ſi ſtatutum dicat volens vendere teneatur requirere vicinum, vel propinquum, & illi prius vendere?*
5 *Ad conſtituendum quem in mora ſufficit interpellatio etiam extraindicialis.*
Quod reperiatur conuentio etiam extraiudicialis.
6 *Interpellatio ſeu proteſtatio facta tutori, afficit pupillum.*
7 *Si res eſt prohibita alienari alteri: & tamen alienatur, an tranferatur dominium.*
8 *Si promiſiſti non vendere niſi mihi, an poſſim te compellere ad vendendum?*

§. Cohæredes. † Qui tenetur alteri vendere sub pœna, ſi ille requiſitus negligat emere, poteſt ſine metu pœnæ vendere cui vult. hoc dicit. &

2 non eſt alibi ſecundum Dyn. † & limitat omnes leges in materia vltimarum voluntatum loquentes de prohibitis alienare extra familiam ſi requiram alios de familia, & illi negligant emere, poſsint alienare extra familiam quod ita non bene reperiatur alibi. Subdit tamen Bartol. quod ſi teſtator expreſſiſſet cauſam: quia ſi voluiſſet rem eſſe in familia, & emere: tunc non poſſet alienare extra familiam etiam alijs requiſitis & negligentibus. poſtquam enim poſt mortem illius deberet ad alios deuenire gratis, nō coguntur emere ſi nolunt. do.

Universidad de Sevilla
Biblioteca

Paul. de cast. secunda super Digest. nouo.

a ¶ Dy. adde quæ posui in d. §. diui. i characteribus detortis in apostillis & i isto arti. Pauli ipse reprehenditur ab Alexã. hic per ipsum.

b ¶ Ad vendendum, sed quanto tempore debeant expectare post requisitionẽ de medo vide Ro. sin. suis. & ibi vide an qui promisit vendere nulli alij ni si mihi possit p me cogi.

c ¶ Ex superabundanti. reprehenditur p Alexan.

d ¶ Peregrinus. Sed qd si quis ,p misit ,p aliquo debito, ,p toto eo q declarabit Titius ipsum debere, an titio mortuo, vel non arbitrante, sit promissor liberatus. vide Ro. consil. ccccciij.

Raph. dicit q etiam si istam clausulã non adiecit: sed solum prohibuit extra familiã alienari, non censetur hoc fecisse nisi ob causam vt in familia remaneat: & sic induc̃itur tacitum fideicommissum ex tali prohibitione: & non poterit alijs etiam requisitis alienare extra familiam: & sic innuit quod iurisdictio quã faciunt. Dy. & Bar. non sit bona: & quod hoc loquatur in cõuentione inter viuos, ex qua non resultat tacitum fideicommissum vel grauamẽ de restituẽdo grauatis post mortem. & alle. Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. Mihi videtur quod primum dictum sit verum, vt sola prohibitio contineat causam vt in familia remaneat postquã eius contẽplatione facta est: vt in l. filiusfa. §. diui. De le. j. sed quod non poterit alienari alijs de familia requisitis, nec dictum eius, nec Bar. placet imo poterit, & valebit alienatio quouscq; vixerit. ipso autẽ mortuo aut reliquit hæredem de familia, & similiter valebit: aut extraneum, & tunc reuocabitur per l. vnũ ex familia. §. sed si vno. cum seq. & §. quod si talia. & l. peto. §. prædium. de le. ij. quia videt̃ cessare prohibitio alienationis, & remanere dũtaxat fideicõmissum post mortem alienationis postquam alij requisiti emere
a neglexerunt: & ita intelligo dictum Dy.[a] ob. aũt q si nõ eẽt facta expressa prohibitio de alienando extra familiam, sed solum vt res remaneat in familia, valeret alienatio in vita alienationis: & retractareť eo mortuo: quia tunc extat cõditio fidei com. sicut in qualibet re sub conditione relicta. vt in l. seruo. le gato. §. j. de le. j. & ibi no. & l. fi. §. sinautem sub conditione. C. cõia de leg. sed prohibitio expressa facit vt si fiat alijs nõ requisitis, statim poterit retractari: quia concurrit duplex prohibitio: l. & testatoris. sed in precedenti l. tantum. vt no. in l. cum pater
3 §. libertis in gl. de le. ij. & in l. peto. §. fratre †. Sed si requirit, & ipsi negligunt, cessat prohibitio: quasi testator ,phibuerit alienari conditione si alij emere nolunt, sic etiam contingit si alienatio fieret ex causa necessaria ,pter debitum prohibiti, nam valet in eius vita. etiam si facta sit alijs non requisitis. vt in d. §. prędium. sed hic cum fit sponte dicta requisitio, tantum operatur quantum necessitas alienãdi, & tunc intelligit istũ artic. & inductionem Dy. licet per scribentes male declaretur. & tene menti. In tex. ibi [cxxv.] dic, sed quid si non fuit specificata quantitas: & iste volens vendere repetit a quodam extraneo istam quantitatem: sed cohæres requisitus non vult tantũ dare, quia dicit quod nõ tantum valet, & offert se paratum dare iustum pretium. an teneatur iste sibi dare pro minori quam ab alio reperiat. Ioan. an. in addi. Spe. ti. de emp. & ven. §. inquirẽdum restat in vlti. addi. refert disputationẽ cuiusdam q determinauit quod non tenetur dare ,p minori quã ab alio reperiat & reprobat gl. quæ est in l. ij. ante fi. mag. gl. C. de rescin. ven. quæ dicit non debere attendi quod alius offert vltra istud pręcium contrarium videť hic determinare Ang. licet alleget Ioan. pro se sed dicit contrarium ,pterea si hoc est de facili cõmitterur fraus, quia submittetur quidam tertius qui offeret lõge
4 plus isto pretio & fraudabitur ille cui vendi debet. † Et istud no. ,p statutis dicentibus q volens vendere teneatur requirere vicinũ vel propinquũ, & illi prius vendere si vult emere: vt est hoc Venetijs, vel Florentiæ vt vicinus vel propinqu' nõ teneatur dare vltra iustũ pretium, nisi statutum aliter disponat licet plus inueniat ab alio ad quod bene facit l. ad officium in fi. C. cõi diui. cũ ibi no. vbi nõ debet attẽdi aĩosior licitator, sed cõiter statuta vident dicere contrarium q ,p eo ,ptio q reperiatur ab alio debeat prius vendi vicino: sed hoc debebit cõsiderari an fiat fraus vel non. d. Raph. dicit quod istud est verũ ẽt de iure qñ statutũ ita disponit, vt teneatur vẽdere potius
b isti quã illi sed si simpliciter aliquis eẽt obligatus ad ,vẽdẽdũ, b teneret dare pro iusto pretio, & nõ vltra: licet vltra reperiret ab alio. quod satis placet. In tex. ibi, [sæpius testato conueniet.] dic. No. hic tria primo in verbo, [sæpius.] q videť innuere quod non sufficiat vnica interpellatio ad constituendum quẽ in mora, sed debeat sæpius reiterari. contrarium tenẽt oẽs vt ẽt no. per gl. in l. mora. in prin. de vsu. hic denotať facti accidentia, non iuris ministerium. † Item no. in verbo, [testato.] iũcta glo. quæ semper alleg. q ad cõstituendũ quẽ in mora sufficit interpellatio ẽt extra iudiciũ. facit. §. eo. l. j. si ex le. cau. Itẽ no. in verbo, [cõuenierit.] q' exponit, i. requisiuerit: q reperiť cõuentio ẽt extraiudicialis. hoc vide p gl. in l. si fullo. de condi. sine cau. q̃ alle. dictũ Ang. vos cõuenio inquã o' Iudæi. i. reqro.
6 † No. etiam quarto in tex. præcedenti, q interpellatio seu protestatio facta tutori afficit pupillum. facit l. sed & stipulat⁹. §. e. In tex. ibi, [aut venderet.] dic istud fuit additum ex superabũ
IN duobus reis. Quando plures se obligāt vt duo rei, licet ex interual lo, per secundā obligationē non tollitur prima iure no uationis: quia cēsetur actū cōtrarium. hoc dicit. Not. hic ca sum expressum de eo de quo dubitauit gl. in l. si ex duobus. j. eo. quod si primo interrogauit te an promittas mihi cētū, & tu promisisti, postea ex interuallo interrogo Titiū an promittat mihi eadem cētum & ipse promittit: quod istud interuallū in ter promissionem vnius & promissionē alterius nō habet vi tiare cōstitutionē duorū: nec ob j. eo. l. duos. §. fi quia ibi de in teruallo qd est inter interrogationē & respōsionē. hic non sic. Sed inter interrogationē & respōsionē vnius, & interrogatio nem & responsionem alterius. hoc tamē videť verum quando hoc actum est expresse inter partes: quia secūdus se obligat vt correus primi: & sic est intentio partiū q̄ prima obligatio non tollať per regulā iuris nouatiōis. Et hoc vult iste tex. alias si nō est actum hoc expresse tunc si est interuallum, per secundam tolletur prima iure nouationis hoc iure secundum q̄ propter interuentum nouæ personæ (licet nihil adderetur in re) fiebat nouatio. hodie secus: vt in l. fi. C. de noua. & sic hodie etiam si non esset expresse actum quod non essetis duo correi, tamen eritis. quia vna obligatio cedit alteri. si autem incontinenti, tūc etiam iure isto non præsumetur nouatio. arg. eorum quæ not. in l. non ad ea. de condi. & demon. quia non est verisimile q̄ voluerint vnam per alteram tolli incontinenti.

2 *Si tota utilitas contractus peruenit ad unum ex reis debendi an alter qui aquè principaliter se obligauit, posit petere quod ille prius excutiatur.*
3 *Rei debendi an hodie habeant beneficium diussionis?*
4 *An creditor posit quemlibet eorum insolidum conuenire?*
5 *Pendente iudicio contra unum: an posit agere insolidum contra alterum?*
6 *Plures an posint in eodem libello conueniri vel accusari: & si conueniant separatim, an tunc posint cogi ad instantiam creditorum unum tantum dare libellum?*
7 *Si creditor agit cōtra quemlibet ex correis pro parte, an audeatur actionem diussisse.*
8 *Si debes mihi centum possum petere quinquaginta, & qualiter debeam petere?*
Quod possim petere partem a fideiussore, & partem a principali.
Si unus ex reis solvit partem, an pro residuo poterit aqualiter conueniri cum altero?

1 §. Vbi duo. † Creditor pōt vnū ex reis debēdi quem vult conuenire & exigere insolidum: pōt etiā quenlibet eorū conuenire pro parte. Item vno soluente li beratur alter. h. d. vsq; in fi. & sic primo loquitur qñ vnū tantū creditor volebat cōuenire vsq; ibi, [partes autē.] secundo quā do quēlibet pro parte vsque ibi, [vtiq;.] tertio quando vnus sol uit totum an liberetur alter. & prēmissa ratione determinat qd sic: venio ad casum. In glo. j. ibi. [argu. contra infra itēdi. fol. l. iam tamen.] dic istud contrarium venit ad secūdum casum hu ius §. Et responde quod contrarium loquitur in reo qui vole bat diuidere defensionem: & nō poterit inuito actore, quia in terest actoris quod non diuidatur. hic loquitur in actore qui volebat diuidere petitionem. & hoc potest inuito reo: cum ex hoc reus non sentiat damnum, vt ilitatem sufficit. super istis gl. non habeo plus dicere. Oppo. contra primum dictum quod non poterit vnus solus conueniri insolidum: vt in authenti de duo. reis. Sol. illud de iure nouissimo. vt dixi in l. j. Sed contra secundo quod idem est de iure antiquo: vt j de fideiusso. & si dubitetur. C. de consti. pecu. l. fi. Solut. illa iura loquuntur in his quæ tenentur accessorie pro alio: vt fideiussores, constitu tores: & mandatores in quibus etiā de iure veteri mitius age batur quam cum illis qui tenebātur pro seipsis. nam licet quis tenetur insolidum mero iure: vt instit. de fideiuss. §. plures. ta men habebant beneficium diuisionis ex epistola diui adri. de qua in l. si dubitetur. C. de fideiuss. Sed contra tertio q̄ idem in illis qui pro se tenebantur, vt in pluribus tutoribus aut cura toribus: vt l. j. §. nunc tractemus. de. tu. & ra. distra. Sol. ibi tene bantur ratione officij necessarij, cum quibus etiam mitius age batur quam cum his qui ex causa mere voluntaria tenebātur.

Sed quarto quod idem in his qui ex causa mere voluntaria, vt pluribus apud quos deposita esset eadem res, & per culpā vel dolum ipsorum fuisset deteriorata. nam quilibet tenetur insolidum: vt in l. si duo. ŝ. depositi. & est causa mere voluntaria, & tamen conueniuntur exēplo pluriū tutorū vel curatorū: vt in l. j. §. si apud duos etiā ti. depo. ergo habebāt beneficiū diui sionis sicut & illi. q̄ etiā tenet hic Bar. sed responde sustinēdo hāc opi. q̄ tenentur ex obligatione legali: sed hic loquit in his qui tenenť ex proprio cōtractu & obligatiōe cōuentiōali. nā in secundario obligatio puenit ex obligatiōe legali ad inter
2 esse. & mitius agitur cū lege q̄ cū homine. † Vltimo opp. & idē in his q̄ ex proprio cōtractu & obligatione cōuentionali: vt l. vnde quærit. ŝ. cōmoda. Sol. & tene mēti. si cōueniebāt vnū ex reis debēdi insolidū hoc iure. & ipse dicebat cōueniri se ꝓ parte tm̄ & alterū pro altera parte: qa erat soluendo, nō audie bat hoc iure: vt hic, sed si dicebat ad alterū peruenisse vtilitatē cōtractus, & nō ad se, & paratus erat hoc ostēdere etiā: & ille excuteret suo periculo & impēsa, etiā iure isto debebat audi ri per l. cōtrariā. q̄ etiā not. & iō si hodie tota pecunia pueniſ set ad vnū tm̄, licet alter se obligat ęque principaliter, posset pe tere q̄ ille prius excuteretur. Ita videtur sentire hic Bar. tamē ipse intelligit hoc verum qñ ita esset actū inter creditorē & il los duos obligatos q̄ ad vnū tm̄ pueniret tota pecunia: sed si hoc non cōuenit cū creditore, licet illi inter se hoc fecerint: ma ius est dubiū: quia factū illorum non debet nocere creditori. tamen adhuc idem tenet per l. not. sed Guil. de cu. videtur sen tire in l. sed lul. ŝ. ad macedo. q̄ etiā in primo casu qñ fuit actū inter creditorem & illos ex quo creditor tñ voluit q̄ vterq; se obligaret æque principaliter ad hoc vt istud aliquid operetur non habeat ille ad quem pecunia nō peruenit beneficium ex cussionis. quod ego intelligo verum qñ tāquā fideiussor vel let hoc opponere, dicens q̄ licet nō se obligauerit principali ter, ex quo ad ipsum nulla vtilitas peruenit debet reputari vt

Universidad de Palermo Biblioteca

a ¶ Contentus. Adde Bal.in l.j. C.de fideiuss.tu.& dicit Bald. in l.fi.in fi.C.q̃ cum eo. q̃ procedit libel lus simpliciter cõtra dñm de peculio:licet non dicatur quatenus est in peculio,qa Iudex habet postea moderare.qđ no.& vide qđ not.glos.& doct. in l.semper.§. si in sepulchro. ℸ. qđ vi aut clam.

b ¶ Litis pendentis. Vide Bal. in l.fi. C. de fideiuss. & in l.fin. C.de duob.reis. Imo. in l. hoc amplius. §. fi.cum se.de dam.infect.

fideiussor. nã tũc nihil operaretur cautela assumpta q̃ obligaretur æque principaliter. sed si vult opponere tanquã correus, puta q̃ alius cõueniatur ꝓ parte sua,nõ dico insolidũ, licet ad illum insolidũ peruenerit,& ipse pro sua.licet ad eũ nihil peruenerit tunc hoc poterit opponere. & ita intelligo opi. Bar.nisi fuerit renuntiatum beneficio diuisionis.& sic in effectu nõ poterit opponere beneficium excussionis,sed diuisionis sic,sufficit pro isto manc.† Qđ autem dixi plures reos debẽdi habere hodie bñficiũ diuisionis si oẽs sunt præsentes:& soluendo,vel bñficiũ excussionis,si dubitatur an alter sit soluendo procedit in his qui obligati sunt ex proprio cõtractu: vt patet ex dicta auth.nõ si ex cõtractu alieno.vt plures mercatores habentes vnũ institorem.nã ex contractu celebrato cũ illo quilibet eorũ tenetur insolidũ:vt in l.j.in fi.de exercito.ne in plures personas distinguaſ qui cũ vno cõtraxit.vt in l.ne in plures. quæ ibi sequitur:& dñr plures rei debẽdi vt no.Bar.j eo.l.eadẽ.in princ. & in istis nihil est immutatũ secundũ Bar.qm̃ adhuc durat eadẽ ratio.& sic nec olim nec inter istos locus erit beneficio diuisionis secundũ Bar.quod satis placet licet Ange. videatur tenere contrarium.j.eo.l.reos.Itẽ procedit quãdo inter correos subest altera fideiussio:vt patet ex dicta authenti.quæ de hoc facit mẽtionem:alias non esset locus dicto beneficio diuisionis secundũ Bart.tunc aũt est altera fideiussio qñ sunt obligati ex contractu onerosõ, ex quo communiter ad vtrunq; peruenit vtilitas.ideo si vnus solueret totũ, recuperaret a correo pro parte quæ ad illum peruenit.vt no.in l.j.C.eod.& plene.j.eod.l.reos.ideo dicitat æquitas q̃ si ille est præsens & soluendo,q̃ conueniatur pro rata sua a creditore pro qua posset conueniri a correo si totum solueret,vt vitietur circuitus: secus si ex causa lucrativa:quia tunc si vnus solueret totum nihil recuperaret a correo.vt not.in l.si titio.de leg.ij.& plene.j.eodem. l.reos.vnde non dicũtur inuicem fideiussisse:& per cõsequens non habent beneficiũ diuisionis secũm Bar. & secũm hoc si tota vtilitas peruenisset ad vnum,& alter cõueniretur.posset petere qđ ille prius excuteretur:& non esset beneficium diuisioĩs, sed excussionis in totum qđ etiã tenuit Bart. vt ſ. dixi per l.vn de quæritur.commoda.Sed ego §. dixi contrariũ,quia intẽtio partiũ videtur fuisse q̃ quilibet conueniretur æque principaliter,postq̃ quilibet se principaliter obligauit. & sic videtur renũtiasse beneficio excussioĩs secũm Guil.de cu.ideo videtur q̃ etiã inter illos qui sunt obligati ex causa lucrativa:& sic nonvidentur inuicem fideiubere locum haberet beneficium diuisionis.& hoc videſ tenere do.Rapha.hic.qđ placet. Nec obst.l. vñ q̃rit,qa ibi cõueniebant extra id de quo fuit actũ a principio.hic ad illud de quo fuit actum.vnde non subest eadẽ ęquitas excussionis:ideo nõ habet locũ cõtra intentionẽ partium: quia nõ reperitur iure cautũ,sicut reperitur de beneficio diuisionis.† Vltimo circa istum articulum quæritur,quid si creditorvult cõuenire quẽlibet reorũ debendi insolidũ,an poterit. si enim vult cõuenire pro parte,constat q̃ sic.vt hic. In secũdo casu Bar.tenet q̃ poterit duobus cõcurrẽtibus.primo q̃ simul eos cõueniat eodẽ libello,vel diuersis eodẽ tpe porrectis. Itẽ q̃ dicatur in libello q̃ erit vnica solutione contentus.[a] & hoc ꝓbaſ in l.j.C.si pluresvna sententia.vbi patet q̃ potest condẽnari per iudicẽ quilibet insolidũ:ergo a quolibet insolidũ põt peti,vt sententia sit conformis libello:alias non posset condẽnari.Itẽ patet ex no.in l.j.C.de fideiusso.in gl.parua q̃ dicit ita q̃ exigi,q̃ illa ꝓtestatio est necessaria.Sed Bal.in l.si pluribus. de legat.ij.tenet q̃ nõ sit necessaria.quia tacite ineſt si cõuenit eos añq̃ correos:vt patet hic i fi.vbi sufficit vna solutio.Et hoc no.ꝓ sustẽtatiõe libelli,qa secũm Bart. reiceretur libellus tãq̃ ineptus,si non esset illa protestatio:& processus agitatus iuper eo non valeret, & quandocunq; posset opponi de ineptitudine,& non valeret sententia:vt no.insti. de obli. in principio.& per Bal.in l.actori.C.de iureiuran. quæ omnia cessant retenta opin. Baldi. Si autem primo conuenit,vnũ postea ex

b interuallo dat libellum cõtra alterũ:an ille poterit se tueri exceptione litis pendentis[b] contra primum,vt non cogatur respondere? Tres fuerunt opiniones. Prima quod sic: vt no. in authẽ.de duobus reis,in corpore.& fuit opin. Azo. Secunda fuit Dy.quod in prima instantia posit per l.quoties. §. creditor.de pecu.sed pendente causa appellationis contra primum bene potest agi contra secundum per l.creditor. in princip.§. manda. Tertia est opin. Bart.qui non videt rationem diuersitatis inter primam instantiam & instantiam causæ appellationis:ideo tenet indistincte quod lite pendente contra primum conuentum non prohibetur creditor agere contra alium correum,per illam l.creditor.in princip.nec ille potest se tueri exceptione litis pendentis & respõdet ad l.quoties.§.si creditor. quia loquitur in actionibus,quæ per electionẽ tolluntur, hic non sic. l stud dictum Barto.procedit sine dubio,si primus cõuentus esset contumax in primo iudicio. nam tunc secundus conuentus non potest opponere exceptionem litis pendẽtis contra alterum qui est contumax,sicut posset opponere de alia lite pendẽte contra seipsum super eodem coram alio iudice,postquam in illa est contumax:vt idem Bartol.not.in l.sepulchri.de sepulchro violato.& in l.vbi cœptum.ſ.de iudi.Et ita expresse determinat Bartolus in casu nostro. ſ.de damno infec.l.quamuis alienus.cum l.præceden.quæ incipit,hoc amplius.vbi hoc colligitur.sed non est cõtumax in prima lite, videtur dicendum contrarium: quoniam primum iudicium sic se habet quod absolutoria lata pro primo conuento, potest parere exceptionem rei iudicatę ſcõ cõuẽto:vt si esset lata super facto,prout determinat Bartolus in l.ex duobus.infra eodem, in quarta quæstione.per l.duobus.§.primo.de iureiurã. ergo non admittitur concursus & cumulatio dictorum iudiciorum.per l.fundi.& l.fundum.supra de exceptio.& sine dubio si determinatio Bart. in dicta l.ex duobus.esset vera, determinatio sua quam ponit hic esset falsa, per dictam rationem:sed puto illam non esse veram:sed potius istam, quia dũ in iuramento distinguitur an sit iuratum super facto,an super actione:vt dicta l.duobus.§.primo.in sententia tamen non distinguitur.imo lata pro vno non prodest alteri etiã fideiussori.& etiã si sit lata super facto prout Bart. determinat in d.§.j. & in l.adulter.§.fi.de adulter.& ita fuit disputando determinatum per Richardũ malumb. † Tene ergo quod pendente iudicio contra primum,potest agi contra alium insolidum obligatum secundum Bartolum:sufficit tamen vna solutio. & istud not.nam aliam habui de facto consulere quando erant obligati ad idẽ.an lite pendente contra vnum posset inchoari iudiciũ contra alterũ,& oportuit me recurrere ad hoc not. Et prædicta de primo casu huius §.& subdit Bartol. hic quod si factum fuit contra quemlibet insolidum eodem libello,vel diuersis simul traditis,debet negotium communiter examinari,& simul terminari:vt colligitur in authen. prædicta. Et si contra fieret, posset appellari, sed olim hoc non erat: imo poterat terminari quantum ad alterum supersederi per l.non idcirco.supra,de iudic.& illud est tertium quod additur per illam authen.dicit etiam quod non expedit opponere diuisionis beneficium,nisi in executione sententiarum: sed quando vnus solus conuenitur, debet opponi ante latã sententiam.& nisi opponatur,postea non posset opponi, imo mittetur snia executioni insolidũ cõtra condẽnatũ.quod tene menti per ea quæ not.in l.si dubiteſ.j.de fideiuſ† Quod autẽ in eodẽ libello plures obligati ex eadem causa poterint conueniri: patet per l.si quis cũ procuratorio.§.vnius litis.ſ.de procu.nã & accusari pñt ex eodẽ delicto vnico libello:vt l.j.C.si reus vel accuſ.mor.fue.& quod no.in l.eo quod.C.si cert. per.& vide in Spec.de libel.concep.§.fi.ver.itẽ pone.p.agit rei vendi. cõtra quatuor,& nullus põt petere sibi dari libellum seperatũ. posset etiam creditor dare plures libellos.Sed ad instãtiã cõuentorũ põt cogi vnũ tm̃ libellũ dare,ne distinguanſ in plura iudicia.& hoc sentit Bar.hic. † Circa secũdũ casum debes scire q̃ si creditor agit contra quẽlibet ex correis pro parte videſ statim actionẽ diuisisse hoc iure quo inter eos nõ erat locus beneficio diuisionis.& sic nõ cõpellaſ agere pro parte.& agẽdo volũtarie videſ diuidere:& cuilibet eorũ videſ facere pactum de nõ cõueniẽdo ipsum nisi ꝓ illa ꝑta:iõ posito qđ alter ipsorũ reperiatur

reperiaſ non soluẽdo,non poterit ꝓ parte illius ad alterũ recurrere.p l.libertũ. C.de fideiuſ.sed si vnũ tm̃ cõueniret ꝓ parte,nõ videreſ diuidere.& illo reperto nõ soluẽdo posset alterũ insolidũ cõuenire p l.reos.e.ti. hodie vero cũ habeãt bñficiũ diuisionis,si sunt præsentes & soluẽdo, non videreſ diuisisse agendo cõtra quẽlibet pro parte: quia hoc facit necessario. nã si egisset contra vnũ insolidũ, potuisset repelli exceptione dicti beneficij: & ideo si alter reperiret non soluendo posset ꝓ parte illius ad alterũ recurrere. Nã alterius naturæ est diuisio quã creditor facit sua volũtate,quã illa quã facit coactus ex dispositione legali.& de his vide quæ no.Bar.in l.si creditores.

a C.de pact.& j.de fideiuſſ.l.inter eos.§.j. Non sunt alia. † No. etiam hic,q̃ si debes mihi centum,possum petere quinquaginta.sed qualiter debeã petere.dic vt not. plene in l.scire debemus.ſ.tit.j. Itẽ no.q̃ possum partẽ petere à fideiussore:& partẽ à principali, quod raro alibi reperies. In vltimo casu dic q̃ loquitur quando vnus eorũ soluit totũ vt alter libereſ. Quid si soluit partem? vide no.in l.inter eos.§.j.de fideiuſſ.an pro re si duo poterit æqualiter conueniri cum altero.

LEX IIII.

DVo rei. Constitutio duorum reorum non vitiaſ licet præcedat interrogatio per verbum pluralis numeri & secuta sit responlio per verbũ singularis numeri,vel ecõuerso.h.d. Quę autẽ diuersitas habeat vitiare,& quæ non,dic per Bart.j.eod.l.fina.

2 ☞ *Operæ vnius, an censeantur eædem cum operis alterius.*

3 *An in obligatione facti poterit interuenire fideiussor.*

LEX V.

NEmo est. †In obligatione operarũ vel alterius facti possunt constitui duo rei debẽdi sicut etiã potest dari fideiussor.h.d.in effectu.& est singularis.l.Gl.tamẽ quę sunt hic,sunt valde verbosæ.& tendũt ad vnũ solũ finem.& præmittit primo duo ad euidentiã vsq; ibi,[Ideoq;.] postea determinat illud de quo dubitatur,an poterint cõstitui duo rei debendi vel credendi. Venio ad casum hic sunt tres gl.magnæ:& quælibet earũ circa fi.opp.de l.inter artifices.j.de sol.vbi patet q̃ si ꝓmissor operarũ dedit fideiussores,solutio operarũ facta per fideiussorẽ nõ liberat debitorẽ,nisi stipulor consentiat.breuiter dic q̃ illa potest intelligi quãdo non erat eiusdẽ peritiæ.& tũc clara est solutio:quia nõ sunt eiusdẽ operæ vere vel ficte, & hic sic.vel si erat eiusdem peritię,loquiſ in fideiussore,hic loquiſ in correo nã tunc credi tor recipiendo correũ eiusdẽ peritiæ videſ tacite egisse q̃ possit prestare operas suas.et sic propter ista duo,operę ipsius singuntur eædem cũ operis alterius.non sic in fideiussore qui recipit pro obligatione operarum,etiam si ipse nesciret eas præstare.nam censetur obligasse ad interesse si nõ prestanſ à principali.ad q̃ interesse etiã ipse principalis obligaſ, si nõ præstat: vt in l.stipulationes nõ diuidunſ.§.Celsus.ſ.tit.j. Nõ ergo sic videſ actũ in fideiussore q̃ debeat prestare operas suas ꝓ suis, sicut videſ actum in correo.& ad qđ vide q̃ dixi in l.cũ filius.

a §.j.ſ.tit.j.& hæc est vera solutio. †Nũc pro declaratione primæ gl.op.ij.ſ.e.vbi duo rei debẽt esse obligati ad eadẽ rem,et hic erunt obligati ad diuersas.glo.voluit in effectu q̃ imo hic nõ sit diuersitas in rebus ꝓmissis: quia operæ vnius censenſ eędẽ cũ operis alterius[a] fictione iuris ꝓpter illa duo:quia sunt eiusdẽ peritiæ:& quia tacite videſ actum quod operæ vnius possunt solui pro operis alterius:sed est diuersitas solũ in solutione:quia actus soluendi vnius, non est actus soluẽdi alteri[a]. sed istud nõ habet vitiare cõstitutionẽ duorũ reorũ:nã si ꝓmittis mihi stichũ:& Titius eũdẽ stichũ, estis duo correi: & tamẽ actus soluẽdi tuus nõ est idem cũ actu soluendi ipsius titij:res tamẽ est eadẽ re vera,siue soluaſ per te,siue per titium: sed in operis non est identitas realis sed ficta.& hoc vult gl.illa. Pro declaratione gl.vide omnino Bar.in l.si quis pro eo.j.de fideiuſ.in prin.vbi plene tractat an in obligatione facti poterit interuenire fideiussor, & per quæ verba debeat se obligare ad hoc vt valeat fideiusio.& tetigi in l.cum filius.§.j.ſ. titul.j.

LEX VI.

DVos reos. Si ex duobus simul interrogatis alter tm̃ responderit,vl ex duobus interrogãtibus alteri tantũ sit responsum, ille solus obligaſ, & illi soli acquiritur obligatio, & nõ a constituunt duo rei. Item potest vnus ex duobus reis debendi dare fideiussorem, licet alter non det. h. d.vsq; ad.§. duo rei. In tex.ibi,[si vtrũq; interrogauero.] Dic hoc tamẽ solum non sufficit, nisi vterque respondeat ad hoc vt constituantur duo rei:sed bene sufficit ad obligãdum respõdentem tantum:& hoc etiam quod sequitur.In tex.ibi,[neq; enim.] dic quod videbatur quod postq̃ fuerint simul interroti censetur ineſſe cõditio in interrogatione cuiuslibet vel responsione,si alter simiiter responderit cuius contrarium hic dicitur:sed contra hoc gl.op.de l.stipulatio. §.siue.de no.ope.nunt.vbi ineſt tacita cõditio:et non respondet sed dic secundum dy. quod ineſt de eo quod naturaliter ad stipulationem pertinet:vt.ſ.ti.j.l.interdũ. non de his quæ sunt mere accidentalia.vt hic. Hic non sunt alia.

b ¶ Singularis. & eã singulariter allega. Bald.ſ.i. bonæfidei. C.de pact.& ibi vide Sal. plenius ad dicta ꝓ Bar.in repe.autẽ.hoc ita.eo.tit.

2 ☞ *Instrumentum vel scripturæ cõfectio non dicitur actus extraneus, sicut nec datio fideiussoris.*

1 **§.Duo rei.** †Modicum interuallũ inter interrogationem & responsionem non vitiat stipulationẽ si non interueniat actus omnino extraneꝰ:nec vitiat cõstitutionẽ duorũ reorũ:& datio fideiussoris non dicitur actus omino extraneus, nec etiam dicit inducere longũ interuallũ. h.d.in effectu. Et logſ hic in pluribꝰ simul interrogãtibꝰ,quorũ vni statim fuit rñsum:alteri nõ statim:sed cũ aliquo interuallo.& dr ꝙ nihilominus valet stipulatio quo ad illũ:& cõstituũtur duo rei credẽdi:si nõ interuenit lõgũ interuallũ, nec actus omnino extraneus:si autẽ lõgũ interuallũ,secus:vt.j.eo.l.si ex duobus.q̃ loquiſ in casu ecõuerso i pluribus simul interrogatis,quorũ vnus statim rñdit:altervero ex longo interuallo,nã ille nõ obligaſ:sed solus primus,& nõ cõstituũtur duo rei. Et sic lõgũ interuallũ inter interrogationẽ & responsionẽ vitiat stipulationẽ.sed gl.in l.j.§.j.ſ.tit.j.videſ dicere contrariũ, si nõ interuenit etiam actus extraneus. Et ibi tenui illã gl. & pro illa facit tex.in d.l.si ex duobus.ibi cũ actor ad alia negotia &c. qui innuit non sufficere longũ interuallũ nisi ad alia negotia extranea diuersum fuerit. Si autẽ nõ fuerũt interrogati simul, sed diuersis tẽporibus,prio vnus q̃ rñdit:postea alter,q̃ similiter rñdit incõtinẽti: an hoc interuallũ inter interrogationẽ & rñsionẽ vnius, & interrogationẽ & responsionẽ alterius habeat vitiare cõstõnem duorũ reorũ. nã stipulationẽ constat q̃ nõ habeat vitiare,& q̃ ambo sint obligati.Sed an sint duo rei vt in eis habeãt locũ iura de duob.reis ꝓmittẽdi:puta.l.fi.C.e. tit.q̃ vult q̃ interruptio pscriptioĩs cõtra vnũ ꝓfit cõtra alterũ, vel q̃ acceptilatio vni facta ꝓfit alteri:vt ſ.e.l.ij. & multa alia q̃ locũ hñt qñ ꝓprie duo rei: & nõ qñ nõ sunt, licet q̃libet insolidũ teneaſ.de hoc habuistis casum.ſ.e.l.in duobus. in prin. q̃ nõ vitiaſ cõdõ duorũ reorũ dũmodo sit certũ q̃ eo aĩo se obligarũt:alſ si nõ sit certũ,tũc si ex interuallo ꝓ secũdam stipulationẽ tolleretur prima iure nouationis hoc iure, scũm q̃ ꝓpter interuẽtũ nouæ psonę licet nihil adderet in re fiebat nouatio: vt ibi dixi:licet hodie secus. In tex.ibi.[duo rei.]subaudi stipulãdi.vt colligiſ.j.dũ dicit.[vtriq; rñdeaſ.] † Et no.ĩ gl.pe. q̃ sicut datio fideiussoris nõ dicit actus extrinsecus:ita nec instrumentũ,vel scripturę cõfectio.vñ si iterrogo te an ꝓmittas mihi decẽ:& tu dicas conficiaſ scriptura de hac iterrogatione, & fuit cõfecta,postea sequaſ respõsio,nõ vitiaſ stipulatio.& idẽ

b si inter rñsionẽ secundi.& dicit Bar. q̃ ista glo.est singularis. b & Ang. dicit se audiuisse ab eo viua voce. quod est notandũ.

LEX VII.

EX duobus reis. Imparitas obligationis quę speraſ reduci ad paritatẽ,nõ vitiat cõstõnem duorũ reorũ.h.d. secũdũ itellectũ gl. quæ est.j.eo.l.eadẽ.ſ.sed si quis.sup v.suscepta.in fi.secus si nõ speraretur reduci ad paritatẽ:vt in illo §.sed si quis.& vide plene de istis imparitatibus quæ sint illæ quæ habent vitiare, &

quæ non.per Bart.j.eo.l.fi.In fi.l.ibi.[petatur.] Dic hoc pcedit sine dubio iure isto,quo nō habebant beneficiū diuisionis cōiter teneť q nō pdēte cōditione obligationis alterius, vel tpe.nā si non pōt obiici illo absente:quia non potest effectualiter conueniri,eadē ratione nec ipso præsente similiter cōueniri potest ꝓpter pendentiā conditionis vel diei,de hoc no.j.eo.l.si ex duobus.§.à Titio.secundum Iac.de are.& Rayn.& vide hic q̄d not.j.de fideiusſ.l.si plures.in prin. gl.ij.nec etiā est locus beneficio de fideiussoribus &c.hic non sunt alia.

LEX VIII.

Si verbis. Si nō valet obligatio ex persona vnī ex promittētibus, & alter teneretur insolidū,si ꝓmiserūt duo rei:alias tenereť ꝓ parte.h.d.casus est iste. No.hic gl.de ista dictione quæ,reperitur abbreuiata:& longa.& primo casu ponitur q̄,pro &, & est coniūctio: secundo casu est relatiuum substantiæ.

2 *In actione depositi vel commodati,qualiter altero de tribus modis poſsint constitui rei debendi.*

LEX IX.

1 Andem rem. †In quolibet genere obligationis possunt cōstitui duo rei debēdi vel credēdi,nō solū cū cōtrahiť verbis,sed etiā cū re vel cōsensu,vel testamēto.h.d. No.in text.ibi.[vtriusq̄ fidem insolidum secutus.] Dic quia dixi q̄ quandocunq̄ vellē rehabere rem meam,quilibet eorum insolidū teneretur eā mihi restituere & a quolibet eorum insolidū possem eam petere. nā quilibet eorū teneť actione depositi, vel cōmodati insolidū.sed si hoc nō esset dictū,quilibet tenereť ꝓ parte,& nō posſem agere ad solidā rē cōtra vnū tātū.& hoc voluit gl.in l.j.§.si apud duos.ſ.depositi.vbi dicit q̄ quilibet eorū teneť insolidū nā gl.intelligit q̄n fuit hoc actū expſse alias quilibet tenereť ꝓ pte,nā si diuidit illa obligatio inter hæredes vnius depositarij vel cōmodatarij:vt l.iij.§.si hæres. ſ.cōmoda. eadē ratione inter plures depositarios vel commodatarios:ergo est hic casus cōtra opi.Raph.q vt defenderet contrariū de l.stipulationes nō diuidunť,vbi dicit q̄ obligatio rē tradi indiuisibilis,q̄ intelligitur cōiter quo ad hæredes debitoris, voluit q̄ idē esset in obligatione rē restituī:nō vidēs differētiā inter eas.& illā l.iij. si heres.intellexit in obligatione secūdaria,q̄ cōtrahiť ad quātitatē ex eo q̄ restitutio ꝑ defunctū nō fuerit facta, sed certe si est speciale q̄n fuit expresse actū, vt hic patet,ergo in cōtrariū est ius cōe.q̄d est diuisibile si actū nō fuit expresse. vt hic colligiť a cōtrario sensu:sed ipse reprehendens de hoc cōtrario expositum illū tex.dū dicit.[vtriusq̄ fidē insolidū secutus.] subaudi q̄ in dubio pſumiť:sed truffa est.vñ tene cōem opin.q̄ obligatio rē restituī est diuidua inter plures principales,& inter hęredes vni⁹ principalis,nisi fuerit expſse actū in cōtrariū q̄ quilibet teneať insolidū.vt hic & in d.gl.§.apud duos. Sed oppo. cōtra illū tex.q̄ etiā si fuit expſse actū,nō posit qlibet eorū teneri insolidū actione depositi vel cōmodati: q̄ isti casus non oriunť verbis nec cōsensu solo sed re. & obligationes quæ re cōtrahunť non in plus cōtrahunť q̄ res peruenerit:vt l.si tibi, in prin.ſ.de pact.& l.rogasti.§.si tibi.si cer.pet. In hoc stat dubiū istius legis.& Mat. fil.fateť contrariū dicens q̄ prius posſent stellæ cadere de cœlo,quā q̄ obligationes quæ re contrahunť possint in plus cōtrahi q̄ res peruenerit. Cōstat autē hic q̄ eadem res nō potuit ad quemlibet eorū insolidū peruenire. vnde intellexit istū tex.q̄ interuenerit ꝓmissio per stipulationē:sed tūc nihil adderet ista lex ad alias leges istius Titij. Et est hoc cōtra istū casum,qui vult q̄ duo rei constituantur etiam in aliis actionibus.& sic q̄ aliæ actiones dēbtur cōtra quēlibet insolidū. A d oppositionē formatā rndetur dupliciter. Primo q̄ vere nō possit ad quēlibet puenire insolidū,ficte tn̄ pōt, si tradať vni de voluntate alterius.vel dic q̄ cū effectu, vt apud quēlibet remaneat insolidū nō pōt puenire insolidū ad quēlibet: sed vt primo pueniat ad alterū bn̄ pōt etiā vere,& ita not. per doc.in l.si nō singuli. C.si cert pet.Cōclude ergo q̄ in obligatione q̄ re cōtrahiť,si re cōtrahať ad tātūdē in genere,vt in mutuo:possunt cōstitui plures rei debendi vel credēdi,vt agať cōtra quēlibet certi cōdictiōe ex mutuo insolidū,si hoc fuit actū, vel q̄ quilibet agat insolidū.vt d.l.si nō singuli,& erunt ꝓprie rei debendi:q̄ teneť quilibet insolidū ꝓpter hoc solū:quia sic fuit actum inter eos expresse vel tacite.& si non fuisset actum, quilibet teneretur pro parte,siue contrahatur ad eandē rem,vt 2 in actione depositi,vel cōmodati:vt hic.†Et aduerte diligēter q̄ in istis actionibus altero de tribus modis possunt cōstitui plures rei debendi,proprie loquendo:vt sic habeant locum iura loquentia de duobus reis. Primo in obligatione primitiua quæ cōtrahitur ad rē restituēdam:& de hac loquitur ille tex.quia nō cō traheretur cōtra quemlibet insolidum,nisi quia sic fuit actū inter partes.Secundo in obligatione secūdaria q̄ cōtrahitur ad interesse ratione doli vel culpæ, si dolus vel culpa cōmitteretur ꝓ vnū tantum.nam ille solus teneretur si non fuisset actū q̄ essent duo rei,vel q̄ quilibet teneretur insolidū:vt d.§.si apud duos.in fi.sed si fuit actum q̄ quilibet teneretur insolidū:licet alij nō cōmiserunt dolū vel culpam:possunt repetere a cōmittente.Tertio possum cōstitui quando dolus vel culpa committereť ꝑ omnes simul:tamen res erat diuisibilis:vt pecunia,nā quilibet tenereť ꝑ parte,si nō fuisset expresse actum cōtrariū.vt in l.si duo.ſ.depo.sed si fuit actum cōtrariū,quilibet tenebitur insolidū,& erūt proprie duo rei debendi ex hoc solo,q̄ sic fuit actum:sed si quilibet teneretur insolidum:nō ex hoc solo q̄ actum fuit inter partes vt si erat species deposita,quæ est quantū ad hoc indiuisibilis:& omnes simul commisissent dolum in ea.nā quilibet dicitur cōmittere insolidū:& quilibet tenetur insolidū,licet vno soluente alij liberentur.vt d.l.si duo.& l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.in fi.ſ.commo.etiam si nō fuit actum expresse propter naturā rei,tunc non sunt proprię plures rei debēdi: q̄ etiā patet:q̄ conueniunt exemplo tutorū & curatorū:vt d.§.si apud duos.& habent beneficiū diuisionis sicut tutores secundum opi.Bart.q̄ non habebant iure isto illi qui erant proprie duo rei debendi. vt dixi.ſ.e.l.iij.§.fi.ideo iura loquentia de duobus reis.locum non habent iure isto:puta q̄ interruptio facta contra vnū prosit cōtra alterū:per id q̄ no.gl.sin.in l.cū qs.§.si quis.j.de sol.& idem dicas generaliter vbicunq̄ plures tenentur insolidum ad idem: nō ex eo q̄ ita fuit expresse actū inter partes:sed alia rōne.q̄ pōt pluribus modis cōtingere:vel rōne rei quæ fit hodie in obligatione:vt si erat indiuisibilis,vt seruitus.vel quia teneně accessorie,vt plures fideiussores, nam quilibet tenetur insolidū, etiam si non fuit hoc actū expresse vel tacite inter creditorem & eos, sed ex l.dispositione:vt insti.de fideiusſo.§.si plures.Idem in pluribus mandatoribus:vt in gl.super ver.commo.quam not.licet gl.in fi.ſ.quod iussu.dicat contrariū.q̄ quilibet teneať ꝑ parte saltē hodie,sed ista non tenetur:imo & olim & hodie quilibet ex fideiusſo.& manda.tenenť insolidū quia accessorie non tn̄ sunt plures rei debendi:quia nō teneť:quia ita fuit actū in creditorē & eos,nō sic in pluribus cōstitutoribus vel plurib⁹ aliena obligationē in se suscipiētibus animo nouādi: quia licet teneanť accessorie,quia ꝑ alio,nō tamē quilibet teneť insolidū: sed ꝑ parte:vt no.C.ad velle.l.si paternā.& in auth.si quādo. C.de consti.pecu. Potest etiam cōtingere plures teneri insolidum, nō tn̄ q̄ ita fuerit actū expſse in pluribus mercatoribus habētibus vnū institorē,nā ex cōtractu celebrato cū illo quilibet eorum tenetur insolidū,non ex eo q̄ ita fuerit actū,sed ex dispōne legali:ne qui cū vno contraxit necesse habeat plures conuenire:vt l.j.in fi.cum l.se.ſ.de exer.& similiter duo erunt correi debendi.& sic licet vno soluente alij liberētur:nō tamē interruptio facta contra vnū nocebit alteri.Cætera prosequere:vt hic per bar.qui multa bona dicit.quem non intelligeres ad quem finem ipse tendit: nisi haberes prædicta.

2 *Substitutio reciproca facta inter duos pupillos continet vulgarem & pupillarem, & quid si alter ipsorum sit vel efficiatur maior? an non comprehendat nisi vulgarem.*

1 §. Sed si quis. †Disparitas q̄ non speratur reduci ad parietatem impedit cōstitutionē duorum reorū si fuit a principio : secus si ex postfacto,& pactum factum vni ex correis debendi socijs prodest alteri.h.d.in effectu.Et continuatur cum prin.l.quando res fuit deposita penes duos,hoc acto q̄ quilibet teneretur insolidū ad restitutionem sed vnus teneretur de culpa leui,alter nō: & ex natura depositi nō teneretur nisi de lata:& sic dispariter sunt obligati,vñ non sunt duo correi:& tn̄ qlibet teneť insolidū.vñ nō iegť plures teneť insolidū:ergo sūt correi.vt dixi in prin.l.& effect⁹ ē q̄ interruptio facta cōtra vnū nō ꝑderit cōtra alterū ꝑ gl.q̄ est i l.cū quis.

quis.§.si qs pro reo.j.de sol.secus si essent correi.vt.C.de duo.
2 reis.l.fi.†In tex.ibi.[mutare non potest.] Dic ad hoc.ſ.ti.j.l.in fulam.j.biennium,& inducitur alibi iste tex.ad quæstionem de substitutione reciproca facta inter duos pupillos, quæ continet vulgarem & pupillarem:quia sunt pares,sed si aliter ipsorum esset pupillus,alter maior,non compræhenderet nisi vulgarem.vt l. quamuis. C.de impuberib. & alijs substitu. pone ergo quod vnus de illis impuberibus citi⁹ efficiat pubes quā alter:& sic extinguiť pupillaris in eius persona : an etiam extinguatur in persona alterius.& determinatur q̄ non per istū tex.quoniam aliud est imparitatem esse à principio : aliud superuenire ex post facto:quia tunc non immutat statum substitutionis quē assumpsit a principio.vt hic.& d.l.insulam. In fi. tex.ibi.[cum altero factum proderit.] Dic quia si non prodesset,nec etiam illi cui factum videreť prodesse per indirectū. Licet enim non poterit cōueniri a pacisćente,si conuenireť alter cui pactum non factum, quicquid solueret recuperet pro parte à correo per actionem pro socio. quod non esset si non sunt socij:facit in ratione sui.l.quod dictum.ſ.de pactis. & de hoc eo.tit.l.si vnus in principio sufficit.

2 *Ex pluribus reis debendi plures & diuersæ sunt actiones & obligationes.*
3 *Longum interuallū an debeat vitiare stipulationem:si nō interuenit actus exterinsecus?*
2 §. Cùm duos. †Si conferatur solutio in certum locum ex persona cuiuslibet correorū habetur ratio ꝓprij temporis. hoc dicit. Et pone casum,esset dubitatio gl.q̄ vnus Mediolanē. existens in ciuitate ista statim rediturus mediolanum vna cū quodam paduano promiserunt mihi dare centum Romę. certum est quod debet haberi ratio temporis intra quod poterat illuc accedere : vt l.continuus.§.cum ita.ſ.tit.j. Cuius temporis habebitur ratio hoc casu. Breuiter quo ad paduanum quantum est necessariū de padua vsq̄ Romā:sed quantū ad mediolanensem est necessariū de mediolano, & sic non obstat oppositio quæ videtur posse fieri contra istum text.q̄ ista stipulatio & promissio fuit facta in diuersis locis:& sic interuenerit interuallum: & p cōsequēs vitietur restitutio duorum reorum:nam imo potest opponi q̄ in eodem loco modo quo dixi: & posito q̄ in diuersis: tamen interuallū iter interrogationem & rnsionē primi, & interrogationē & responsionē secundi:quando fuerunt diuersis temporibus interrogati,non habet vitiare:vt dixi.ſ.e.l.duos.§.fi. per l.iij.in prin.ſ.c.gl.tamen timore huius cōtrarij ponit q̄ eodem tēpore vel q̄ non interuenit longū interuallū,exemplificādo vt in ea habeť ꝑ l.fi.§.si inter eos.ſ.tit.j.ecce casum.†No. fi.q̄ ex pluribus reis debendi plures & diuersæ sunt actiones & obligationes,nec ob.ſ.e.l.iij.§.fi.vt ibi not.gl. quia licet sint plures in substantia,vna tamen reputatur in effectu:quia vnica tantū res exigiť per eas,& si non essent plures & diuersę in substantia,non ꝓcederet id q̄ dicit.j.e.in l.reos.q̄ alter posset fideiubere ꝓ altero:quia in vna & eadē obligatione nō potest quis teneri vt principalis & vt fideiussor: inquātum ergo
3 vnus est fideiussor alterius,ista fideiusio accedit obligationi qua ille alter tenetur,non illi qua ipse teneť.†Et no.hic gl.quę cipit.[isti facti sunt.in fi.] quia sentit expresse q̄ longum interuallum non habeat vitiare stipulationem si non interuenit actus extrinsecus.quod etiam sentit in l.j.§.j.ſ.tit.j.Et vt ego ꝑ bauī in l.si ex duobus.j.e.ver.cū actor.licet cōiter videatur teneri cōtrariū.ꝑ l.duos.§.fi.ſ.e.& ꝑ.l.continuus.ſ.ti.j.Sed respō de vt ibi dixi:q̄ debet ibi sumi argu.à cōtrario sensu aliæ glo. sunt declaratæ per prædicta.

4 *Duo rei debendi, an videantur inuicem fideiubere?*
5 *Si vnus de pluribus reis credendi totum exigat,an teneatur excōtcare cum alio correo?*

LEX X.

1 Si duo rei. Non potest alter ex duobus reis debendi cōuentus obijcere exceptionē cōpēsationis de eo q̄ debetur alteri nisi sint socij.h.d.

2 *Si duo fuerint capti,ꝑ maleficio,pro quo venit imponēda pœna pecuniaria:et sic veniunt relaxandi cū fideiussoribus,an alter poſsit pro altero fideiubere, vel sint relaxādi?*
3 *An poſsit quis teneri tanquam fur: & tanquam præstans opem furto?*

LEX XI.

2 Eos promittendi. †Pōt agi vt duo rei mutuo videantur inuicem fideiudere:& tunc poterit creditor diuidere actionem inter eos tam quo ad quantitatem quam quo ad modum agēdi:quia poterit quamlibet eorū conuenire pro parte vt principalem, vel quēlibet eorū pro parte vt fideiussorē alterius. poterit etiā vnū solū conuenire insolidum partim vt principalem:partim vt fideiussorem: & tantū consequeť ab ipso solo per vnam actionē quantū consequereť ab vtroq̄ ꝑ diuersas actiones.h.d.in effectu.& est text.aliqualiter obscurus:& gl.j.ponit casum:& etiam aliæ tēdunt ad idem,vt literam declarent.Venio ad casum.primo ponit vnū dictum.q̄ licet duo se obligēt vt duo rei:tamen potest agi expresse q̄ quilibet eorū teneať partim vt principalis, partim vt fideiussor.videbať contrarium.quasi ista sint inter se cōtraria: quia duo rei sunt quando quilibet teneť insolidum vt principalis.ideo differt iste titulus à ti.de fideiusſo. sed hic videť esse quædam mixtura,sed certe sufficit q̄ quilibet teneť vt principalis in dimidia,vt dicanť duo rei.nec ex hoc vitiatur, licet te-
2 neať vt fideiussor in altera dimidia.†Et inducit Ang.istū tex. vt si duo fuerint capti pro maleficio pro quo venit imponēda pœna pecuniaria:& sic veniunt relaxandi cū fideiussoribus q̄ alter posit fideiubere pro altero,& sint relaxandi. de hoc habetur in l.pe.quæ incipit. Romanus attalus. de tuto . & curada.ab his. Iste tamē tex.non multū facit : quia loquitur quādo creditor consentit in hoc q̄ mutuo ꝺbitor ꝺbeat:sed an curator
3 teneať consentire,hoc non probatur hic.dic vt ibi no.†Item in ducit Ange.contra Bar.qui dicit in l.qui seruum.de fur.q̄ nō potest quis teneri tanquam fur,& tanquam prēstans opem in eodem furto:sed contrarium dicit Ange.si duo furati sunt.nā quilibet est principalis,& quilibet prēstat opem alteri. nec est inconueniēs q̄ pro eodem furto teneatur vt principalis & vt accessorius.arg. huius l.Et quotidie practicať quando formatur inquisitio cōtra plures simul delinquētes:quia iudices ponūt i iquisitione q̄ alter alteri prēstitit auxilium & fauorē.quę verba aggrauāt inquisitionē cū qlibet inquirať de duplici maleficio.ſ.de suo:& de eo quod facit socius in præstando illi auxiliū.& hoc vsq̄ ibi. [poterit itaq̄.] Ibi dicit q̄ dicto casu cū sic fuit actū pōt creditor diuidere actionē in eos cōueniendo quēlibet ꝑ parte,non tamē teneť si nō vult. Ex hoc se quiť q̄ nō dicunť duo fideiussores in eadē quātitate.nā si essent,haberēt beneficiū diuisionis ex epistola diui Adriani:& sic cogeretur diuidere.& hic nō cogitur. nā in vna dimidia in qua vnus est principalis alter est fideiussor,& i altera i qua est alter principalis,ipse est fideiussor. & sic in diuersis dimidijs quilibet est principalis & fideiussor.Intelligit autem gl.istū tex. hoc modo q̄ poterit diuidere nō solū in summa , sed in modo petēdi vt cōueniat quēlibet in dimidia vt principalē.vt.ſ.eo.l.iij.§.fiver.partes autē vel quēlibet in dimidia vt fideiussorē:nā cōuenit eos in diuersis dimidijs, sed si vnū cōueniret in dimidia vt principalē,& alterū vt fideiussorē,non posset:quia videreť cōuenire ambos in eadē dimidia.cū in illā in qua prius cōuentus est principalis alter est fideiussor.& hac voluit gl.sup̄ ver. [diuidere.] in fi.& hoc vsq̄ ibi. [sed poterit.] ibi dr. Tertio q̄ si nō vult diuidere,pōt vnū cōuenire in vna dimidia vt principalē, & eūdē in alia dimidia vt fideiussorē.in ver.[Itē eū q.] Gl. sic intelligit vt loquať de eodē de quo loquiť ꝓcedēs ꝙ. [sed potest.] & hoc vsq̄ ibi. [nō secus.] ibi dicit q̄ tn̄ valet sibi cōuenire vnū mō ꝓdicto q̄tū si cōueniſſet ambos quēlibet ꝑ partevt i ꝓcedēti casu scdm vnū itellectū q̄ satis est bon⁹, & ex his patet lra clara.† R estat videre de vno dubio q̄n nō fuit expresse
4 actū iter eos q̄ nō videnť inuicē fideiubere, "an hoc ꝓsumať
a de iure:& ista est qō obscura & ardua, quā gl. multū solēniter disputauit in l.vir vxori.ad vellei.& dicebat Bal.q̄ illa gl. melius docet disputare q̄ aliqua q̄ sit in corpore iuris. & illa q̄ est in l.si qs in tātā.C.vñ vi.docet cōmētare. Iaco.de Bel.fiter eā disputauit.et obscure loquiť. Bar.i effectu diuidit qōnē i duos articulos. Primus est an videanť inuicē fideiubere quo ad ꝓiu diciū creditoris:vt si creditor agat cōtra vnū i solidū,ipse potest dicere ego teneor vt principalis i dimidia,et i altera dimidia vt fideiussor correi. In illa ergo dimidia excutias prio correū, q hī vt principalis,& ego vt fideiussor,ꝓ bn̄ficiū de fideiuſ. q̄ hodie dať eis ꝑ auť.de fideiuſ.licet olim nō haberent quo ad excussionē pricipalis,q̄a poterat creditor ichoare à quo volebat: vt. C.de fideiuſ.l.nō rectē.licet iter se plures fideiusſo.haberēt bn̄ficiū diuisiōis ex epla. Et an poterit dicere i ea ꝓte in

¶ Fideiudere. Vide Bal.in l.j.C.e.tit. & in l.i duobus.§. vbi duo.ſ.eo.

Universidad de Sevilla Biblioteca

a ¶ Diuisionis. In hac materia vide Franc. de are. consi. xxviij.

qua sum fideiussor nõ valet obligatio: qa sum mulier,& nõ possum pro alio intercedere:& quantũ ad istos effect⁹ tenet q nisi fuerit expresse actũ,vel nisi fuerit color quæsitus in fraudẽ legis,nõ dicaꝝ inuicẽ fideiubere:& sic non poterit vti beneficio discussionis aduersus creditorem,postq; sc ambo principaliter obligarunt. Et istud no. q videt cõtrariũ ei q Bart. no.in l.ij.§.fi.ff.eo.dũ dicit q si vtilitas cõtractus ꝓuenit ad alterum tãtum,potest petere q ille prius excutiatur:& hic videt dicere contrariũ,q nõ habet beneficium excussionis,nisi qñ fuit actum q essent fideiussores adinuicẽ:sed certe ibi loquit quando conuentus petit alium excuti suo periculo & impensa,& offert se paratum ostendere q ad aliũ peruenit vtilitas. nã fideiussor cũ obijcit beneficium excussionis,nõ habet necesse ista offerre.imo creditori non est apta via agendi contra eum nisi facta excussione de principali.tunc autem dicitur color quæsitus quando alter ipsorum esset mulier,quæ non põt intercedere,licet poterit ꝓ se obligare:& creditor ad fraudãdum senatusconsultum voluit q se obligaret principaliter:licet vtilitas ad eam non peruenerit:sed ad correũ.nã hoc probato nõ valebat eius permissio:quia dicitur color quæsitus:& hoc probatur in d.l.vir vxori. Si autem quæritur,an videatur inuicem fideiubere non in præiudiciũ creditoris,vt possint illi obijcere,sed in beneficiũ cuiuslibet eorũ.vt si contingat alterum eorum insolidũ soluere,poterit repetere partem a correo: tanquã soluerit ꝓ illo,& fideiussorio nomine:dicẽdũ est q sic in tribus casib⁹. Primo quãdo sunt obligati ex cã onerosa:puta ex mutuo eis facto. nã quatenus vtilitas peruenerit ad correum:videtur pro illa fideiubere:quia eaten⁹ potest ab illa repetere,& sic insolidũ si ad illum peruenit pro parte. Secundus casus in quo videntur inuicẽ fideiubere:& alter ab altero possit repetere,quãdo essent obligati ex cã lucrativa,cũ essent socij omniũ bonorum,vel illius obligationis.iuxta no.in l.si qs cau.& tunc si vnus soluit totũ,poterit repetere a correo ꝓ parte quã ipse habet in societate per actionem pro socio:sed in casu præcedẽti si simul promiserunt : quasi alter alteri videatur mandasse:vel negotiorũ gestorum,si non simul Tertius casus quando non essent socij : & fuisset hoc expresse actum extra istos casus,si sunt obligati ex causa lucrativa:& vnus soluit totum non repetit aliquid a correo:vt satis colligitur in l.in lege
5 falci.hoc esse obseruandum.j.l.falci.de qua † Bar.facit magnũ fundamentum in ista materia : econuerso,si vnus de pluribus reis credendi totum exigat,an teneatur communicare cum alio correo? distingue eadem membra.& in illis in quibus potest repetere si est correus debẽdi,tenetur communicare si est correus debendi per eandem.l.& in l.j. C. eodem titulo.& j. de sol.l.qui hominem.§.j.& de lega.ij.l.si titio aut seio.per glo. licet illa glo.reprehendatur.& in l.frater a fratre.in j.gloss.magna post prin.de condi.inde. Cætera quamplura pertinentia ad prædicta vide hic per Bartol. Angel. autem recolligit hic quædam dicta Bart.in ista materia,maxime in l.ij.§.fi.ff.eo.& omnia reprehendit & impugat:& quia in quibusdam nõ bene dicit,dic quod primo reprehendit Bar.inquantum ibi vult quod si sunt plures commodatarij vel depositarij qui tenẽtur obligatione secundaria ratione doli vel culpæ, quod in illa habent inter se beneficium diuisionis sicut plures tutores vel curatores.vt l.j.§.si apud duos.depositi. Inquantum ibi dicitur q cõueniuntur exemplo plurium tutorum.vt l.ij.§. nunc tractemus.de tuto.& rat.distra. Ipse tenet contrarium : quia doli & culpæ nulla est inter eos societas . & ideo si alter solueret totum,non esset sibi cedenda actio contra alterum nec haberet vtilem actionem , sicut nec tutores. allegat l.si ex duobus.de tut.& ra.dist.sed male loquitur. & Bart.melius:quia licet plures tutores & curatores quando conueniunt ratione doli vel culpæ communiter commissæ non habeant inter se beneficium cessionis, nec vtilis actionis per quod possint repetere à contutore si soluit:bene tamen habent beneficium di-
a uisionis [a] si adhuc non soluit,& conuentus & contutor est soluendo.text.est de quo Angel. non meminit, & qui confundit dictum suum.& probat dictum Barto.in l.si plures.in fin. cum l.sequenti.de administratio.tuto. & no.in l.j.C.de transactio. Vnde non est bona cõsequẽtia nõ esse cedendam actionem,nec daretur vtilis actio si soluisset:ergo non habet beneficium diuisionis. nam illud facilius conceditur quam prima duo. quia res est integra.vt ibi patet iuncto §.nunc tractemus. Itẽ reprehendit Bar.inquantum vult in loco prædicto q ex cõtractu institoris plurium mercatorum quilibet eorum obligetur insolidum per l.j.in fi.cum l.seq.ss.exerci.nam dicit Ang.q speciale est ibi per rationem quæ ponitur in prin.illius l.in negotiatione maritima,secus si in terrestri quæ geritur per institorem:aliàs sequeretur quod si procurator plurium nomine omnium contraheret, quemlibet obligaret insolidum quod est falsum:cũ omnes videãtur simul cõtrahisse,quo casu quilibet teneretur pro parte in dubio:vt j.§.proxi.Tu dic idem in terrestri & in institore præposito vniuersali negotiationi:qui cum contrahit non nominat principales socios quorum est institor.& frequenter contingit q plures sunt socij,& tñ solus vnus nominatur:& alij sub nomine generali,puta talis & socij.tunc enim ne contrahentes decipiãtur qui ignorant qui sint,& quot sint statuitur illud:ne in plures distinguatur qui cum vno contraxit.facit l.iustissime.de ædil.edi. cum sua glo.Et pro opi.Bar.est tex.quem forte Ange.nõ vidit, cum reprehẽdit Bar.q idem statuitur in institore q in executore quod in exercitore q quilibet dñorum teneatur insolidũ:vt l. habebat.§.pe.in fi.cum prin.l.se.ss.de insti.quẽ omnino vide ad corroborationem Bar.non sic in procuratore qui nominat pro quibus contrahit ꝓcuratorio nomine nominãdo eos quorum est procurator,nã tunc procedit dictum Ang.quia cessat rõ de qua ss.cum contrahentes sciant cum quibus contrahere videntur . & ista est veritas.& tene menti.Tertio reprehendit Bart.in quantũ vult q si creditor agat contra omnes reos insolidũ eodẽ libello vel diuersis correctis,tamen eodẽ tempore quod hodie per authen.debet negotiũ communiter examinari & simul terminari. alias ex hoc solo posset sententia retractari in causa appellationis sicut videmus in cã conuentionis.in l.j.§.fi.quæ sen.sine ap.rescin.secus olim:quia poterat expediri quo ad alterum supersederi per l.idcirco.ss.de iudi.& quod no.ꝓ eundem Bar.in l.cõtra pupillum.de re iudi.Ang.dicit verum esse hoc in primo casu qñ eodem libello:quia tunc est vna instantia tãtum:vnde debet diuidi,vt in l.ex hoc iudicio.fa.er.secus in secundo,quando in diuersis libellis:quia tunc essent diuersæ instantiæ . & possent diuersis temporibus terminari.etiã hodie Istud dictũ satis placet & rationabile est. Quarto reprehendit inquantũ Bart. dicit q agitur simul cõtra plures & quẽlibet insolidũ cũ ꝓtestatione q erit vnica solutione cõtentus,q isto casu nõ est necesse obijcere beneficium diuisionis litis pendentis,sed sufficit quod lata sententia & facta condemnatione de quolibet insolidũ obijciatur in executione,si creditor petat fieri contra vnum solum propter protestationem factam in libello. Ang. contra,quod nisi ante sententiam obijciatur:postea in excutione non potest obijci. & sic poterit fieri executio cõtra quẽ vult insolidũ condemnatus:quia illa exceptio est peremptoria : vt etiam tenet idem Barto. & sic post sententiam non potest obijci. Nec ob.illa protestatio facta in libello, quod erit conuentus vnica solutione,nam propterea videtur actor actionem diuisisse,cũ contrarium appareat ex tenore libelli:in quo petit quemlibet insolidum condemnari:& ista ratio est satis bona & demõstratiua.vnde puto ipsum melius dicere quam Bart.in hoc Tãgit etiam quædam alia de quibus vide hic per eum,quia quæ ss.dixi principalia & vtiliora sunt.

2 ☞ *Copulatiua attribuit actum cuilibet pro parte,& qualiter hoc intelligatur?*
3 *Maritus & uxor si uendent simul rem dotalem,& confiteamur in instrumento pretium recepisse,quod censeatur ad quemlibet eorum peruenisse pro dimidia.*

§. Cum tabulis.

1 †Si duo copulatiue se obligant ad idem,vel idem copulatiue stipulantur ab vno,censetur quilibet eorum pro parte promisisse, vel stipulatus fuisse nisi sit expresse actum contrarium quod quilibet teneatur insolidũ.h.d.& semper allegatur.†quod copulatiua attri-
2 buat actum cuilibet pro parte.Qualiter autem hoc sit intelligendum dixi ss.e.l.ij.quando in vna oratione & sine plurali repetitione rei promissæ,vt si dicat instrumentum quod Tititi⁹ et Sei⁹ promiserunt mihi centum:alias dic vt ibi. In textu ibi,[in partes viriles.] & interdum quatenus eorum interest.vt supra de damno infecto.lege,plures.vel dominicis portionibus,si stipulatio fuit

tio fuit interposita per seruum plurium:vt infra titu.l.j.fi. communis seruus.& interdum insolidum contra quemlibet: vt in
3 casu.l.iustissime.§.j.de ædil.edic.†per illum tex. cõsuluit Bar. in consi.qđ incipit,domina mea : q si maritus & vxor vẽdant rem dotalem.& confiteantur in instrumento pretiũ recepisse
a censetur ad quẽlibet eorum peruenisse pro dimidia:[a] & ideo soluto matrimonio non potest vxor vel eius hæres repetere à marito vel eius hęrede nisi vnam dimidiam. Gloss.hic quærit qualiter dicatur constare de contrario quod voluerunt eos esse plures reos debendi. & dicit quod isto iure potest constare quando fuit actum expresse vel tacite : quod qualiter intelligatur dixi in l.ij.ss.eo.hodie verò secundum quosdam nisi dicatur expresse quod sint duo rei,non erunt.& secundum hoc etiam si esset actum quod quilibet teneretur insolidum. quo casu tacite videtur actum quod sint duo rei,tamen non erunt licet quilibet insolidum teneatur : quia ista duo possunt simul stare.vt in l.eandem.§.fed si quis.vel dic melius secundum gl. quod in modo constituendi duos reos nihil est immutandum per authen.& sic siue dictum fuerit expresse siue tacite fuit actum , dicendo quod quilibet teneatur insolidum, erunt duo rei:sed in modo exigendi est immutandum:quia hodie habẽt beneficiũ diuisionis:nisi alter ipsorum sit inops,vel nisi sit absens,vel nisi fuerit ei renuntiatum,vel nisi vnus teneatur efficaciter , alter non : vt dicam in l.proxima . §.si à Titio. & hæc vera.hic non sunt alia.

LEX XII.

SI ex duobus.

Si alter ex duobus simul interrogatis respõderit statim : alter vero ex interuallo interueniẽte actu medio extraneo solus primus tenetur.& quantum ad secundum non valet stipulatio:ideo non dicuntur duo rei debendi.h.d. Dic vt dixi in l.duos.§.fi.ss.e.casus est iste.In gl.mag.ibi,[sed quid si hodie.] Dic,sed in quo differt ista quæstio à tex. Responde.quia tex. loquitur quãdo duo fuerũt simul interrogati.& tex.in l.duos. §.fi.ss.eo.quando simul interrogauerunt,& vnus in primo casu statim respondit,alter ex interuallo vel vni statim : & alteri similiter ex interuallo. Ista quæstio glo.loquitur quando post interrogationem & responsionem vnius facta fuit interrogatio alterius & responsio.& gloss.dubitat in hac quæstione.& videtur sentire quod nõ sint duo rei. nec sint vt principalis & fideiussor , etiam si fuit actum quod secundus promitteret vt correus:quia nec vt correus potest teneri propter interuallũ temporis nec vt fideiussor: quia nõ sic promisit.certe nulla est ratio quare non debeat secũdus teneri sicut primus.cum quælibet stipulatio habeat sua substantialia,posito etiam quod nõ essent correi.cum ista possent simul stare.vt supra e.l.§.sed eãdem si quis. Dic ergo q imo si fuit actũ expresse quod essent correi:quia tale interuallum non vitiat cõstitutionem:& multo minus stipulationem alicuius eorum . vt est casus in l.ij. in prin.ss.eo.sed si non fuisset expresse actum,per secũdam stipulationem tolleretur prima iure nouationis iure isto,quando secunda facta est ex interuallo:alias secus.vt ibi dixi & adde qđ no.Bar.in l.fi.j.eo.in primo membro distinctionis.

§.Si à Titio.

Si ex duobus promissoribus alter ciuiliter & naturaliter obligat,alter verò naturaliter tantum , quantum ad naturalem obligationem possunt dici duo correi,tamen non proprie:quia primus solus obligatur efficaciter,secundus non.si tamen ex obligatione secũdi resultaret efficax obligatio in personã cuiusdã alterius, possent dici duo rei proprie.ille qui ciuiliter & naturaliter obligatus est:& ille in cuius personã resultat obligatio efficax.h.d.in effectu. Et ponit duo exempla . primum qñ stipulor à maiore qui ciuiliter & naturaliter obligat à pupillo sine tutoris authoritate:qui obligatur naturaliter tantũ,si erat doli capax.vt l.j.de noua. Aliud exemplũ est quando stipulor à Titio maiore.Item à seruo cuiusdam tertij,qui non obligat nisi naturaliter.& sic respectu illius obligationis inefficacis non possunt propriè dici duo rei debendi,cũ non poterit peti nisi à primo. Sed si resultaret actio de peculio contra dominum:quia peculium habebat , & ex causa peculiari promisit . cum illa sit efficax contra dominum , licet sit difformis in exactione : quia non datur nisi vsq; ad vires peculij , attento quod potest dari insolidum,si vires in tantũ ascendunt.po- a
terit prius promissor & erãt duo rei debẽdi ac si ipsa ꝓmisisset.h.d.in effectu:& est aliqualiter obscurus.et istud vltimũ dictũ satis est not. cũ istæ sint diuersæ actiones, qualiter possint dici duo rei debendi : sed attendit obligatio serui , quæ est vniformis cũ obligatione alterius promissoris,licet nõ sit ita efficax,ex qua descẽdit actio de peculio,quæ est prætoria:& sic interru-

¶ Pro dimidia. ꝺ hac q. vide ẽt ꝓ Fel. cõs. ccxliij.et facit ad qõ nẽ no.ꝓ doct.i.l.si cũ dotẽ.§.transgrediamur.ss.so.ma.an si pr & filius cõfessi sunt eodẽ instrumẽto recepisse dotẽ,an quilibet teneat insolidũ, vel pro parte de qua latius ibi vide ꝓ do.

ptio facta cõtra vnũ proderit cõtra alterũ.casus est iste.In tex. ibi,[& seruo.]subaudi nõ habẽte peculiũ:& sic ipse solus obligatur naturaliter & non dominus.vt differet ab vltimo casu.in ver.[quãquã.] qui loquitur quãdo habebat peculium, & promisit ex causa peculiari.& sic etiã dominus obligatur efficaciter. Sed op.cõtra primũ. q nec naturaliter obligẽt seruus vt ss.de fideiuss.l.seruus. Solu.cũ l.seq.ibi quando promitteret ex causa fideiussoris,hic non:& hoc vult gl.ij. Item cõtra secũ dũ op.q dominus nõ teneat de peculio , cũ donatio nõ cadat in administratione peculij,sicut nec in administratiõe tutoris: vt l.cõtra iuris.§.si filius.ss.de pac.propter hoc gl.super verbo, spoponderit dicit q ista promissio non fuit facta animo donãdi : sed ex causa peculiari,& ꝓ vtilitate peculij. Sed tertiò op. q in primo casu non possunt dici duo rei debendi , cũ dispariter teneant.arg.ss.eo.l.eandẽ.§.fed si quis.propter hoc vna cũ gl.sup ver.cõsti.faceret.& dicit q sunt duo rei.vt dicit in text. quãtũ ad destinationẽ:quia stipulator volebat duos reos cõstituere nõ quantũ ad veritatẽ,sicut quando vnus solus obligat, & alter nullo modo:vt in casu.ss.e.l.duos.in princ.& l.his verbis. Alia gl.fi.vult q sint duo rei impropriè.vel dic q illa gl.loquit eo casu quo resultat actio de peculio.qualiter possunt dici,cum vnus teneatur actione ciuili ex contractu,alter prætoria,& sic legali. Istam difficultatem non tangit gl. sed responde per id qđ.ss.dixi. & disparitas circa executionem nõ habet vitiare : cũ sit possibile esse paritatẽ si vires peculij suppetunt ad solidam executionem.ar.eius quod no.in l.eandem.§.sed si quis.in gl.super verbo,suscepta.in fi. An autem ille qui tenet efficaciter in primo casu si cõueniatur habeat hodie beneficiũ diuisionis.post quã correus est tantum naturaliter obligatus,
si in personam alterius non resultat efficax obligatio. Bar. hic tangit:sed melius & clarius per eundem in repetitione authẽ. hoc ita.C.de duo. reis.in ix.q.principa q.x.vbi omnino vide.

2 ☞ *In pluribus reis debendi vel credendi tot obligationes oriuntur quot sunt personæ. Quando non est dare rationem quare vna tollatur per alteram magis quam econuerso.an neutra tollatur? & an ex actione facta ex vna poterit agi ex altera.*

LEX XIII.

SI reus promittendi.

1 †In persona vnius possunt concurre plures obligationes æque principales ad eandẽ rẽ tã actiue quã passiue:sed ex psona diuersorũ.et altera ꝓ alterã nõ cõfundit:sed si sit vna principalis,altera accessoria: secũda
2 ꝓ primã cõfundit.h.d.in effectu. Venio ad casum.†No. hic in prin.q in plurib⁹ reis debẽdi vl credẽdi tot obligationes oriũtur quot personæ:licet videat vna:quia tẽdũt ad vnũ effectũ. vt.ss.e.l.ij.§.fin. Item no.q qñ non est dare rationẽ quare vna tollat per alteram magis quã econuerso , debemus dicere qđ neutra tollat. Sed tunc quæritur , an exactione facta ex vna poterit agi ex altera. Gl.q nõ.et bene:qa si essent penes diuersas psonas,& vno soluente alter liberaret:vt d.l.ij.in fi.ss.e.Et sic nõ habẽt effectũ solidæ exactionis.s.ꝓ se in personis diuersorũ:ergo nec psona eiusdẽ:quia qñ plura iura ex personis diuersorũ cõcurrũt in persona vnius,idem est dicendũ de eis qđ diceret si essent penes diuersos:vt l.tutorẽ.de his qui. vt indi. sed si quẽlibet existeret penes diuersos,haberet effectũ solidę exactionis pluris fiendæ , eodem modo in persona vnius. vt l.non est nouum.de act.emp.& no.in l.si mihi & tibi.in princ. de leg.j.&.ss.de fideiusso.l.generaliter.circa fi. Item no.q principalis obligatio & accessoria possunt in eiusdem persona cõcurrere,imo accessoria confunditur per principalem : quia hic est dare rationẽ quare magis hic quã econuerso : cũ principalis potẽtior sit & dignior,sed si principalis esset min⁹ efficax: puta naturaliter tm quã accessoria,quod esse põt , licet non pos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paul.de Castro secunda super Digest.nouo.

sit accessoria esse in plus quã principalis tunc accessoria p principalem non tolleretur: quia interest creditoris q accessoria remaneat: vt j.de fideiusso.l.hæres a debitore.§.si hic seruus. Ad quid autem sit vtilis hæc inuestigatio q duæ principales i eadem persona concurrant,& neutra per alterã tollatur, dic vt no.j.de fideiuss.l.qui contra.& de sol.l.si duo.

2 *Si accepturus uxorem fuit stipulatus à patre ipsius centum nomine dotis, & eadem centum fuit stipulatus Titius animo ut simus duo rei credendi an cuilibet nostrum debeantur insolidum?*

3 *Si promisisti mihi decem,aut stichum qui meus erat,& sic non valet stipulatio in sticho & teneris præcise ad decem tantum.& eadem decem aut stichum promisisti Titio,& sic sibi teneris alternatiue,an sit diuersitas causarum seu stipulationum?*

4 *Si plures cum pluribus faciunt pacem de eadem iniuria,& promittunt se non offendere sub certa pœna qualibet insolidum,an possint dici plures rei debendi uel credendi.*

LEX XV.

1 SI id quod. †Ista l.est breuis,& nõ expedit aliquid scribere.h.d. Diuersitas rerum in stipulatione deductarum,vel etiam diuersitas causarum impedit constitutionẽ duorum reorum .h.d.in effectu: & est aliquantulum fortis. Et glo.sunt hic verbosæ:& non habuerunt bonum intellectum. Ponit autem ista lex tres casus. Primus est si ego & Titius stipulamur a te vsumfructum fundi tui quilibet insolidum,aio vt simus duo rei credendi.nam videmur stipulari res diuersas,quia vsusfructus qui traderet mihi finiret ex persona mea capitis diminutione.Sed qui traderetur titio,ex persona ipsius titij.vnde sicut ali⁹ vsusfruct⁹ in persona mea alius in persona hæredis mei,si fuit stipulat⁹ ,p me & hæredibus meis,vt l.si stipulatio ista.§.si qs ita.ŝ.ti.j.ita & fortius in casu isto:& si non iumus ,pprie duo rei credẽdi. Ex quo videtur q per solutionem factam mihi.nõ libereris a Titio nec econuerso.q est verum de rigore.tamẽ æquitate qa intentio nostra facta fuit in contrariũ,cũ vsusfructus eiusdem fundi nõ poterit eodem tẽpore esse insolidũ penes diuersos. de æquitate per solutionẽ factã vni liberarerisab altero.vt in fi.hui⁹ l.Ex hoc patet q gl.q̃ incipit. [puta nõ bñ posuit cãm.] in primo exemplo seu lectura,sed tene secundam per rõnem quam dixi.non tamẽ quod cuilibet nostrum tenearis pro parte,prout gl.videt sentire,sed insolidum hoc fuit actum. †Secũdus casus si acceperus vxorẽ fuit stipulatus a patre ipsius cẽtum nomine dotis,& eadem cẽtũ fuit stipulat⁹ Titi⁹ animovt simus duo rei credendi,licet cuilibet nostrum debeantur insolidum,& sit eadem quantitas tñ,quia mihi debentur ex cã dotis,titio autem non possunt deberi ex illa causa,cum vxorem nõ ducat,& dos sine matrimonio nõ poterit esse simili nõ erimus duo rei credendi propter diuersitatẽ causarum: sicut nec in præcedenti ,pter diuersitatẽ rerum. Et per solutionẽ factã vni non liberaris ab altero de rigore,sed de equitate. †Tertius casus.si promisisti mihi decem aut stichum qui meus erat et sic nõ valet stipulatio in sticho.& teneris pcise ad decẽ tm̃ & eadẽ decẽ aut stichum promisisti titio,& sic sibi teneris alternatiue.videtur diuersitas causarum siue stipulationũ.nã diuersa est stipulatio alternatiua a stipulatiõe simplici.vt l.j.§.si qs simpliciter.ŝ.ti.j.& l.inter stipulantẽ.§.si stipulante.ideo si soluas titio stichũ aut decẽ,liberaris ab eo iplo iure:sed à me nõ liberaris,nisi soluas sibi decẽ ad q̃ mihi teneris sicut & illi:sed si solueres stichum ad quẽ teneris illi & non mihi,nõ liberaris à me mero iure,sed de æquitate, attenta voluntate nostra quę fuit vt alteri nostrum soluendo liberareris.h.d.ista singularis l.per quam patet q si stipulamur operas concernentes personas,vt seruire in camera. vel operas familiaritatis,non sumus duo rei credendi proprie loquendo.& aliæ operæ sunt exhibendę mihi aliæ titio ,pter diuersos mores,& naturas hominũ. Et habebunt locum ea quæ dicta sunt de liberatione fiẽda.& nõ ob.l.nemo.ŝ.e.quia ibi non cohærebant personis,& loquitur ex parte reorum debendi. †Item dicit Bar.in l.fi.j.eo.per hãc l.quod si plures cum pluribus faciunt pacem de eadem iniuria & promittũt se nõ offendere sub certa pœna qlibet insolidũ non possunt dici plures rei debendi vel credendi tam in principali quam in pœna:alia est offensa q̃ fit vni,vel per vnũ,quã altera quæ fit p alium vel alteri. Et quid iuris sit si vnus tantũ offenditur,an stipulatio pœnalis cõmittat cuilibet ex alijs insolidum:& an si vni soluatur contingat liberatio ab altero dic vt ibi per eũ. Contra illud exẽplũ de dote.op.de l.ij.C.ď dote. cau.non nume.Sol.ibi ex parte ,promissorũ possunt plures rei debendi constitui in dote:hic ex parte stipulatorum,qñ vnus erat contracturus matrimoniũ,alter nõ per rõnem de qua ŝ.

2 *Si lata est sententia absolutoria pro uno ex correisdebẽdi super facto:an prodent correo? Quando sunt socij,an pactum unius minus noceat socio quam quando non sunt?*

LEX XVI.

1 EX duobus. †Per litis contestationem alter ex duobus reis credẽdi põccupat sibi debitũ.& extinguit obligationẽ alterius.facit vt nec illi possit solui quantum ad hoc vt libereť a præoccupante.h.d.casus iste.In glos.ibi. [& iureiurãdo ab vno legato.] & no.q in istis tribus.ſ.in contest.facta ab vno de correis credendi, vel in acceptilatione iurii:cũ ista noceãt correo,nõ distinguit an sint socij vel nõ p l.fideicõmissa.§.plerunq̃.de leg.iij.qui tñ loquitur in contestatione. Sed idem in acceptilatione & delatione iuramenti,quæ habent vim contestationis et solutionis. nam in vera solutione facta vni similiter non est distinguẽdũ quia vtroq̃ casu liberatur ab altero:sed in pacto de non petẽdo facto ab vno eorum q nõ habet vim contestationis nec solutionis distinguitur an sint socij,& tunc nocet l.si vn⁹.in prin.ŝ.de pactis. Ratio primi est quia postquã sunt socij,debitũ dr̃ esse commune & quicquid alter solus exigeret teneretur cõicare cũ altero actione pro socio:ideo non potest illi piudicare per pactum.sed qñ non sunt socij,debitũ nõ dicitur esse cõe, sed illius qui præoccupat.& ille qui facit pactum,videt pręocupare.hoc tñ intellígit qñ essent correi ex causa lucrativa.vt quia debitor promisit ex cã donationis.nã tunc q vnus exigeret non teneretur alteri communicare.ideo si põccupat,efficit suum proprium,& per pactum põt illud remittere:& pacisce do præoccupat & remittit.sed si essent ex causa onerosa:vt qa mutuassent pecuniã communẽ,tunc esset idẽ quod in primo casu:quia esset societas incidens,licet non conuentionalis ,pter communem pecuniam,& si alter ipsorum totũ exigeret tenetur alteri communicare quatenus de sua pecunia mutuat? est.& sic esset debitũ commune. Et hoc colligitur ex his quæ habentur in l.in lege fal.hoc esse seruandum. ad l.fa.& ita not. in d.l.si vnus.in prin.& Gui.de cu. Et ex his apparet q si vn⁹ testatus litem,& sic præoccupauit debitum quæcunque sniã sequatur,siue condemnatoria,siue absolutoria,nihil ad rẽ quã tum ad correum:quia nec cõdẽnatoria prodest:cũ debitor ab illo fuerit liberatus per contest.& absolutoria nocet,vel prie nõ nocet, q nocuit conte. & amplius absolutoria nocere non potest,& ita potest intelligi quod subijcitur in fi.glo.ibi. [vel secundũ & hic egit vnus succubuit & c.] Cætera vide hic plenissime per Bar.qui quærit de multis,an noceat vel prosit correo debendi vel credendi Et est vtilior passus qui sit in ista materia.quẽ ipsa hic examinat p singulos casus. † Vnũ tñ dicit q mihi non placet.q si lata est sniã absolutoria ,p vno ex correis debendi:& lata sit super facto,vt quia pronuntiatur illum cõtractũ nõ fuisse celebratũ,q ista sententia ,derit correo,sicut iuramẽtum præstitum super facto per vnum ex correis.vt l.duobus.§.a fideiussore.& §.j.de iureiu.sed ibi vult expresse contrarium q aliud fit in iuro q præstatur ex voluntate partis aliud in sententia in qua pars non consentit cum fertur cõtra eam.& est magis stricti iuris.vt indistincte non prosit alteri: & ita disputando tenuit Richar.malum.vt ipse refert ibi, & in l.adulter.de adulte.Et tetigi supra.e.l.iij.§.fi.Item cõtra istã gl.& id quod.ŝ.dixi.q † qñ sunt socij pactum vnius minus noceat socio quam quando non sunt.facit id quod habetur.j.eo. l.pe.in gl.& l.mora.§.fina.de vsuris.vbi dicitur totum ecõuerso quod magis,nocet cum sunt socij,quam quando non sunt. Sol.casus sunt diuersi quia ibi in reis debendi & in mora: hic in reis credendi.& in pacto,vbi subest alia ratio,si certe considerẽtur.

LEX XVII.

SIue a certis. Hæredes tenent ad onera legatorum pro hæreditarijs portionibus siue omnes,siue aliqui eorum sint grauata:dũ tñ non per propria nomina,quia tunc teneretur vniuersaliter.h.d.tex.cũ gl. In tex.ibi, [nominatim.] i.expressim nõ dico nominibus ,prijs expssis:sed appellatiuis:vt qa instituerat tres vnum

vnum in dimidia,& quẽlibet ex alijs duabus in quarta: & dixit vt duo quos primo instituerat soluerent tali centũ.nã vult gl.fi.in fi.q licet in primo expressisset eorũ nomina,per istud tamẽ relatiuum quo,non censeť eadem propria nomina repetijsse:quia tunc tenerentur vtiliter:sed censetur relatũ ad verbum instituerat,ex quo resultat nominatio per nomina appellatiua: quem gl.tene menti.facit l.si plures.de vulg.& pup.& C.de impube.& ali.subst.l.fi.tenenť ergo isti pro hæreditarijs portionibus.Sed contra,quia si hoc est,non tenebuntur ad totam summam,imo institutus in dimidia tenebitur ad dimidiã de centum:institutus in quarta tenebitur ad quartam alterius dimidiæ,& remanebit altera quarta quæ à nullo debebitur:cuius contrariũ patet.j.in verbo,[in totum.] Sed imo tenebunt ad totam summam per illum tex.hoc tamen modo quia sicut institutus in dimidia habet duplũ plus quã institutus in quarta:ita & facta diuisione de centum in tres partes, institutus in dimidia debebit duas,& institutus in quarta debebit tertiam: Ita intelligo istum tex.ar.l.si testamento.§.j.de leg.j.& l.Marcellus.in prin.ad treb.licet gl.& doc. nõ declarẽt,illud sufficit.

2 *Mora vnius an noceat alteri? remissiuè.*

LEX XVIII.

1 EX duobus. †Mora vnius ex reis debendi alteri nocet.h.d.secundum intellectum gl.& sic ponitur hic factũ pro non facto: quia mora cõmittitur in nõ faciẽdo.Sed cõtra istum tex.videtur tex.expresse contrarius in l.mora.§.fi.de vsuris.Gl. dicit quod hic loquit quando erant socij,ibi quando non erãt;& sic magis nocet factum socij quam factum nõ socij:cuius contrarium dixi.ŝ.in l. ex duobus.sed dic vt ibi. Ista tamen distinctio nõ procederet in mora cõmissa circa interruptionẽ præscriptionis quoniã interruptio facta contra vnum per citationem præiudicaret alteri siue essent socij,siue non per l.fi.C.eo.quia si non pręiudicaret,socius lucrareť, vnde cum tractet de lucro captando,facilius sibi pręiudicat:& intellige quãtum ad effectum perpetuã di obligationem,ne per interitum rei extinguatur,vel quantũ ad vsuras:& tunc procedit prædicta distinctio.† quod dic vt hic per Bar.& plenius in l.ex duobus.ŝ.eo. in x. q. vbi tractat de hoc articulo an mora vnius noceat alteri.

LEX XIX.

VM duo. Cum alter ex reis debendi eximiť ab obligatione, non propterea alter liberatur. Aliud ergo est vnum soluere: quia alter liberaťtunc:vt ŝ.e.l.iij.§.fi.in fin. Aliud est quod eius persona eximatur ab obligatiõe:puta cum deportatur: nam obligatio ciuilis & naturalis qua ipse tenetur,transit in fiscum.& ab illius pona recedit sicut si verè mortuus esset,ideo non dicit propriè liberari:sed ab obligatione eximi:vt j.de fideiuss.l.si fideiussori deportato.secundũ intellectũ.& no.in l.j.C.de fideiuss. vnde correus remanet obligatus & pro ipso potest accedere fideiussor.Et no.casum in quo obligatio & actio personalis quę inhęret ossibus recedit ab eis:& in alium transit viuente obligato. sed fingitur non viuere cum deportatus mortuo comparetur, vt l.decem.§.deportatur.de bo.lib.

Dẽ fideiussoribus & mandatoribus. Rubrica.

1 *Differentia inter mandatorem, fideiussorem, constitutorem, & expromissorem.*

Super gl.rubricę ibi, [nam semper fideiussor sequitur obligationem.] Dic hoc est verum quantum ad effectum,non quantum ad contractum.quia contractus fideiussoris põt prędere contractum & obligationem principalis debitoris.vt j.eo.l.potest.& l.si stipulatus sum.§.fi.sed mãdatum cõferť semper ante.† Et de differẽtijs inter mandatorem & fideiussorẽ, vide gl.pleniorem in §.si post creditam.allegato per glo.& in auť.e.ti.de fideiuss.in prin.& inter alias fideiussor non obligatur nisi verbis:vt l.blanditus.C.e.sed mandator obligatur solo consensu.Item prima obligatio est stricti iuris,secunda bonæ fidei.Habemus etiam constitutorẽ qui teneť accessoriè sicut & prædicti.de quo in tit.de consti.pecu. & ille obligať solo pacto etiã nudo, & tenetur actione prætoria, non ciuili.& in omnibus istis oportet prędere principalẽ. Habemus etiã expromissorẽ,q principaliter se obligat etiam ,p eo qui est obligatus, nec ſperať obligari.de quo in l.& eleganter.§.seruus pactionis.de dolo.& per gl.in auť.e.ti.in prin.quæ incipit,no. differentiam,& licet de mãdatoribus tracet principaliter ti. mãdati, attamen etiã hic incidẽter tractať in aliquibus legibus: ideo dicit rubrica de mandatoribus licet Rogerius dixerit q dum dicit mãdatoribus,loqtur de principalibus debitoribus qui mandant fideiuberi sed non est verũ. de illis enim loquit titulus mãdati. qualiter contrahať obligatio inter eos & fideiussores.sed hic loquitur de mandatoribus qui teneně accesso- a
rię. [a] Nam si mandes mihi quod mutuem Titio: teneris pro eo ac si fideiussisses.

a Accessorię. Sed qd si non apparet quis prius et qs posterius vid p bar.ĩ l.si prius de vul.& pup.& an fideiussor de iudicio fisti vel de aliquo pśentãdo dicať ,pprie fideiussor. vide per Bal.ĩ rub.C.eo.

2 *In ciuili obligatione tantum an possit accedere fideiussor: & quid in naturali.*

3 *Fideiussor an possit promittere pœnam, licet principalis non promisit? Fideiussor an possit accedere pro officio iudicis, quod obligationem non præsupponit?*

LEX I.

1 OMni obligationi. † Lex ista duobus modis intelligitur i.siue obligatio oriatur ex contractu vel quasi. Itẽ si oriatur ex contractu,siue cõtrahatur re,siue verbis.siue consensu,siue rei interuentu, potest accedere fideiussor:si est obligatio efficax ad agendum,& de obligatione ex delicto est casus:licet gl.non alleget.j.eo.l. græce.

2 §.sed & si ex delicto.† secũdo modo potest intelligi q poterit accedere non solum naturali & ciuili simul iunctis quæ pariũt actionem.sed etiam soli naturali: & soli ciuili:licet non pariãt actionem.de naturali patet.j.l.si stipulatus.§. fin. de ciuili sunt duę gl.contrarię.nam in l.q enim.j.eo.tenet oppositum quod pro sola ciuili non poterit accedere. de hoc no.per Cyn.in l.si cui. C.de non numerata pecunia. Breuiter debes scire q ciuilis interdũ solã parit actionẽ: vt patet in obligatione literarũ. insti.de literarum oblig.& tunc non est dubium q pro ea potest accedere:& ita intelligatur ista gl. Interdũ non parit actionem:& tunc non solet etiam impedire repetitionẽ soluti quia vt plurimum contigit quod sola ciuilis quæ remansit sine naturali, est elisa per exceptionem. vt in illa quæ remanet post pactum de non petendo.vt l.si vnus.§.pactus.ŝ.de pactis. vel post iusiurandum:vt in l.fin.de iureiu.& pro illa non potest accedere cum effectu.quia exceptio competens principali competit etiam fideiussori. vt in l.exceptiones.ŝ.de except.& hoc quando ante elisionem fideiussisset:vel etiam post ignorãter: alias videretur renuntiasse exemplo, & teneret efficaciter:vt j.e.l.si quis postquã. Pro naturali vero etiam sola potest accedere fideiussor, posito quod actionem non producat: si tamẽ per exceptionem non est elisa : quia saltem solet impedire repetitionem soluti per errorem iuris. & hoc sufficit vt fideiussor poterit accedere.vt est casus in l.q enim j.eo.sed si esset elisa per exceptionem : vt in illa quæ remanet post præscriptionem,quæ tollit ciuilem, cum sit de iure ciuili,& elidit naturalem: vt no.j.rem ra.l.fi. dic vt ŝ.dixi in sola ciuili. patet ergo q licet fideiussor nõ poterit in duriorem casum intercedere nec plus se obligare quam principa.vt l.græce.§.illud.j. eo.potest tamen obligari efficacius:quia principa.naturali tantum : & fideiussor ciuiliter & naturaliter:& sic principalis nõ potest cõueniri,& fideiussor sic:nec habebit tunc beneficium excussionis,sicut si esset inops vel absens.de quo tetigi supra de duob. reis.l.si ex duobus.§.si à Titio. † Potest etiam fideiussor promittere pœnam licet principalis non promisit per l.fin. & ibi Bar.ŝ.de eo quod cer.loc.Sed an possit accedere fideiussor ,p officio iudicis.quod obligationem nõ pręsupponit.vt in l.qui per collusionem.§.fi.de act.empt. Respondeo sic tam mercenario.vt d.l.fi.& l.centum Capuæ.de eo quod certo loco.& l. quæro.ŝ.loca.quam etiam nobili.vt.j.de sol.l.cum quis pro eo.

LEX II.

1 ET commodati. † Ego intelligo istã l. vt loquať de obligatione secundaria, q̃ cõtrahiť in cõmodato vel depósito ratiõe doli vel culpæ ad interesse vt pro illa poterit fideiussor accedere qñ depositũ vel cõmodatũ sit pupillo sine tutoris autoritate,vel seruo qui obligať nisi naturaliter, & tenetur fideiussor. dum modo interueniat illorum dolus vel culpa. nam si interuenit dolus,pupillus reputatur maior:& obligať ciuiliter &

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶ Imputandum. An hæc distinctio locū habeat. vide Barto. in l.si cum dotem. §. si mulier. ff. so. matri. Sed qd si mulier vel minor accepit fideiussorem scienter. inhabilē, an succurrat eis. vide gloss. in l. de die. §. si tutus qui fa. cit. cog. gl. in l. in oībus. ff. de re. iur. bar. & doc. in d. §. si seruus & quid de debitoribus q̄ dant alios debitores suos quos sciūt de proximo fabricatos. vnde Imo. post alios doc. in l. si cum dotem. §. si mulier. vbi limitat dicta doc.

b ¶ Poteſt. promissor indemnitatis ꝓprie appellatur sponsor de quo vide gl. in l. j. C. de conue. fisci & bi. to. lib. xj.

c ¶ Nō extinguatur. quid in cessionario. succedente. post lit. contes. cedenti. vide Bal. in l. j. C. de acti. & obli. & quid ecōtra.

d ¶ Materiam huius l. adde Bald. in l. si vxor. de bo. auto. iuposs. & Sali. in d. l. de bitori. & eūdē Pau. ibidem.

naturaliter: vt in l. j. §. an in pupillū. ff. depositi & q̄ dixi de dolo: idē in lata culpa. gl. est in l. fi. §. §. de precar. De leui autē in deposito nullo modo obligatur, quia nō venit in tali contractu. Et si esset maior, de illa non teneretur ciuiliter vel naturaliter, vnde nec nunc naturaliter tantū sed in cōtractu cōmodati in quo venit leuis culpa pupillus obligaretur tantū: quia si eēt maior, obligaretur ciuiliter & naturaliter & illa est culpa leuis quæ non facit illum cen seri maiorē, sicut facit dolus & culpa seru⁹ aūt ciuiliter non potest teneri. quia nō est capax etiam pro dolo, vel lata culpa: sed naturaliter tantum. Si autē loquimur de obligatione primitiua quæ contrahit ad rei restitutionē, si rem non haberet penes se, nec dolo vel culpa fecisset quomin⁹ haberet non teneretur ipse: nec posset accedere fideiussor. sed si habet rē: & sic est locupletior: tūc tenet sicut tenet rōne doli. Sed si quæritur qua actione. dic aut erat doli capax quando depositū vel cōmodatum factum fuit, & tunc quia oritur oblatio naturalis ex cōtractu, tenetur actione ex contractu. & dicunt gl. & tenet ciuiliter postēa est locupletior. sed ego dico q̄d naturaliter tantū: tamē ex illa datur actio ex rescripto diui pij, quæ est vtilis: nō directa. sed tunc nō erat doli capax: quia tūc non fuit orta naturalis, non tenetur ex illo contractu: sed datur actio in factum ex æquitate, vel actio ad ex hib. Et hæc habē tur in l. j. in fi. & seq. in prin. seq. §. commo. Ex his remanēt declaratę gl. quæ sunt hic quæ non perfecte loquuntur,

LEX III.

Vi satisdare. Qui tenetur satisdare nō libera tur si dat fideiussorem qui efficaciter non obligatur. vel posito quod obligeť, attento præsenti statu non habet bona, nec sperat habere, nisi statū mutet: secus si dat fideiussorē qui efficaciter obligatur: licet non habeat bona, tamen sperat habere etiam statu nō mutato. h. d. Et pone in eo qui promisit satisdare, vel qui teneť ex dispositione l. vel statuti q̄ in multis casibus cōtingit. & aliq̄n in iudicio. tunc etiam aliud requiritur, vt videatur idonee satisdedisse, quia ille fideiussor non habet exceptionē fori illius iudicis coram quo satisdat. alias non est idoneus nisi ei renuntiet. vt l. j. si quis in ius voca. non ierit. & l. si fideiussor. qui satisda. cog. veniamus ad casum. In tex. ibi, [aut filiū.] sed certe iste ciuiliter obligat ēt isto iure. præter quā in statu mutato & voto. vt l. filiusfa. de ac. & ob. & pōt conueniri & condemnari: vt in l. si condemnatus. supra. de noxa. & etiam executio fieri cōtra eum per capturā personæ & incarcerationē. nisi cedat bonis. vt in l. j. C. qui bo. ce. pos. Quare ergo non dicitur idoneus fideiussor & quare non liberatur promissor ipse dando? Rnd. quia nec habet bona, nec sperat habere statu murato: secus si statu non mutato: vt in fi. quia sola carentia bonorū nō redderet eū minus idoneum. In tex. ibi. [non esse impletam satisdationem stipulationem.] Dic ex hoc sequiť quod perinde poterit conueniri acsi nullum fideiussorem dedisset in oībus casibus supra dictis, sicut qui promisisset hominem vel equum dare, & tradidisset alienū: vt j. de sol. l. cum quis. §. qui hominem quia non fecerit quod promisit nam promissio de satisdando intelligitur de dando fideiussores, & non dicuntur idonei in casibus supradictis: ergo non fecit quod promisit: non est ergo in aliquo liberatus: sed in vltimo casu huius l. liberat⁹ est promissione. tamē si erat nō soluēdo. & creditor ignorauit & iustam habuit causam credendi q̄ reputabatur diues, poterit agi ad interesse. non dico vt deť fideiussor: quia datus est, & ita intelligitur tex. cum gl. in l. si quis stipulatus sit Stichū aut Pamphilum. §. fi. §. de ver. ob. Sed quæritur qualiter intelligat casus huius l. Glo. intelligit vtrunq̄ casum tam quando creditor ignorāter recepit, quam quando scienter & primo casu q̄n recepit ignoranter, clarum est. Sed si scienter, maius est dubiū:

a quia videtur sibi imputandum[a] quare recepit minus idoneum qui efficaciter non obligabat. tamen gl. quæ incipit, sic §. vult sibi non esse imputandum postquam non fecit secundum formam promissionis: ex qua videtur concludendum q̄ si ꝓmisisti dare hominem in genere, & tradis seruum alienū me etiā sciente, quia non facis quod ꝓmisisti possum te conuenire vt des ac si nullū tradidisses. Nec ob. l. si fundū. cum ibi not. C. de euic. qa ibi in venditore, quia non tenetur dominium transferre. sed tradere. vnde tradendo licet alienum, facit quod promisit. & imputet sibi emptor si sciēter recepit: vt nec poterit agere de euictione nec vt iterum tradat tanquā non fecerit quod promisit, secus in eo qui teneť dare. i. accipiētis facere: qa si nō facit accipiētis, non facit quod promisit: ideo pōt cōueniri etiā ab eo q sciuit. vt no. Bar. verū nisi creditor fuisset in dolo p l. si Titius. j. eo. In vltimo qn̄ non erat idoneus facultatibus, si recepit ipsum scienter, clarum est q̄ sibi præiudicat: licet nō recipere teneretur: quia videtur ipsum approbare ꝓ idoneo: vt hic. & in l. inter causas §. abesse. §. manda. sed si ignorauit & credebat ipsum diuitem, tūc maius est dubium. Gl. tamē adhuc idē dicit quod sibi præiudicat: vt patet in gl. fi. dum subaudit maxime cum sciuit. Doc. eam reprehendunt per id quod habeť in d. l. si quis stipulatus sit stichū. Bart. reducit ad concordiam modo quo s. dixi. q̄ sibi præiudicat quātum ad hoc vt nō possit agere quod alius detur: quia debitor est liberatus, sed nō p̄iudicat sibi quominus possit agere ad interesse: vt in cōtrario. Ego puto quod nec ad interesse poterit agere, nisi interuenerit dolus dantis: quia affirmauit ipsum epilcopum esse idoneū facultatibus, vel iustissima ignorantia: quia cōiter reputat idoneus. alias imputet sibi creditor quare non explorabit p. d. §. abesse, vbi videt casus: si bene considereť. & ita intelligeretur iste text. alias non haberet aliquod dubiū si intelligeretur de sciente ipsum non idoneum: & videmus de facto seruī: vnde solent dari approbatores per communitates qui approbāt eo rū piculo. caueat ergo qualiter quis recipiat fideiussorem &c.

LEX IIII.

b **Poteſt[b] accipi.** Hic non expedit scribere qa clarissima est: nō pono casum in ea &c.

LEX V.

Generaliter. Idem dicit ista l. in effectu cū seq. quod l. si reus §. de duo. reis. et hic adde quæ ibi dixi. Casus est iste. & adde alium quem ibi dixeram. & si post lit. contest. contra fideiussorem succederet fideiussor principali, vel econuerso, non extingueretur fideiussoria: imo super ea daretur sententia: quia interest creditoris quod non extinguatur ne habeat nouum iudicū inchoare: vt probatur in simili in l. seruus §. de infa. secundū Ange. & idem vbicunq̄ interest creditoris q̄ non extinguatur accessoria: vt l. debitor. §. de separa. & l. hæres a debitore. §. quod seru⁹ j. eo. Vnde si hæreditas hic principalis debitoris esset non soluendo, & fideiussor eius hæres faceret inuentarium eatenus extingueretur fideiussoria quatenus de bonis hereditarijs posset creditor consequi: sed quatenus non posset durat fideiussoria secundum Dy. & vide circa materiam huius[d] l. bonā. gl. quæ est in l. debitori. C. de pac. & bar. in l. stichum. §. quod vulgo j. de so. In l. si reus. gl. op. de l. Itē illa. in fi. de constitu. pec. §. vbi per electionē vnius altera non tollitur. Sol. hic in duabus obligationibus actiue concurrentibus in persona eiusdē; quo casu iō vna electa. altera tollitur: quia si essent penes diuersos, vno agente, & lit. cōte. tolleretur altera. vt §. de duo. reis. l. ij. et l. ex duobus. & idem iuris esse debet in persona vnius q̄ esset in personis duorum. vt l. tutorem. de his qui. vt indig. Contrarium loquitur in pluribus obligationibus passiue concurrentibus in persona eiusdem, & ex diuersis causis: quo casu si essent in personis diuersorū, per electionem vnius altera tolleretur. nisi secuta solutione: vt in l. fi. C. eo. & dixi in d. l. ij. ead. ratiōe si concurrant in persona vnius. vt in contrario. Item oppo. de l. si is qui. de act. & obl. Sed dic quod ibi ex diuersis causis. hic ex ead

ex eadem. & ibi etiam per solutionem altera per alteram non tolleretur.

LEX VIII.

Quod enim. In l. quod enim. No. de eo q̄ dixi in l. j. §. q̄ tūc pro naturali sola obligatione pōt accedere fideiussor quando est omnino inefficax. sed saltem est efficax vt impediat repetitionē indebiti soluti per errorem iuris: vt l. error. C. ad l. fal. q̄ cōtingit quando nō est elisa ꝑ exceptionē. alias secus. vt in illa quæ remanet post præscriptionē. vt l. fi. j. rē ra. ha. & ibi no. nā tūc distingueretur an intercederet fideiussor ex certa scīa. an per errorē. vt j. e. si quis postquā. sed in præcedenti casu indistincte tenetur fideiussor etiam si credat illūm teneri ciuiliter & naturaliter & ita intelligitur hic quando autē est elisa etiam si esset ciuilis & naturalis simul, vt in muliere quæ est tuta exce. vellei. solutum per errorem iuris repeteret, licet secus in exceptione macedoniani, quæ est odiosa. vt l. qui exceptionem de cond. ind. Item gl. hic tenet q̄ pro sola ciuili non pōt fideiussor accedere tu dic vt dixi in l. j. §. eo.

LEX IX.

Præce fideiussori. In ista l. vsque ad §. & post litē non dabo inscriptis, quia nihil est in effectu. et tex. est clar⁹. hic nō sunt alia.

2 ☞ *Fideiussor de iudicio sisti, an liberetur lapsis quatuor mensibus à die contestationis? Si à sententia fuit appellatum, an tenebitur fideiussor sistere?*

Et post litem. Etiam post litem conte. potest obligationi pristinæ fideiussor accedere & si sit fideiussor iudicij: tunc aut de iudicio sisti, & liberatur lata sententia aut de iudicato soluendo: & tunc non liberatur, imo tunc incipit obligari cum lata est condemnatoria. h. d. Et in secundo dicto q̄ fideiussor de iudicio sisti non teneatur nisi vsque ad secundam exclusiue text. iste non est alibi ex quo patet quod satisdatio de iudicio sisti non continet clausulam iudicati. & qui promittit sistere in iudicio se vel alium, non videtur promittere soluere iudicatum, sed solum perseuerare in lite vsque in finem: & finis imponitur per sententiam, sed ecō uerso satisdatio de iudicato soluendo bene continet clausulam de sistendo quia continet clausulam de defendendo: & qui ꝓmittit defendere promittit sistere, & ideo quando recipiuntur fideiussores de iudicio sisti, vt plurimum additur & de iudicato soluendo: vt euitetur iste §. quod no. qn̄ dantur fideiussores pro forensi. parum enim valeret steusse in lite vsq̄ in fi. si lata sententia aufugeret. nā fideiussor non teneretur. facias ergo ad di. & de iudicato soluendo. Item quando relaxatur captus ꝓ debito tanquam fugitiuus sub fideiussoribus de iudicio sisti. facias addi et de iudicio soluendo. venio ad casum. In tex. ibi. [quia ciuilis & naturalis subest obligatio.] Subaudi nec tollit per conte. sed noua obligatio illi accumulatur, nam reus incipit in conte. teneri ad persistendum in iudicio vsq̄ in fi. fit enī nouatio necessaria per cōte. non voluntaria iuxta no. in l. j. C. de iud. Et sic loquitur hic de fideiussore qui accedit primę obligationi super qua facta est contestatio, sed sequens casus loqtur de illo qui accedit secundæ obligatiōi quæ contrahitur in contestatione ad persistendū in iudicio vsq̄ in finem. Tertius casus loquitur de illo qui accedit obligationi quæ oritura est ex sententia condemnatoria Primus autem obligatur statim, & non liberatur per sententiam. Secundus obligatur statim, & per sententiam liberatur. Tertius non obligat pure: sed sub conditione si sequatur condemnatoria, & per sententiam purificatur obligatio. †Sed opp. contra. secūdū casum q̄ fideiussor de iudicio sisti no teneatur vsque ad sententiam, sed liberet

a lapsis quatuor mensibus[a] a die cōtestationis. vt in l. sancimus. C. de iudi. Die breuiter quod loquitur quando actor negligebat prosequi litem: hic vero prosequebatur. †Sed quæritur qd si lata sententia fuit appellatum, an tenebitur fideiussor sistere coram iudice appellationis? Dic quod non, quia nō censetur sensisse nec se obligasse nisi pro prima instātia: vt no. in authen. de his qui ingre. ad ap. per gl. & idem in fideiussorib⁹ de iudicato soluendo. vt l. cum apud sempronium. cum ibi nota-

§. A tutore. tis j. iudi. solui.

Sequitur §. a tutore. & quia clarus est, nō expedit aliquid scribere.

2 ☞ *Si principalis erat obligatus alternatiue: an fideiussor Possit se obligare simpliciter ad unam de alternatiuis tātū?*

§. Illud commune est.

1 †Fideiussor nō potest se obligare in duriorem casum quam sit obligatus principalis. nec etiā in casum aut rem diuersam. h. d. in effectu vsque quasi ad finē. Dicitur autē durior quādo in plus se obligat aliquo de quatuor modis. f. re, loco, tempore, & causa. vt insti. de act. §. plus. de hoc ponunt exempla hic quando in maiori summa. Item quando cā: vt si principalis erat obligatus in die vel conditiōe, & fideiussor se obligat pure. Item quando intercedit in cām diuersam vel rem, ponit exēplū qn̄ principalis erat obligatus obligatione simplici ad vnam rem, si fideiussor se obligat alternatiue ad illā rem vel alteram, quia diuersa est obligatio alternatiua a simplici. ponitur etiam exemplum quando in plus se obligat causa quando vterq̄ esset obligatus alternatiue, sed principalis haberet electionē quo ad se: sed creditor haberet electionem quo ad se: sed creditor haberet electionem quo ad fideiussorem: nam tunc fideiussor durius est obligatus. †Quid autem si principalis erat obligatus alternatiue, & fideiussor se obligat simpliciter ad vnam tātū de alternatiuis, tunc tenetur fideiussor: licet sint diuersæ obligationes, qa tunc obligatur in minus, & de hoc habetur in l hi qui j. e. & ibi plenissime per Bar. de ista materia, qui prosequit vnā distinctionē. Dy. quā fecit in l. Marcell⁹. j. eo. In prin. §. ibi, [vniuersis qui pro alias obligātur.] dic gl. propter istā regulā ita generalē dicit idē esse in mandatoribus & sponsoribus quod in fideiussoribus: sed in cōtrariū vr esse tex. in l. sed & si citeriori. §. de consti. pecu. vbi obligatio consti. q̄ est accessoria, pōt contrahi creditori die qua sit contracta principalis: & sic durius: & in plus cā. Gl. ibi nititur soluere, de hoc vide Bar. in l. hi qui. j. eo. in q. vbi tenet cōtra istam gl. p illū l. & per l. in diem j. de noua. Sed qūo respondetur ad illum tex. qui ponit regulam ita generalē. pōt dici q̄ habeat locum in mandatore, qui est simpliciter accessorius: nō in sponsore qui se obligat principaliter, licet pro alio. In cōstitutore vero dic q̄ pōt se obligare in plus tēpore: vt in illa l. sed & si citeriori, sed nō re, vt in l. hactenus. in fi. e. ti. In tex. ibi, [omnimodo, dic propter hanc dictionem dicunt Doc. & ēt gl. hic q̄ in nullo obligatur fideiussor etiam vsq̄ ad concurrētē quantitatē. & sic vtile per inutile vitiatur: quia peccatur in forma, quod etiam tenuit hic Dy. secus in cōstitutore: vt d. l. hactenus. in fi. Vel dic q̄ ille ll. loquuntur quando quis cōstituit pro seipso: sed qn̄ pro alio, locū habeat generalis regula hic posita: vt in nihilum obligeť constitutor, sicut nec fideiussor: & p dicta locum habent in obligatiōe principali. sed accessorie bene pōt se obligare fideiussor in plus quā principalis: puta ad pœnam, vel vsuras: vt l. centū Capuæ. & ibi Bar. de eo quod cer. lo. & j. e. l. sicut reus. in fi. gl. & l. ij. §. fi q̄ iatil. co. & ibi per gl. sufficit.

2 ☞ *In duobus reis debendi qui hodie habent beneficium diuisionis, si agatur cōtra unū insolidum, & ipse opponat de illo beneficio, & est dubium an alias sit soluendo: an debeat seruari practica huius legis?*

3 *Si unus de fideiussoribus conuentus insolidum soluat totum, an uideatur emere nomina aliorum.*

a ¶ Quatuor mensibus. Sed quid si promisit sistere quoties placuerit quousque durat ista ꝓmissio. vide Bart. in l. si qs reū. j. de cu. reorū. & dicit Bar. in addi. ad Spe. in ti. de ope. nouū. q̄ si fideiussor de iudicio sisti ꝓmisit reū exhibere, & parere mandatis curię: quod non tenetur ēt post sententiam.

LEX XI.

Si dubitet. †Qn̄ dubitat an fideiussor sit soluēdo, cōuētus insolidū nō habet bñficium diuisionis: nisi sit paratus q̄ alter excutiat suo piculo. Et de hoc det fideiussorem, & cōfideiussor sit pñs. h. d. Et est notandum quod istud non prouenit ex epistola diui Adri. quæ loquitur solū qñ cōstat cōfideiussorē esse soluēdo & tunc vnus ex eis cōuētus insolidū habet beneficiū diuisionis, & potest petere alium conueniri pro parte. & ista exceptio potest opponi in vim delatoriæ ante lit. cōtest. & in vim ꝑemptoriæ post lit cōte. vsq̄ ad sniam, sed post sentētiā nō pōt opponi. vt l. fideiussor. C. e. licet secus in beneficio cessionis: vt j. eo. I. si fideiussores. §. fi. Quando autē dubitat, tūc epistola nō loquitur: sed recurrit ad ꝓuisionē legis q̄ trib⁹ cōcurrētib⁹ cōuētus insolidū audit: vt nō cōueniat nisi ꝓ parte sed q̄ vellit alium excuti suo piculo & ipēta ꝓ parte. Et de hoc det fideiussorē de indēnitate, q̄ tenebit si excutit aliū: & reptus etiā nō soluēdo, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

potuit ab illo recuperare expẽsas litis: vñ recuperabitur à primo cõuento, & à fideiussore de hoc dato. Tertio requirit q̃ ille cõfideiussor sit præsens: nã si esset absens, etiã si esset soluẽdo, nõ posset iste conuentus vbi beneficio diuisionis. sed & quartũ videt etiã necessariũ q̃ iste conuentus insolidũ asserat alium esse idoneũ: vt hic colligit. dũ dicit circa fi. [q̃ idonei esse dicũt &c.] si enim hoc non assereret: sed dubitaret an esse soluẽdo: videt q̃ non esset audiẽdus: si peteret illos priꝰ excuti: & istud non tangitur per doc. venio ad casum. In tex. ibi. [paratus sit offerre cautionẽ.] offerat cautionẽ cũ fideiussore: vt j. in ver. [ita tamẽ.] in verbo, [satisdationẽ.] Et dicit Angel. quod non sufficit offerre verbo, sed debet secum ducere fideiussores. vt l. prætor. §. si quis paratus. cũ ibi no. de noui. ope. nũt. Et si actor nolit recipere, adhuc non sufficeret hoc: sed facit eos recipi per iudicẽ, vel notariũ causæ si vult q̃ cõtra eũ nõ procedat nisi ꝓ rata sua. iuxta not. in aut. de his qui ingred. ad ap. §. j. ꝓ gl. nec ob. l. q decẽ. in prin. j. de sol. vbi dicitur quod sufficit sola obligatio: quia verũ quãtum ad euidendũ periculum moræ: sed ad excludendum actorem ab agendo requiritur cõfignatio & depositio. & hæc præstatio seu satisdatio quæ fit penes iudicẽ vel notariũ, loco consignationis habet. Sed op. q̃ fideiussor non habet necesse ista facere: imo non sit aperta via agendi nisi facta excussione aliorũ: vt aut. de fideiuss. So. illud in beneficio nouæ cõstitutionis. quod hodie concedit fideiussoribus respectu principalis debitoris, vt nõ poterint cõueniri nisi excusso principali: nam tenetur creditor illum excutere suis impensis & periculo, & si reperiret non soluẽdo, non posset ab illo recuperare impẽsas litis, nec etiã à fideiussore: & illud beneficiũ nõ dat fideiussoribus illo iure, sed solũ beneficiũ diuisionis quo ad alios fideiussores in quo seruandus est iste tex. quando est dubiũ an sit soluendo: nec in hoc est aliquid immutatum ꝓ illã nouã constitutionẽ. † Sed quid in duobus reis debendi, qui hodie habẽt bñficium diuisionis per aut. de duo. reis. si agat contra vnũ insolidum & ipse opponat de illo beneficio, & est dubiũ an alius sit soluẽdo. Dicit Ang. debere seruari practicã huius l. sed male dicit qđ illud bñficiũ diuisiõis inter reos fuit introductũ ad exemplum beneficij excussionis inuenti per illã cõstitutionẽ de fideiuss. vt ibi patet. Et iõ creditor necesse habet aliũ excutere suis impẽsis & periculo. & al's nõ est sibi aperta via agẽdi cõtra vnũ insolidũ sicut nec cõtra fideiussorẽ nõ excusso principali, si cõuẽtus de hoc opponat. Et ita declarat Bart. in l. iij. §. fi. de duob. reis. in vj. q. & etiã hic tangit, sed Ange. nõ perpendit. Si aũt nõ opponeret, ꝓcederet iudiciũ tã in duo. reis quã in fideiussoribus. & fieret cõdẽnatio insolidũ: quia actio non est diuersa ipso iure: vt j. e. l. inter fideiussores. in prin. † In tex. ibi. [nominis emptio.] Dic ꝓ hũc tex. vñ q̃ si vnus de fideiussoribus cõuentus insolidũ soluat totũ, videt emere noia aliorũ. ex quo sequit q̃ etiã si cõtra alios nõ cedat actio. habeat vtilẽ actionẽ ad recuperandũ partes illos tangẽtes per. l. iij. C. de actio. & oblig. Sed in cõtrarium est casus in l. vbi fideiussor. j. de sol. quod nisi cedat actio nõ potest recuperare à fideiussoribᵇ: licet secus à principali debitore, cuius nomine bene videtur emere soluendo. Et ad hunc tex. respõde. q̃ loquit impropriẽ quãtũ ad fideiussores. vel dic q̃ habuit respectũ ad cessionem quæ venit fienda. ex qua videt prima facie resultare quædam emptio nominis: quia creditor cedit pro pecuniã quã recepit. arg. in l. cũ his. j. de sol. tamen propriẽ non emptio.

2 ☞ *Casus in quo mendax priuatur iure suo?*
3 *Casus in quibus non competit beneficium diuisionis.*
4 *Aliud est negari narrata prout narrantur, & aliud est negare se fideiussisse expresse.*

§. Ita demum. † Propter mendacium perdit beneficiũ diuisionis. h. d. venio ad casum. In tex. ibi. [ificiant]. s. se fideiussisse. & postea de mẽdacio sunt coniuncti: & volunt recurrere ad beneficium diuisionis & nõ possunt. sic no. casum in quo mendax † priuatur iure suo, aliqñ non priuatur, sed grauat onere probãdi. vt l. cũ deinde vitro. de ꝓba. Et in authẽ. cõtra qui propriam. C. de non nu. pe. R ç gulariter autem non punitur nisi in ex expẽsis. fallit tamen in aliquibus casibus, quas plene enumerat Bald. quem omnino vide in l. j. C. de fur. in v. seu. vj. col. Posset tamen iste pœnitere ante lit. conte. & cõfiteri se fideiusisse, & euitare hoc damnũ: vt l. electio. §. necꝑ. s. de noxa. secundum Ange. † Et no. hic casum in quo nõ competit beneficium diuisionis. adde alios qui no. insti. e. §. si plures. Item quando esset rei renũtiatum: vt no. in l. nisi. s. de pact. & j. eo. si stipulatus. §. si ex duobus. in gl. Addit Ang. aliũ casum qñ essent obligati per instrumentũ guarã tigiæ contra quod ex forma statuti nõ posset obiici exceptio per quã impediret executio: cũ per hãc exceptionem impedia tur: & ita dicit se tenuisse de facto Florentiẽ. non sic in beneficio cedendarum actionũ, quia illud non impedit executionẽ secundũ eundem. Sed cõtra. quod imo impedit: vt j. e. l. si fideiussores. in fi. Sol. verum est si creditor nõ vult cedere, sed tũc cẽsetur impediri de facto suo: ideo sibi imputet, cum sit facile cedere, sed non sit alium excutere. Dicunt antem quidam per tex. hoc beneficium non posse opponi post lit. contest. factam per negationẽ. quos Bart. reprehendit. † nam aliud est narrare narrata prout narrantur[a], aliud se fideiusisse expresse. nã potest esse quod fideiusserit, & tamen non tenetur: vel quia soluit pactum factum est de non petendo.

2 ☞ *Filiusfa. an possit obligari, & in quibus bonis possit fieri executio? & an possit incarcerari nisi cedat bonis?*
3 *An poterit fieri executio in bonis partis, quatenus sibi dentur pro legitima?*

§. Filiusfamilias. † Filius potest fideiubere ꝓ patre hoc primo. Et pater ei q̃ mutuat filio vt soluat pro se tenetur quod iussu, vel de in rem verso. hoc secundo: & sic ipse filius de suo soluat, vl' emancipatus vel in potestate constitutus, de peculio castrensi habet contra patrẽ vtilẽ actionem. hoc tertio et vltimo secundũ intellectũ gl. In tex. ibi. [pro parte.] Dic scilicet qui tenebatur dare fideiussores. vt habeat maiorem vtilitatem & plus dubitationis. et sic creditor tenetur recipere filium. nam si reciperet spõte, nulla esset dubitatio: nec vtilitas Sed cõtra de. iij. §. e. vbi qui tenetur dare fideiussorẽ nõ liberat dando filiumfa. nec creditor tenet illum recipere. Sol. verũ est de filiofa. alieno, sed de ꝓprio secus. & est speciale in patre: vt sic posit releuari ꝓ filiũ. vt hic & l. iij. §. pe. qui satisf. cog. quod ꝓpetuo tene mẽti. quia do. hoc non declarant. Et prima facie videret cõtrarium. cũ reputetur eadẽ persona: cũ pater dãdo ipsum neminẽ dare videt. ex quo creditor poterit releuari. & tamẽ cõtrariũ est. † In tex. ibi, [cõdẽnari potest.] Dic. s. insolidũ. & sic in plus cõdẽnatur existẽs in patris potestate[b] quam effectus sui iuris: quia tũc non condemnatur nisi quatenus facere potest parti. s. q̃ cũ eo. & q̃ sit ratio dic vt ibi. Sed quid prodeit hæc condemnatio, licet insolidum fiat, cum nõ poterit fieri contra eum executio, quia bona non habebat iusto iure? Respondeo poterat habere castrẽse peculium, vel quasi. Item profectitium in quo poterat fieri executio, licet proprietas pertineret ad patrem, postquam ad ipsum filiũ pertinebat administratio. vt not. in l. iij. §. sed verũ. s. de mino. secundũ doct. licet gl. videat ibi dicere contrarium. & no. in l. & si cõdemnatus. s. de noxa. & in l. filio. sol. ma. Põt etiam hodie habere peculium aduentitium, in quo si quæritur an possit fieri executio vide per Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus de dam. infec. & posito q̃ nulla bona haberet, poterit fieri executio vt capiat & incarceretur, nisi cedat bonis vt in l. iij. C. qui bo. ce. pos. & forte aliquem amicũ inueniet qui soluet pro eo. † An autem poterit fieri executio in bonis patris quatenus sibi dẽtur pro legitima tangit guido in l. si qua pœna. de his qui sunt sui vel ali. iur. & Spe. in tit. de sent. execu. §. sæpe. ver. quid si filius. In text. ibi. puto ad omnes contractus. [quod iussu etiam.] Sed op. contra tex. istum: quia non põt qs teneri vt principalis & fideiussor: vt. s. eo. l. generaliter. sed actio quod iussu & de in rem verso sunt accessoriæ: vnde cum pater teneatur vt principalis, non debet teneri vt accessorius in actionibus prædictis: propter hoc gl. intelligit istum tex. q̃ non teneatur eidem creditori cui tenetur vt principalis actionibus istis, sed tenetur alteri creditori qui mutuauit filio pecuniam vt soluere pro patre. & etiam sequuntur Doct. & sic no. quod potest quis teneri vt principalis & accessorius diuersis personis, & diuersis respectibus. vt j. e. l. hæres à debitore. §. quod

quod si hic seruus. Quasdã alias opi. facit Dy. hic quas prosequere vt per Bar. quia non sunt magnæ vtilitatis. Sequitur l. qui contra senatusconsultum.

LEX XII.

Vi contra. Vbi non est obligatio vel actio nõ potest accedere fideiussor, secus si subest actio, licet obstet exceptio si detur a sciente. h. d. cum l. seq. & vide l. creditorem. s. ad mace. per quam istam l. declaratᵉ. Venio ad casum. Præmitte q̃ ex mutuo facto filiofa. sine voluntate patris ipse filius ciuiliter & naturaliter obligatur. & etiam datur actio mero iure, sed ob. exceptio macedoniani similiter contra patrem mero iure datur actio de peculio: tamẽ ob. exceptio eadem. secundo præmitte q̃ filiusfa. hoc iure non habebat hæredem abintestato, etiam si habebat bona castrensia, vel quasi. sed eo mortuo patre occupabat omnia iure peculij. vt in l. ij. j. de castren. pecu. Tertio præmitte q̃ quando quis non habet hæredem, de iure obligationes personales residentes in eius persona actiue vel passiue ꝓ eius mortem extinguntur: quia non superest persona ficta in quam trãseant. mors omnia soluit, non sic qñ habet hæredẽ & hæreditatem: quia transeunt in hæreditatẽ: quæ representat personam defuncti. dicit ergo hic mortuo filio obligatio principalis qua ipse tenebatur ex mutuo, est extincta cum nulla subsit eius hæreditas. ideo prout ea non potest accedere fideiussor, sed obligatio qua tenebatur pater de peculio non fuit extincta. ideo ꝓ illa bene potest accedere fideiussor, quia pater dãdo ipsum videtur ratificasse contractum & sic facit cessare senatusconsultum vt lege sed Iulia. §. pe. ad macedo. sed nõ potest fieri quo ad actionem extinctam, ga res non est integra. ar. in l. bonorũ rem ra. habe. Intellige ergo istas ll. etiam si pater sciens dedit fideiussores pro obligatione filij vt non teneat fideiusio rõe prædicta, licet Dy. intellexit quando ignoranter. & ita dicit Ray. & Bar. Quid autem viuente filio accesit fideiussor: an ei datur exceptio macedoniani sicut datur ipso filio & patri? dic vt l. sed & si paterfami. §. non solum. ad maced. Sed opp. q̃ per mortem filij non extinguatur hoc iure actio qua ipse tenebatur, ideo transeat in patrem tanquam in vniuersalem successorem. vt l. tam ex contractibus. s. de iudi. Sol. imo non transit ipsa actio, quia extinguitur. vt dixi, sed si sup ea fuit lis inchoata, tunc instantia litis super actione extincta transit in patrem quo ad actionem de peculio, & fit condemnatio vsq̃ ad vires peculij, licet si filius viueret fieret insolidũ. & iste est casus mirabilis in l. contraria. Hic non sunt alta.

2 ☞ *Exceptio cedendarum: an & quando possit opponi.*
3 *Pendente lite contra mandatorem, an poterit agi contra principalem debitorem?*

LEX XIIII.

Si mandato. † Electo mandatore non liberatur reus principalis. nec econuerso. Item ei qui conuenitur pro alio debet cedi actio cõtra principalem: & aliter non debet condẽnari. h. d. In tex. ibi, [non liberabitur Titius. Dic propter hoc solum q̃ egerit contra me, & litem fuerit contestatus, nisi sim cõdemnatus: & soluerim tibi: & hoc verum quando plures tenentur eidẽ ad eandem quantitatem insolidum: siue vnus vt principalis, alter vt accessorius. vt hic. siue vterq̃ vt principalis, vt duo rei debẽdi vt l. fi. C. de fideiuss. siue ambo teneantur pure. vt hic. & in d. l. fina. siue alter pure, alter in defectum illius. vt in l. decem s. de ver. ob. & in l. fi. si cer. pe. secus si vnus sit obligatus plurib⁹ ad idem cuilibet insolidum tanquam duobus reis, quia tunc vno agente & lit. contest. debitor liberatur ab altero, vt l. ij. & l. ex duobus s. de duo. re. † In tex. ibi, non aliter cõdẽnari debitor, dic & sic no. q̃ exceptio cedendarum potest opponi ante sententiam ad ipsam impediendam, & si non fuit tunc opposita, poterit opponi potest ad impediendam ipsam executionem. vt j. eo. l. fideiussorem. in fi. quia non impugnat sententiam de iniquitate: alias nõ posset opponi post sentẽtiã. l. perẽptorias. C. sen. rescin. non pos. iuncta l. ex diuerso in fi. fo. ma. & l. Nesennius. in fi. de re iudi. & quod plene not. in j. C. de iur. & fac. igno. Non est ergo peremptoria ista exceptio, nec dilatoria: quia non posset opponi post lit. conte. sed potest dici anormala, sunt tamen plures casus in quibus nõ potest opponi. vt no.

3 j. eo. l. stipulatus §. si ex duobus. † Vltimo quæro hic an pendẽte lite contra mandatorem poterit agi contra principalem debitorem? dic quod sic. vt l. creditor in prin. s. man. & dixi in l. iij. §. fi. de duo. reis.

LEX XV.

Vm reus. Si reus principalis succedit fideiussori, sicut extinguitur obligatio fideiussoria, ita & exceptio principalis q̃ cõpetebat fideiussori nec potest opponi ex persona eius. h. d. Præmittere q̃ sunt quædam exceptiones cõpetentes fideiussori quæ non trãseũt ad principalem: quædam quæ transeunt. vt l. si fideiussor §. q̃dam s. man. & ista l. loquitur de illis q̃ non transeunt. De alijs autem quæ transeunt, licet sit extincta obligatio fideiussoria, & ex persona fideiussoris nõ possint opponi, poterit tamen reus illas opponere ex propria persona ex qua posset opponere etiam inuito fideiussore si viueret, sicut econuerso. vt l. proxi. in fi. & ar. l. si post mortem. de contra. §. fi.

LEX XVI.

Si stipulatus. Fideiussor potest opponere exceptionem sibi competentẽ ex persona rei etiam reo inuito. h. d. nam opponit ex propria persona facit l. si post mortem. §. fi. de contratab. & sic iure quod habes a me potes vti contra alium me inuito: sed contra me nõ. vt l. si iudex circunuẽto. & mino. & l. amicissimos. de excu. tu. Cnde si mihi red data est dilatio qua tu actor etiã potes vti. vt l. petendæ. C. de tem. in inte. resti. si volo ei renuntiare ne vtaris contra me, possum etiam te inuito. vt ibi no. secundũ quosdã per d. ll. dic vt ibi per Bar. casus est iste. In textu ibi, [sine causa]. Dic et sic cõpetit exceptio doli. vt in l. §. circa de do. excepti. quæ transit etiam ad fideiussorẽ. vt l. exceptiones. supra de exceptione. Et intellige sine causa de præsenti q̃ tamen sperabatur in futurum, puta spe futuræ numerationis. vt in gl. j. Et tunc etiam si fideiussor sciebat eam de præsenti et a princ. non subesse, habet exceptionem sicut ipse reus. l. si cui. C. de non nu. pe. vel non sperabatur subesse: sed putabat esse de præsenti, & non erat imo erat falsa & tunc intellige q̃ fideiussor etiam ignorabat alias sibi nõ daretur per l. si quis post cũ j. eo. nã etiam mihi reo non daretur si sciebam eã falsam. ga viderer donare. si autẽ nec sperat in futurũ nec credebatur esse de præsenti: nec fuit datũ ob causam quæ subest si simpliciter promisit cẽtũ, nec debet ob quã causam: tunc Bar. & Ang. dicunt stipulationẽ valere, quia sola liberalitas habetur ꝓ causa. & videtur facta ex cã donationis. vt ipse Bar. no. in d. §. circa. Alij contra, q̃ puto verius, vt præsumatur facta ex stultitia. vt no. Bal. in l. generaliter. C. de non nu. pe. & tunc tam reo quã fideiussori etiam scienti daretur exceptio doli. de hoc tetigi in l. si diuortio. s. de verbo. obli.

2 ☞ *Creditor quod non possit liberare unum ex fideiussoribus in præiudicium alterius.*
3 *Quatuor casus in quibus ille cui teneor actionem cedere contra alterum licet illam perdiderim facto meo, non possum me repellere ab agenda per exceptionem cedendarum.*
4 *Renuncians beneficio de fideiussoribus, uel de duobus reis, quod non intelligitur renuntiare beneficio cedendarum.*

§. si ex duobus. † Pactum de non petendo factum vni ex fideiussoribus alteri non ꝓdest quominus possit ad totum quod restat soluendum conueniri. h. d. veniam[a] ad casum. In tex. ibi. [alter ne ab eo peteres.] dic ista verba modalia habent vim pacti de non petendo secũdum gl. magnam circa medium ibi. [sed certe satis est pactũ.] quam diligenter nota secundũ Bart. quia sicut in vltimis voluntatibus modus habet vim dispositionis. vt l. ij. C. de his qui sub modo ita & in actibus inter viuos. vñ si reperitur in instrumento quod talis soluit v. ne cõueniatur in plus, licet aliud pactum de non petendo non contineatur in eo. Illa tamẽ verba ne conueniatur in plus, habent vim pacti, quod tene menti & ad hoc nota istam gl. In tex. ibi, quinq̃ tibi dederit. [dic in istis quinque vterque fuit liberatus vel ipso iure, vel ope exceptionis, iuxta ea quæ plene habentur in lege Modestinus. j. de solutio. Vnde licet textus in fine dicat quod illa quinque nõ poterint peti ab eo qui soluit debet tamen suppleri quod nec etiam ab altero qui non soluit. & dũ dicit exceptionẽ doli ob-

Universidad de Navarra
Biblioteca de Humanidades

a ¶ Principali. vide gl. & Bal. ff. cū notissimi. C. de pōc. xxx. anno. An. & Bal. ff. fi. C. de hære. vel act. ve. & an cessā psona. videat cessa hypotheca. vide Bar. ff. si hæres pecuniā. j. ad treb. & lcheres a debitore. vi. Bar. et gl. in. ff. si pignori. s. fa. er cit. bal. ff. cū oportet. §. fi. de bo. q̄ li. & in l. si in solutum. C. de act. & obligatio.

stare. dic quod loquitur de exceptione intentionis quantū ad soluentē qui liberatus est ipso iure, cū soluitur pro sua obligatione. quantū autē ad non soluentem pro cuius obligatione principaliter nō est facta solutio, si dicimus eum liberari ipso iure quia tenent eo dē genere obligationis ambo. idē dicas si dicimus liberari ope exceptionis secundū notata in d. l. Modestinus. tūc text⁹ stat propriē dum dicit, [exceptione doli mali summoueris.] Restat ergo dubiū de alijs xv. quæ restāt soluenda & quantū ad illum qui soluit, clarū est quod ab illis liberat⁹ est p pactū de nō petēdo ope exceptionis: vnde nō possunt cōueniri etiā si alter qui non soluit nō fit soluēdo. quantum autē ad alterum qui non soluit, clarū est q̄d vsq; in decē nec ipso iure nec ope exceptiōis est liberatus. q̄n illa decē tangunt ipsum etiam si alius qui soluit erat soluendo quia in illis nec habet beneficiū diuisionis, nec cessiōis. nec pactum alteri factum ad ipsum extēdit. sed ad alia quinque quę restant de xv. Adhuc clarū est quod virtute pacti si est liberatus nec ipso iure, ope exceptionis: sed videtur liberatus dupli ci alia exceptione. ſ. diuisionis & cessionis. Nā si alter qui soluit, erat soluendo, non poterat iste conueniri in illis v. opposito beneficio diuisionis. sed cōueniendus erat ille. vnde credi non potuit illū liberare in illis quinq; in p̄iudi. alterius. & sibi imputet quare liberauit. Itē siue sit soluendo, siue nō, si iste solueret illa quinq;, cedēda erit sibi actio in illis contra fideiussorē qui soluerat decem, quia ipsum tāgebat decē ex beneficio diuisionis. cū ergo non possit cedere propter pactū de non petendo, videtur repellendus exceptione cedendarū. vt j. de sol. l. stichum. §. si creditor. et tamen text. videt dicere cōtrarium, q̄ poterit conueniri ad solida xv. nulla exceptione obstante, & in hoc stat difficultas huius §. ppter hoc gl. dedit plures solutiones ad tollēdum hoc contrarium. & q̄ plures sunt veræ in se, tamen continent diuinationē. Sed quia sine eo potest solui intelligēdo tex. generaliter dum dicit, [nulla exceptione.] do. tenēt solutionē Marti. quæ ponit in gl. ver. [Martinus.] q̄ cōtrarium loquit quando simul fideiussissent: quia tunc quilibet ipsorū censet fideiussisse cōtemplatione alterius & futuri bñficij diuisionis, vl' cedendarū: iō iputet sibi creditor quare ademit sibi potentiā cedēdi: qa ille nō fideiussisset, si sciuisset nō debere sibi actionē. Si autem diuersis tēporibus, tunc primus ignorans de secundo fideiussore nō censet fideiussisse contēplatione dictorū beneficiorū, quæ speraret habere cōtra illū: ideo non poterit dictas obligationes obijcere, ob quarū spē nō fideiussit: probat ista solutio in l. si Titius. j. e. Sed Iaco. de Aret. dicit q̄ illa verba. [nulla exceptione.] debent restringi ad exceptionē pacti quæ sibi non cōperit, sed exceptio cedendarum quæ dat a lege. vt j. eo. l. fideiussoribus. bene dabit cōtra creditorem agentem ad xv. saltē quo ad illa v. in quibus cedēda non erat. vt no. in d. l. fideiussoribus. & tunc tex. ꝓcedit clarē, & sine diuinatione. †Ex solutionibus autē gl. colligit quatuor casus in quibus ille cui teneor actionem cedere contra alterum, licet illam perdiderim facto meo, non potest me repellere ab agendo per exceptionē cedendarū. Primus est quādo illa actio erat inutilis propter exceptionem posito quod eam per pactū factā in vtilitatē, vt in prima solutiōe gl. p l. quāuis. §. Marcellus. ad velle. nā etiam si nō fecissem, inutilis esset cessio: vñ nō potest cōqueri q̄ eā fecerim inutiliorē. Secundus casus est q̄n ille cui debebas cedere cōsentit mihi q̄ illā actionē tollerē, vt in secūda solutiōe glo. Tertius casus q̄n renuntiauit beneficio cedēdarū. vt in gl. in ver. vel di. & dicit Ange. not. q̄ nō sufficit renūtiare bñficio de fideiusso. vel duob. reis: q̄n beneficium cedendarū nō solū cōperit illis, sed cuicūq; alteri soluēti pro altero. vt neg. gest. ꝓcuratori & mādatori. vt ff. co. l. si mādato meo. vnde in illis verbis generalibus nō cōprehēderet, qa intelliguntur de cōpetētibus, vel fideiussoribus, vel duobus reis. ita q̄ nō alijs. facias ergo apponi specialiter et expresse q̄ renūtiauit beneficio cedendarū. Quartus casus est quādo diuersis tēporibus fideiusserint, qa primus nō videt fideiussisse contemplatione cessionis sibi fiendæ cōtra secundum de quo ignorabat, secus si fuisset actum de secundo, sed secundus vere videtur fideiubere cōtemplatione primi si sciebat ipsum datum: ideo bene haberet exceptionē cedēdarū, sed primus nō sit creditor facto suo potentiā cedēdi sibi abstulisset. Cætera dic vt hic ꝙ Bar. g circa p̄dicta determinat aliquas al's qōnes.

2 ☞ *Sicut fideiussor nō potest intercedere pro eo qui nullo modo est obligatus, ita nec potest intercedere penes illum apud quem obligatio non est actiue.*

1 **§. Fideiussor.** †Fideiussor nō pōt intercedere penes illum apud quē non est obligatio actiue, licet intercedat pro obligato. Itē alternatiua posita iter duos, quorū vni pōt acquiri obligatio, alteri nō. facit vt primo obligatio acquiratur, & alter habeat vt adiectus ad solutionē. Item adiectio potest solui etiam inuito creditore si is per creditorē non erat contestata cōtra soluentem. h. d.

2 †In tex. ibi, [obligatus non est.] Not. ergo quod sicut fideiussor non potest intercedere ꝓ eo q̄ nullo modo est obligatus:

a quia deficiente principali [a] nō potest in esse produci accessorium. vt ff. eo. l. qui contra. Ita nec potest intercedere penes illum apud quem obligatio nō est actiue, licet intercedat ꝓ obligato alteri. Si ergo es debitor meus, & vis dare fideiussorē, nō potest fieri vt iste fideiussor se obliget alteri quā mihi. Tene menti & inducitur q̄ nō poterit cedi fideiussoria vel hypothecaria sine principali: quia sequeret incōueniēs de quo hic, q̄ principalis esset penes vnū, & accessoria penes alterū actiue. cuius cōtrarium vult iste tex. Bar. tñ hic plene disputando determinat cōtrarium. quia licet à principio nō poterit sumere originem in persona alterius. vt hic: si tamen sumpserūt originē in persona creditoris apud quem est principalis, possunt per cessionem in aliū transferri. Et ad hoc allegat glo. in l. vsucapio. C. de pig. & e. ti. ff. l. j. §. cū prędiū, & l. grege. §. cū pignori. facit l. pe. de distr. pig. vbi hypothecaria semel contracta pōt remanere sine principali, & licet non potuerit à principio cōtrahi. In text. ibi, [nominatim Titio dari stipulatus fuerit.] & sic illi acquisiuit principalem obligationem. vt. ff. titu. j. l. seruus communis sic. ver. licet authen. &c.

§. Qui certo loco.

Appositio loci in obligatione fideiussoria facit: vide ipm in duriorē causam intercessisse si in principali nō erat locus appositus, vel non idem locus. casus est iste. In gl. sup ver. [sine.] in fi. in. §. quæsitū. Eic prima vera secundū Dy. tamen non declarat qualiter dicat obligari in duriorē causam quando locus appositus in obligatione fideiussoris est propinquior. sed dic q̄ videt durior tēpore potius quā loco, quia cum habeatur ratio tēporis ex persona cuiuslibet de p se, citius cedet dies obligationis fideiussoris: & sic citius poterit conueniri quā principalis, sed q̄n nō est remotior, tūc dī durior potius loco quā tpe. Si autē æqualiter distaret, teneret obligatio fideiussoria, qa nec loco, nec tempore reputaretur durior, secundū Ange.

2 ☞ *An ex sola naturali oriatur actio?*

3 *Statutum si lo jutur de debito, an comprehendat etiam debitum naturale tantum.*
Si testator mādat solui debita sua, an teneatur etiā mādatarius soluere naturalia tantū?

1 **§. Fideiussor.** †Pro sola naturali obligatiōe pōt accedere fideiussor, siue ex ea oriatur actio, siue nō dūmō ꝓp eā ꝓpediat repetitio soluti. h. d. venio ad casum. In tex. ibi, [ciuilis.] subaudi so. vel naturalis sola. q̄n em simul sunt iūctæ, nō est dubiū. Dicit tñ gl. illa q̄ q̄n suberat sola ciuilis, licet obliget fideiussor mero iure dat exceptio. vt l. si cui. C. de nō nu. pe. Vel dic q̄ hic loquit de fideiuss. q effectualiter obligat. & ideo intellige de ciuili q̄ ꝓducit actionē: vt cōtingit in chyrographo post biēniū si numeratio nō fuit secuta vt ff. ti. de li. ob. vel de illa ex qua nascit actio de peculio, i qua dicūt qdā nō esse naturalē. vt no. in l. fratre. de cōdi. inde. q̄n au tē esset talis ciuilis cui obstaret exceptio: vt est illa q̄ remanet post pactū de nō petēdo. tūc qa illa etiā cōpeteret fideiussori, nō loquit iste tex. quia nō obligaret effectualiter si ignorāter fideiussisset: secus si scienter. vt j. e. l. si quis postquā. In tex. ibi, [si actio aliqua eorum.] innuit hic tex. q̄ interdum ex sola naturali oriatur actio, sed contrarium videtur tenere glos. in naturales. ś. de act. & obl. sed illud verum regulariter. aliquando tamen oritur vt hic innuitur. & gl. ponit exemplum per. l. si qs argentum. C. de dona. quod exemplum non est bonum. quia ibi non oritur actio ex naturali obligatione. sed datur actio ex illa

ex illa l. ppter pactū & naturalem obligationē. pone ergo exem plū per l. ēt ś. de vsur. C. e. ti. l. frumenti. q̄ illa q̄ oritur ex constituto. vt ś. de constit. pe. l. j. §. debitum. potest etiam poni in pupillo qui contraxit sine tutoris authoritate. & effectus est locupletior. vt l. naturaliter. de condi. indebi. vel dic q̄ tūc idē q̄ in primo, quia non oritur ex naturali obligatione. sed datur rescripto diui pij. de quo in l. iij. in prin. ś. commo. licet do. cōiter videantur tenere q̄ tunc subsit naturalis. qd non placet. vt dixi in l. interdū. de condi. inde. In tex. ibi, [cū soluta pecunia.] subaudi naturaliter tm̄ debita, & sic vī solutū debitū respectu ciuilis obligati. & tamē non pōt repeti, siue scienter fuit solutū siue per errorē iuris. secus si per errorē facti. vt l. error. C. ad l. fal. sed debitū ciuile tantum naturaliter indebitū etiā solutum per errorē iuris repetit. vt plene no. in l. cū quis. C. de iuris & fac. igno. & sic efficacius est naturale tm̄ debitū quā ciuile tm̄ intellige tamē de tali naturali q̄ nō est elisa ꝓ exceptionē. alias repeteret solutū per errorē iuris. vt est illa q̄ remanet post prę scriptionē, vt l. si. j. rem ra. habe. Et no. istū tex. pro eo q̄ dixi in l. quod enim solutū ś. e. nā q̄n obstaret exceptio fideiussor obligaretur efficaciter. & tunc nō loqueretur iste tex. †In tex. ibi, [minus proprie.] dic no. & tene mēti, qa si in statuto fieret mētio de debito, cum eius verba debeant intelligi proprie. vt no. in l. iij. §. hæc verba. de ne. ge. non cōprehēderent debitū naturale tm̄. Quid autē si testator mādat solui debita sua, an teneatur mandatarius soluere naturalia tm̄ debita? videt q̄ sic verba testatoris latius & pinguius intelligūtur fauore vltimæ voluntatis. vt in l. in testamentis. de regu. iur. Tamen in contrariū videtur tex. in l. si is cui. §. Flauius. j. de sol. & ibi ꝓ Dy. In tex. ibi in fi. [debitū sibi, recepisse.] q. d. non donū: quia dicitur donatio nisi ea quæ sit nullo iure cogente. vt l. donari. ś. de donat. sed hic cogit saltē naturale ius & hoc no. qa ex quo nō est donatio, non requiritur insinuatio: & si transcendat summā quingentorum aureorum. facit l. j. C. ad l. falcidiā.

2 ☞ *Stipulatio potest esse in pendenti quantum ad eius substantiam, non quantum ad ea quæ sunt in obligatione.*

3 *Exitus acta probat.*
Dispositio purificata æquiparatur dispositioni purè factæ.

1 **§. Stipulatione.** †Si propter futurū est dubiū an fideiussor sit receptus in duriorem causam expectat ille euētus. & interim fideiusio est in pendē-

2 ti. h. d. †Et sic no. q̄ stipulatio pōt esse in pendenti quātū ad ei⁹ substantiā. nō sic quātū ad acquisitionē. vt ś. de stip. seruo. l. vsufru. & l. si seruus cōis Mæuij & castrensis peculij. §. fi. casus est

3 iste. † No. hic illud vulgare q̄ exitus acta ꝓbat: & q̄ ex futuro euentu aliquid declaratur. facit ś. de vsur. l. si quis. & j. de iure fi. l. non intelligit. §. q̄n aūt. in fi. Item no. q̄ dispositio purificata æquiparatur dispositiōi puræ factæ, & n. d. gl. ī aut. de san. epis. §. sed & hoc præsenti. sicut enim si principalis esset obligat⁹ in diem, & fideiussor se obligaret pure, non valeret fideiusio. vt l. Græce. §. illud. ś. eo. ita si se obligat sub conditione. & condi tio existat antequam veniat dies principalis obligationis &c.

2 ☞ *Conditio si reus non soluerit, si cui impletur propter moram principalis debitoris quo ad purificandam obligationem fideiussoribus, ita si in nulla mora fuit: tamen desinit posse soluere per mortem & quando.*

3 *Si quis decedat sine hærede, an stipulatio fideiussoria possit cōmitti?*

1 **§. Cum fideiussor.** †Iste est bonus §. & frequēter allegatur hic. Q̄n fideiussor se obligat sub conditione si reus soluerit, nō tenet nisi reo cōstituto in mora, vel decedente antequā soluat. h. d. nota. & semper allegat ꝓpter ea quæ statim dicā. casus est iste. In text. ibi, [si reus quadraginta quæ ei credidit non soluerit.] illa verba intelligūtur. ſ. si fuerit in mora soluēdi, seu p eū steterit quominus solueret. vt l. si duo §. fi. de consti. pe. Non autem vt prima facie sonat, qa tūc si potuit soluere, & nō soluit per plures menses, non tamē fuit in mora, diceretur impleta conditio. cuius contrarium infra patet. In tex. ibi, [vt cum appellatus. i. interpellatus expresse vel tacite per laptum tpis appositi in obligatiōe principali, seu qualitercūq; in mora cōstituatur, forte ēt si re ipsa. vt l. Titia. §. viuras. de le. ij. nō sufficit q̄ reus sit in mora. vt illa cōditio impleatur, & purificet obligationē fideiussoris. In fi. tex. ibi, [quali hoc quoque casu &c.] †No. ergo q̄ si-

2 cut illa conditio impleat propter moram principalis debitoris ita si nulla mora fuit, tamē desijt posse soluere per mortē, & sic nō requiritur interpellatio hæredis, licet illo viuente requirere tur eius interpellatio. Op. primo extra glo. q̄ creditor poterit incipere a quo vult vel a principali, vel a fideiussore hoc iure, etiam si principalem non interpellauit. vt l. non recte. C. de fideiuss. Sol. verū est quādo fideiussor simpliciter & pure se obligasset ad illud ad q̄ tenebat. Et ita regulariter fieri debet. sed hic se obligauit sub conditione si reus nō soluerit. & antequā conditio sit impleta, nec ciuiliter nec naturaliter est obligatus. vt l. cedere diem. de ver. sig. Gl. tñ secunda videt hic dicere q̄ ista obligatio non sit conditionalis per l. decē. de ver. ob. q̄ verū est, postquam cōditionaliter fuit concepta, & illa l. loquit in alijs terminis. Item op. secundo q̄ non sufficiat reū interpellari, vt fideiussor teneatur, imo requiratur quod excutiantur bona eius. vt in authē. de fideiuss. So. fateor hoc hodie, sed isto iure sufficiebat reum fuisse cōstitutū in mora, & obligationē fideiussoris fuisse purificatā. p illā l. non recte. Sed tertio oppo. in gl. q̄ incipit, tenere.] ad idē q̄ illo iure nō sufficiat interpellatio principalis, sed requiratur q̄ principalis desinat posse soluere post mortem, cum obligatio fideiussoris incepit a præcedenti conditione negatiua, & in eius persona nulla præcesserit dispositio. vt ś. de ver. ob. l. ita stipulatus. post prin. & ver. Itaq; glo. illa respondet q̄ istud cōtingit ex eo qa mora principalis nocet fideiussori sed non placet, nā tunc hoc est verū q̄n vterque est obligatus pure, & tunc nocet, vt per interitū rei reditæ nō extinguat obligatio fideiussoris iam cōtracta. sed hic erat obligatus sub conditione. vñ non nocet quantū ad faciendum ipsum obligari pure, qa istud difficilius est quā cōseruare iam natam obligationē. Dic ergo q̄ hic licet nō præcesserit dispositio pura in p̄sona fideiussoris, tñ p̄cesit in persona principalis. & sicut si præcesissiet in ei⁹ p̄sona cōmitteret stipulō cōdōnalis statim eo cōstituto in mora. vt in d. l. si ita stipulatus. ita cum præcesit in persona alteri⁹ principalis. vt est hic casus no. p quē ista l. extēdit & declarat, nā cū mora vtroq; casu poterit cōmitti, verba illa intelliguntur mō quo. ś. dixi. sed q̄n pōt committi, quia nulla præcesit dispō in p̄sona sua, vel alterius, tūc verba intelliguntur vt iacēt cū incōmutabiliter verum erit ipsum non soluisse l. quicqd astringendæ §. fi. de ver. obli.

Vltimo op. cōtra secūdū. q̄ nō sufficiat reū esse mortuū si non p̄cesit interpellatio q̄tū ad purificandū obligationē fideiussoris, nisi etiā interpellaret hīs ei⁹. nā cā quare in p̄sona principalis recipit interpellatio erat, qa ipse erat obligat⁹. & ñ potuit in mora cōstitui. sed certe ista obligatio ad hæredes trāsmittit & similr nō pōt ī mora cōstitui cui⁹ cōtrariū innuit iste tex. gl. fi. fatet cōtrariū si decessisset cū hærede, sed dicit hūc tex. forte intelligēdū. fore q̄n decessit sine hīde. Pe. ī l. fi. C. de cōd. iser. dicit q̄ forte diabol⁹ reuelauit gl. & ēt reph̄ēdit & intelligit illū tex. ēt cū decessit cū hīde. Et ad cōtrariū rñ. q̄ ꝓcedit in duabus p̄sonis. vt si, ꝓmisisses mihi stichū, et si nō solueris, ꝓmisisti x. noīe pœnæ: nā pœna cōmittit p interpellationē. Et si decessisti añ interpellationē req̄rit iterpellatio hīdis et pri⁹ ñ cōmittit pœna, qa facultas soluēdi stichū quē hēbas ad euitādū pœnā cōtra te trāsmittit ad hæredē tuū. Et ista facultas tūc fortit effectū cū interpellaris tu, vel hęres tuus, sed in trib⁹ p̄sonis nō effectū cū interpellaris tu, vel hęres tuus, sed in trib⁹ p̄sonis nō ꝓcedit vt hic. qa facultas soluēdi quā principalis habet vt faciat obligationē fideiussoris nō cōmitti, nō trāsmittit ad eius hęredē ī fauorē alteri⁹: licet trāsmittat in fauorē ipsi⁹ hæredis & iste est casus no. hic. Et p hoc rñ. ad q. quā hic formai gl. quę loqt ī duab⁹ p̄sonis & ꝓbat. in l. diē, ꝓterre. §. nec vtimur. ś. de

3 ar. †Et istā sol. seqt Bar. reprobādo glo. q̄ nō solū diuinat. sed ēt falsum dicit. q̄ si hic decessisset sine hęrede stipulō fideiussoria nō posset cōmitti: qa tpe quo cōmitteretur nō subesset obligatio principalis cui posset accedere. q̄n aliquo decedēte sine hærede ei⁹ obligatiōes qb⁹ tenebat extinguunt. vt ś. e. l. q cōtra. & allegat. l. postq̄. vt leg. no. ca. sed in cōtrariū q̄ nō extinguant facit, qa tūc bona ei⁹ trāseūt in fiscū. vt C. de bo. vacan. l. pe. & trāseūt cū eorū onere creditorū. vt l. tutoris. C. ad l. iul. de vi. & istud facit me dubitare circa dictū suū, cū ibi loqt q̄n transeūt p cōfiscationē, & sic eo viuēte. Bar. loqt q̄n post mortē, & q̄n bona inceperūt ꝑdere nomē hæreditatis, & incipiūt dici bona vacantia. tene menti dictum Bart. quia non est sine dubitatione.

Universidad de Deusto Biblioteca

2 ☞ *Si fideiussor non fuit contentus: sed ipse sponte agit contra creditorem, offerens sibi totum debitum: & petens sibi cedi actionem contra fideiussores & etiam pignora quæ habebat sibi tradi: an creditor compellatur?*

LEX XVIII.

1 **Fideiussoribus.** † Fideiussori soluẽti ꝛ solidũ cedẽda est actio contra fideiussorem, h.d. Et fortius contra principalẽ. vt ſ. eo. l. ſi mandato meo. nam cõtra illum cedit insolidũ: sed contra fideiussores pro partibus eos tangentib' ex beneficio diuisionis vt hic in gl. de quo q Bar. in l. Modestinus. ĵ. de sol. In text. ibi solidũ. dic sed quare soluebat solidũ, cũ habebat beneficiũ diuisionis. Respõdeo ꝙ forte cõfideiussores erãt nõ soluẽdo, vel erant absentes: & sic nõ poterat eo vti. Itẽ quare ista cõfessio fit cõtra cõfideiussores, cũ ipse poterit recuperare à principali debitore? R. ñ. ga forte ille nõ est soluẽdo, vel de facili nõ põt ab eo exigi, quia potẽs. vñ interest sua recuperare à fideiussoribus. Sed cõtra. nã si cõfideiussores nõ sunt soluẽdo, vel sunt absentes, nõ habent beneficium diuisionis: ergo si soluit totũ, nõ debet posse recuperare ab illis: quia soluit ꝓ sua obligatione efficaci, nec videt gerere negotium cõfideiussorũ. Sed rñdeo ꝙ imo gerit per indirectũ: quia liberat principalẽ, et in cõsequẽtiã etiã cõfideiussores. Sed cõtra, nã si sic est, deberet agere cõtra eos actione negotiorũ gestorũ, etiã si actio nõ cedat. vt l. ex facto. de neg. get. et tñ cõtrariũ est. vt ĵ. e. l. vt fideiussor. Ad hoc rñde. vt no. respondet gl. in d. l. ex facto. in gl. mag. in fi. quia gerit non officio gestionis, ĵ. principaliter: sed ex natura obligationis. & declara. vt ſ. dixi. Et ista gestio nõ sufficit ad dandũ sibi vtilẽ actionẽ, sed bene sufficit ad faciendũ sibi actionẽ cedi. vt hic. Sed quæritur ista l. sine dubio potest intelligi qñ iste fideiussor qui soluit solidũ fuit cõuentus à creditore, et

3 tunc creditor cõpellitur causatiue si vult sibi totũ solui. † Sed quid si nõ fuit cõuentus, sed ipse spõte agit cõtra creditorẽ, offerẽs sibi totum debitũ: & petens sibi cedi actionẽ cõtra fideiussores, & etiã pignora quæ habebat sibi tradi, vtrũ creditor cõpellitur præcisè videt ꝙ nõ, per l. nulla C. de sol. Contrariũ tamẽ determinat hic Dy. per istã l. quæ generaliter loquitur. & ar. ĵ. e. l. Paulus. q̃ alias incipit, fideiussorẽ. & C. de his q ĩ priorũ credi. loco succe. l. fi. nec ob. l. nulla. qa loqtur in penitus extraneo, qui ad illud debitũ nõ obligatur, vt poterit cõpellere creditorem ad talem cessionẽ: licet potẽrit sibi offerre debitũ, & liberare debitorẽ. vt l. soluendo. ſ. de neg. gest. nos logmur in eo q erat ad illud debitũ obligatus, cui plus cõcedit. & idẽ tenet Cy. in l. ĵ. C. e. tit. vbi oĩno vide. & idem tenet Bart. hic.

LEX XIX.

Vi debitorem. Ficta solutio fideiussoris parit sibi actionẽ cõtra principalem debitorẽ. h.d. casus est iste. In tex. ibi, [confestim.] subaudi etiam antequã delegatus vere soluat: quia solutio censetur ficte facta per solã delegationem, eo quia delegatus liberat a fideiussore. & sic abest fideiussori illa obligatio. vnde videt etiã abesse pecunia. vt in l. inter causas. ſ. abesse. ſ. man. Sed op. ꝙ ista ficta solutio non sufficiat sibi, vt possit agere manda. p l. ſi vero nõ remunerãdi. in prin. ſ. man. & p id qd legit, & no. in l. duob'. ſ. à fideiussore. ſ. de iureiu. Sol. verũ est qñ ex tali ficta solutiõe nihil abesset fideiussori, nec aliquid ab esset creditori: vt si delato sibi iuramẽto à creditore iurauit debitũ nõ subsistere, nã iuramentũ habet vim solutionis, & liberat principalẽ, & ẽt se. & tamẽ nõ potest à principali repetere ac si soluisset: sed hic aberat sibi oblatio qua sibi tenebat debitor su'. vt l. delegare. ĵ. ti. ĵ. & aderat creditori noua oblatio cõtra delegatũ. Sed pone ꝙ creditor cõfessus est se recepisse debitũ à fideiussore, nec ẽt de vera solutiõe apparet an ista cõfessio & instrumẽtũ sufficiãt fideiussori: vt possit repetere à principali debitore? Bar. in illo ſ. à fideiussore. videt tenere ꝙ nõ, dicens ꝙ ista est ficta solutio quæ non sufficit ad repetendum, sed ista ratio non est bona per hanc l. vbi sufficit ficta solutio. & no. in l. inter causas. in prima gl. ſ. p̃terea. ſ. manda. Prẽterea nõ est verũ ꝙ sit ficta solutio, imo est ꝓbatio veræ solutionis. vt l. publia. ſ. fi. ſ. deposi. Vñ cõtra Bar. cõsuluit al's Florẽtiẽ et reperio ita cõsultũ p. do. Frã. tigrini dũmõ non possit opponi exceptio nõ nu. pecu. nã & istud instrm cõfessionis prodesset debitori cõtra creditorẽ petẽtẽ. ergo debet sibi nocere cõtra fideiussorem repetẽtẽ. al's certaret de lucro. ga nec creditori sol-

uet, nec fideiussori. et ista rõ multũ vrget. facit. c. ĵ. extra de fide iuss. & ꝙ no. in l. desiderium. C. depoſi. nam & pactum fideiussoris prodest reo qñ fideiussoris interest. vt l. fideiussoris. ſ. de pact. ergo & confessio debet prodesse reo contra creditorẽ. & ſi prodest, ergo nocet contra fideiussorem.

2 ☞ *Si procurator meus soluat pecuniam meam in causa quæ me non concernebat, nec cadebat in mandato, sibi dato. si tamen iusto errore ductus putabat cadere in mandato, quod transferat dominium.*

LEX XX.

1 **Seruus.** † Seruus extra causam peculiarẽ non põt pro alio fideiubere. Itẽ nec potest trãsferre dominiũ pecuniæ dominicę nõ peculiaris, sic. Item solutio, facta ꝓ fideiussione inualida nõ liberat principalẽ debitorẽ. ideo ab eo repeti põt. sed repetitur ab illo cui facta est. h.d. cum l. seq. Et primo ponit thema & qõ vsq; ibi, [respõdi.] Secundo ponitur responsio qñ fideiussit in cãm peculiarẽ & sic valeret fideiussio vsq; ibi, [ſi vero.] Tertio qñ in cãm non peculiarẽ & sic nõ valet nec obligat seruũ naturaliter nec etiã dominũ de peculio. & ista tertia subdiuidit quia primo loquitur quando ipse seruus qui fideiussit soluit pro sua fideiussione. secundo quando soluit ipse dominus. & hoc in l. seq. Pro intelligẽtia istorum textuũ tria vel quatuor sunt videnda. primũ est an seruus præter voluntatẽ domini possit pro tertio fideiubere. & in hoc distingue an fideiubet ꝓ cã respiciẽte vtilitatem domini & valet fideiussio. & obligat se naturaliter, & dominum de peculio. aut ꝓ cã nõ cõcernẽte vtilitatẽ domini vel peculij, & non valet ipso iure: nec ipse obligatur naturaliter. vt l. ſe. quia l. resistit obligationi per l. cum res. ĵ. eo. nec etiã obligat dominum de peculio. Secundo videndũ est ſi ipse seruus soluat pro tali fideiussione, vtrũ transferat dominiũ pecuniæ quã soluit. Et hic est distinguendũ: aut soluit pecuniã dñi cam non peculiarem: & tunc dominium nõ transfert. siue soluat ꝓ fideiussione valida, siue inualida, cũ nullã habeat in ea administrationẽ per regulã. l. id quod nostrũ. de regu. iur. & l. eius q in ꝓuincia. ſ. quas vero. ſ. ſi cer. pet. Aut soluit pecuniã peculiarẽ q̃ etiã est dominica, tamẽ in ea habet administrationẽ. & tunc ſi soluit pro fideiussione valida, trãsfert dominiũ. ſi vero pro inualida, tunc aut ductus errore credebat esse validam, & tunc idẽ, quia iste iustus error habet ꝓ veritate quãtũ ad hoc vt possit dominiũ trãsferre cõcurrente legitima administratione sibi data à domino. † Et hoc no. voluit gl. super verbo poterit. in fi. quã perpetuo tene mẽti. nã ex hoc apparet ꝙ ſi ꝓcurator meus soluat pecuniã meã ĩ cã q̃ me nõ cõcernebat in mãdato sibi dato, si tamẽ iusto errore ductus putabat cadere in mãdato transfert dominium. & istud nescio alibi. si autẽ sciebat vel scire debebat fideiussionẽ nõ valere, nõ trãsfert dominium: licet administrationẽ habeat, quia istud est extra administrationẽ. per l. cõtra iuris. ſ. fi. ſ. de pac. & istud voluit illa e. gl. Tertio videndũ est an dicta pecunia soluta possit repeti à domino quando est soluta per seruum. Et hic distingue: aut non fuit translatũ dominium: quod qñ sit. ſ. dixi, tũc indistincte potest per dominũ vẽdicari quouisq; extat etiã pro fideiussione valida. nec potest obijci aliqua exceptio per l. ſi filiusfa. ſ. ſi cer. pe. postq; autẽ esset cõsumpta, dicendũ est idẽ ꝙ esset ſi à principio fuisset ſi à principio fuisset dominiũ trãslatum, qa cõsumptio recõciliat solutionẽ, & facit haberi pinde ac ſi trãslatũ esset à pri. vt l. nõ omnis. ſ. ſi pupillus. ſi cer. pe. hoc ergo casu quãdo est consumpta, vel dominium fuit à principio translatũ: aut fuit soluta pro fideiussiõe valida, & tũc nõ repetitur: nã nec vendicat nec cõceditur: sed cedit insolidum, & liberat seruũ & etiam dominũ: aut ꝓ fideiussiõe inualida, & tunc cõdicitur condictione indebiti, vel sine causa. si autẽ cõdictio esset facta per dominũ nõ distinguit de qua pecunia, qa ipse potuit dominium transferre indiltincte. sed distinguitur an fideiussio esset valida, vel nõ. Quarto & vltimo quęritur, eo casu quo põt repeti à quo repetit. Et rñde ꝙ non ab eo ꝓ quo fideiussit. qa ex tali solutione non fuit liberatus. nã eadem solutio non põt parere liberationẽ & repetitionẽ: vt l. cũ is. ſ. ĵ. de condi. inde. sed repetit ab eo cui soluta est. & hic est casus in l. seq. In gl. quę ĩcipit. [sine causa.] ibi, [nulla ipso iure sit obligatio.] ista rõ nõ est bona. qa ẽt vbi nulla subest obligatio, si putat sub esse, nõ impedit trãslatio dñij. vt in toto tit. de condi. inde. sed sequẽs ratio bene est bona: quia paria sunt nõ habere administrationẽ

strationem vel habere, & ad hunc casum non extendi, vt patet in l. alias. de iureiuran. & no. in l. ĵ. ſ. fuit quæstum ad treb. In ea ibi. [puta a fure.] dic vt quia ille qui repetit sciebat eẽ indebitum: & sic commisit furtũ. vt l. quoniam. de condi. fur. & a fure potest quis cõdicere rem suam. vt instit. de act. ſ. sic itaq;. Tamen ista responsio non est bona, quia tunc non esset differentia ĩter dominicã pecuniã & peculiarẽ: ga in neutra fuisset translatum dominium. cuius contrarium text. vult. tene ergo quod fuit translatum ideo condicitur, & non vendicatur. & ad contrarium de l. contra iuris. responde vt sequitur in glo. ꝙ licet non caderet tibi administratio, putabatur tamẽ cadere & error erat iustus. qđ perpetuo tene menti propter id ꝙ ſ. dixi.

LEX XXII.

Heres a debitore. Actiones quæsitæ p hæredem etiam occasione rerũ hæreditariarũ vel debiti hæreditarij nõ trãseunt in fideicommissarium vniuersalem per restitutionẽ hæreditatis, quia non sunt hæreditariæ: debent tñ cedi. h.d. text. cũ glo. dic vt plene habeẽt in l. ſi hæres pecuniã. ſ. ad treb. In text. ibi, [in suo statu manere.] dic sed contra. qa postquã transiuit principalis obligatio saltem quo ad vtilem actionem, quia est hæreditaria. vt l. ĵ. in prin. ad treb. debet etiam trãsire fideiussoria. cum cessa principali censeatur cessa etiam accessoria, & trãsit simul cũ ea vt l. ſi insolutũ. & l. ſi a creditore. C. de ac. & ob. & melior tex. est in l. fi. C. de qñ fiſ. vel pri. Sol. verũ est in hypothecaria. non sic videt in fideiussoria obligatione, cũ cõcernat præiudicium tertiæ personæ per istum tex. vbi videtur causus. & videtur probari. in l. venditor ex hæreditate & l. qui filij fa. de hære. vel ac. ven. Barto. tamen videtur terminare cõtrarium in d. l. ſi hæres pecuniam. ꝙ idem sit in fideiussoria. & ad illum tex. respondet ꝙ loquitur quando transit principalis aurhoritate legis sine ex pressa cessione. vnde ideo non trãsit accessoria quia quantum ad illam authoritas senatusconsulti se non extendit, cum loquatur solum de hæreditarijs actionib', sed quando principalis transit per cessionem, trãsit etiã fideiussoria, sed primum dictum mihi plus placet. per rationem quã dixi. & illud videtur tenere Barto. in l. ſi filio. ſo. ma.

2 *Sicut duæ obligationes isq̃ principales tendentes ad idem possunt cõcurrere in eadem persona. & neutra per alteram tollitur, ita & duæ accessoriæ ad idem tendentes.*

1 **§. Non est nouum.** † Potest quis teneri ex pluribus fideiussionibus siue habeant originẽ in ꝓpria persona, siue in diuersis. h.d. casus iste.

2 no. † quod sicut duæ oblationes æque principales tendẽtes ad idem possunt concurrere in eadẽ persona. & neutra ꝓ alteram distinguitur. vt ſ. de duo. reis. l. ſi reus ita & duæ accessoriæ ad idem tendentes. Sed op. contra primum exemplum. de l. q̃ his idem ſ. de ver. ob. Sol. ibi vtraq; ꝓmissio fuit pura. vnde nõ valet prima, cum vtilitatem non contineat hic, sed fuit in diem. secunda pure & sic continet vtilitatẽ: ideo valet secunda abipso principio. nec tñ tollit primã, qa nõ fuit interposita animo nouandi, & licet postea dies exisitat: & sic secũda incipiat esse inutilis. non ꝓpterea vitiatur sed vtraq; remanet valida, & põt creditor agere ex qua vult. & ſi agit ex vna, & succumbat, poterit agere ex altera: quia prouenit ex diuersis causis. vt ſ. de iure. iur. l. ſi actor. Nec ob. ꝙ peruenit ad casum a quo non potuit incipere. vt l. pluribus. ſ. & ſi placet de ver. ob. cum tendat ad eũdem effectum. vt l. debitor. in prin. de le. ĵ. & l. verbis. ad l. fal. secus si ad contrariũ effectũ, & ita loqt contrariũ. Vltimo gl. hic recolligit plures casus de quibus. ĵ. ea. l. ſ quod hic sec'. cũ seq. Sed pleni' dic p. Dy. & Bal. in l. ſtichũ. ſ. ꝙ vulgo ĵ de solutio.

§. Seruo tuo. Potest quis fideiubere pro alio etiã temporaliter obligato, sed pro seipso non, etiam si fideiussoria esset efficacior quam principalis. h.d. Prę mitte ꝙ ex contractu serui dat actio de peculio cõtra dominũ perpetuo quouisq; est in ptãte eius, sed eo manumisso actio de peculio extinguitur sed loco ei' reintegratur ex edicto ptoris alia actio de peculio temporalis vsque ad annum. vt ſ. qñ actio de peculio est annalis. per totum. sic in similibus in ti. ſ. qđ cum eo. venio ad casum. In tex. ibi, [obligari eum ait.] dic, & non finiet eius obligatio p. lapsum anni: licet finiat actio de peculio per l. ĩtẽ illa. ſ. quod adijcitur. de cõsti. pe. In tex. ibi, [nihil agatur.] Dic, sed contra de l. ĵ. ſ. fi. de cõsti. pe. vbi potest quis cõstituere pro seipso, & tenebitur actione principali, & etiam de cõstituta. Sol. aliud in constituto, quia nõ est ita accessorium sicut fideiussio. vt hic patet coniuncto illo tex. & sic fideiussio semp requirit diuersam personam constitutam.

2 ☞ *Seruus naturaliter obligatus ex suo contractu, licet manumittatur, non tamen obligatur ciuiliter.*

1 **§. Quod si hic seruus.** † Quando fideiussoria est efficacior quã principalis obligatio nõ confundit si principalis succedat fideiussori, vel ecõuerso. sed vtraq; firma remanet. h.d. & ad hoc semp allegatur iste tex. & hoc: quia interest creditoris ꝙ non extinguatur. facit l. debitor. ſ. de separa. tunc autem extinguit accessoria, quãdo nõ interest creditoris ꝙ remaneat. venio ad casum In tex. ibi, [& tamen nihilominus naturalem obligationẽ manſuram.] dic videbatur contrarium: quia licet principalis tãquã minus potens nõ poterit cõfundere accessoriã magis potẽtẽ, econtra tantũ ipsa accessoria debere confundere principalem, sed non est verum. quia licet sit potentior, est tamen accessoria & ista est principalis: & sic se habent vt excedẽtia & excessa. ideo altera per alteram non tollitur. Et si quæritur ad quid est vtile ꝙ remaneat naturalis tantũ quæ est principalis, postquã adest ciuilis & naturalis, licet accessoria, cum creditor p principalem non poterit consequi debitũ, sed per accessoriã sic. rñdet in ver. seq. quia posset tolli accessoria vel lapsu tẽporis, vel alio modo vnde remaneret principalis quę saltem potest esse vtilis: quia impediet repetitionem solutionis p errorem iuris. In tex. ibi: nec his. dic respõdet oppositioni quæ posset fieri ad primũ dictum de l. generaliter. ſ. e. quod ibi loquitur quando vtraque est efficax. vnde non expedit quod duret accessoria: hic vero

2 principalis non erat efficax. † No. ergo ꝙ seru' naturaliter obligatus ex suo contractu licet manumittatur, non ꝓpterea obligatur ciuiliter quando obligatio quę non nascitur a principio non nascitur post, quando promissio est pura. vt l. serui & filij. de fur. & C. an seruus ex suo facto. p totũ. hic nõ sunt alia.

2 ☞ *Licet obligatio principalis minus potens quousque est in rerum natura, iam nõ tollat accessoriam magis potentem: si tamen non durat: sed extinguitur ipso iure per confusionem: bene tollitur accessoria: licet magis potens. & quare.*

3 *Licet perempta principali pereat accessoria nõ tamen sic econuerso. Si mercator cessauit & creditores statim omnia bona capiunt: an ipse principalis liberetur uel fideiussor?*

1 **§. Quod si stipulator.** † Si res succedat creditori, extinguitur principalis obligatio: & etiã fideiussoria. sed si succedat creditori fideiussor extinguitur fideiussoria tantum. si vero neuter, licet creditor mittatur in possessione omnium bonorum debitoris ex primo decreto, neutra illarum confundit. hoc dicit vsq; ad ad §. cum tu. & sic in §. præcedenti neutra obligatio confundit. in isto §. confunditur vtraq;. in versi. seq. [quod si idẽ.] cõfundi tur accessoria tantũ. in ver. [argumentũ.] neutra cõfundit. sicut nec in primo casu. & potest hoc intelligi vt prosequatur eosdẽ terminos, de quibus supra, scilicet in seruo cũ quo fuit initus contractus & sic erat principalis debitor. non tamen erat obligatus vt fideiussor: & fuit manumissus, & dedit fideiussorem. licet enim si ipse successisset fideiussori, vel econtra, neutra obligatio tolleret: vt in præcedenti §. si tamẽ ipse succedat creditori tollitur vtraque nam sua principalis tollit ne ipse sibijpsi vt hæredi reperiatur obligatus naturaliter: nã hoc stare nõ potest. vt no. in l. frater a fratre. in fi. primæ gl. magnæ, de condi. inde. sublata ergo principali per confusionem tollit accessoria. & sic per indirectum fit quod principaliter non fieret. nõ sic tolleretur, si sublata esset principalis per lapsum tẽporis: vt dixi in §. seruo tuo. per l. ĩtem illa. §. quod adijcitur. de cõsti. pecu. quia tunc non tollitur ipso iure: cum tempus sit mod' tol

2 lendi obligationem. sed hoc sic. veniamus ad casum. † In text. ibi. [fideiussoris obligationẽ perimit.] No. quia licet obligatio principalis minus potens quousque est in rerum natura tã nõ tollat accessoriam magis potentem. vt præcedenti §. si tamen non durat, sed extinguitur ipso iure per confusionẽ: bene tollitur accessoria, licet magis potens: quia non tollitur à min' potente. sed propter defectum fundamẽti cum per se stare nõ poterit. In tex. ibi, [solam fideiussionis obligationem perimit.]

3 † No. quod licet perempta principali pereat accessoria non tñ sic ecõuerso: qa principalis nõ regulat ab accessoria. facit l. ꝙ p

Universidad de Deusto
Biblioteca

manus.de iu,co.nec ab eo depẽdet.In tex. ibi,[argumentũ.] Dic, hæc argumẽtatio parum videtur cõgrua. qa in præcedenti vna tollit,et altera remanet:hic vero neutra tollit.Et no. ppetuo istum versi.p istis mercatoribus cessantibus: nã creditores statim capiunt omnia bona.certe per hoc non liberantur[a] ipsi principales: nec etiã fideiussores.casus est singularis hic videbatur contrarium.quasi per hanc captură videãtur eis succedere: sicut succedit per causam hæreditariam. quo casu vtraque tollitur.vt supra ver.[quod si stipulator.] sed certe per causam hæreditariam efficitur successor dominus omnium rerum hęreditariarum:sed per hanc immissionem non efficiuntur creditores domini,nisi dẽtur bona in solutum:& tunc bene liberarentur quatenus data essent.

a ¶Nõ liberãtur.Ad de q voluit. Bal.i l. cõsentaneũ. C.quo & qñ iudex.& i l. ẽt C.de fideicõ. & in l. fi.c.tit.& qd idẽ no. in l.creditor.ŝ.fi cer. pe.bñ facit ad predicta.c. qñ frequẽter. ŝ.fi.vt ijt, nõ cõtest. & facit q voluit Iu. Ro. in cõsil. cccciij. vbi ponit si creditor incepit executionẽ ſ bonis,an possit redire ad capeturam.

Ver. *Potest quis teneri ad eandem pecuniam vt principalis & vt fideiussor ex diuersis personis.*

§.Cum tu & titius. †Põt quis fideiubere pro pluribus reis debendi. & pro quolibet eorum tenetur. & extincta vna fideiusione per successionem remanet altera.hoc dicit. si ergo possunt concurrere in eadẽ persona plures obligationes accessorię pro eadem re, vel pecunia. vt ŝ.ea.l.ŝ.j. & ibi not.ad quid est vtile habere plures actiones ad idem ex diuersis causis?quia vna sublata aliter quam per solutionem remanet altera: non sic si ex vna & eadem causa obligẽtur: quia tunc per solam electionem vnius altera tollertur.vt l.quod in hæredem.§.eligere de tribu. & l.j.§. in tutela.de tute.& ra.distra.

b ¶Credentiæ. vide Bal.i rub.C. d cõst, pecu. & q dicanẽ literę credẽtię,vide p Bal.i tit.de pace cõstãt. i verbo,in noie Christi.& hic adde no.p do.ant.i c.post cessionẽ de pb.Bal. i addi.ad Spe. i ti.de solu.ver.qd si mercator. qd aũt de ĩris cõmẽdatitijs.vide bal. i l.si ĩras. C.mã.Bal. in l.in stitor.ŝ. de ist. & i rub.de cõst.pec. & in l.§.j.ŝ.q iusˢ. & vide gl.i cle.i.de iure patro.i verbo, dicę cessanis, de ĩris credẽ tiæ,de q bus,ŝ. facta est mẽtio vide Bald. et Imo.i c.fraternitatis de cle.nõ residen.

1 †Not etiam in fi.quod potest quis teneri ad eandem pecuniam vt principalis & vt fideiussor ex diuersis personis. nam ex persona eiᵘ cui successit tenetur vt hæres. & sic vt principalis.& ex persona sua tenetur vt fideiussor.non sic ex eadem persona.vt l.generaliter.ŝ.eodem. Casus est iste, Titius & Seius. &c.hic non sunt alia.

§.Cum fideiussor. Successio non habet vim solutionis quantum ad lucrum succedẽtis,& onus alterius.hoc dicit,sed quantum ad euitandum onus sic.Et ita loquitur contrarium formatum in glo.de l.si ei.§.fi.de cuict.& adde quod not.j.eod.l. Vrannius. casus est iste.lucrareˉ enim hic fideiussor,si haberet vim solutionis sua successio.ſ.actione mandati.quã habere nõ potest nisi soluat.vt l.indebitum.ŝ.de condi.inde.& hoc cum onere debitoris.ideo nõ habet vim solutionis. Aliud est ergo extingui obligationem iure confusionis ,quia parit actionem mandati.vt hic.aliud iure solutionis: sed certe etiam si extingueretur iure fictæ solutionis,cum sibi nihil adesset,non haberet actionem mandati.vt not.in l.duobus.§.a fideiussore.ŝ. de iureiuran. Et retigi supra.l.qui debitorem.

2 Ver. *Hæreditas et etiam vniuersitas municipij seu collegij obtinẽt vicẽ personæ fictæ. Quod aliud sit hæreditas:aliud bona hæreditaria:aliud vniuersitas, & aliud personæ vniuersitatis.*

3 *Si miſs banniments aliquis velit esse hæres:non est repertus qui velit esse, & sic desijt dici hæreditas:& incipiunt dici bona vacantia, & non repræsentat personam defuncti an tunc poterit intercedere fideiussor?*

LEX. XXIII.

1 MOrtuo reo. †Pro persona ficta nõ potest qs
2 fideiubere.hoc dicit. † & semper allegatur ista l.quod hæreditas & etiã vniuersitas municipij seu collegij obtinẽt vicem personæ fictæ. b Aliud est enim hęreditas, aliud bona hæreditaria. Itẽ aliud vniuersitas, aliud personę vniuersitatis.vt l.in tantum.§.vniuersitas.de re. di.fingit enim ius quandam personam inuisibilẽ quæ resultat ex congregatione multorũ.differũt tamen.quia hæreditas repręsentat personam mortui.ſ.defuncti.vt l.hæreditas. de acq. re.do.Sed vniuersitas representat personam viuentẽ: ideo in prima non cadit possessio, quę requirit actum verũ corporalem. vt §.Scæuola. si quis test.li.esse iussus fuerit.sed in secũda bene cadit.vt in l.iij.§.fi.de acqui.pos. quia possunt exercere actum verũ.Item seruus hęreditarius nõ potest stipulari vsumfructum qui requirit actum verũ vtentis,secus in seruo vniuersitatis.vt j.tit.j l.vsumfruct.casus est iste.In tex.ibi,[ante aditam hæreditatẽ.] Dic hoc verum qñ defunctus poterat habere hæreditatẽ iacentem,sed quid si non poterat.vt erat filius familias isto tempore,qui etiam in castrensi peculio non habebat hæreditatem iacentem etiam si de ipso fuerit testatus.vt ŝ. tit.j.l.si seruus cõmunis mæuij & castrensis peculij. Ang.videtur dicere quod tũc secus. q non possit intercedere fideiussor antequam adeatur hæreditas per hæredem scriptum: quia nõ subest persona vera,nec ficta:sed post aditam hęreditatẽ potest.qa subest vera persona hæredis.pro qua potest obligari.vl dic q erit in pendẽti hæc fideiusio. & si aditur hæreditas per scriptum, valebit.alias secus.per l.in eo.ŝ.de acqui.re.do.nam potest quis fideiubere p obligatione futura.vt ŝ.eo.l. si stipulatus sum.§.fi. † Item quid si missis bannimentis an aliquis velit esse hæres & non est repertus qui velit esse, & sic desijt dici hæreditas.& incipiunt dici bona vacantia. vt not.Bar.ŝ.eo. l.fideiussor obligari.§.fi.& non representat personam defuncti,an tunc poterit intercedere fideiussor. Ange.adhuc sentit quod nõ eadem ratione.quia non reperitur persona vera,vel ficta.hoc satis mihi videtur durũ:ideo videˉ distinguẽdũ an fiscus acceptet illa bona.& tunc transeunt in eũ cũ obligatione defuncti,& ex tunc valebit fideiusio.si autem non vult acceptare,quod facere potest.vt l.j.§.an bona.de iure fiſ.videˉ procedere dictum Ang.quia nõ subest persona vera vel ficta,pones quam sit obligatio personalis passiue.sine qua nõ potest fideiussoria a principio.l.postquã.cum ibi no. vt in possˢ.leg.

LEX XXIIII.

Imihi,aut titio. Fideiussor non potest accedere penes adiectum apud quem non est obligatio.licet sibi possit solui.h.d. sic.ŝ.eo.l.fideiussor obligari. Illa tamen loquitur generalius de eo penes quẽ nõ est obligatio.nec etiam facultas sibi soluẽdi.

2 Ver. *Dicitur quis interuenire pro altero nõ solũ fideiussorio nomine,sed etiã mãdatorio.*

3 *Q ui per literas commendauit alicui puta fratrem suum de bonitate & legalitate, & quod seruat promissa:an per hoc tenebitur actione mandati si ille mutuauit sibi pecunias confisus de tali litera?*

4 *Quid si erat litera credẽtiæ, vt puta credatis latori præsentiũ in his quæ vobis dixerit.*

5 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

6 *Licet ex pluribus fideiussoribus simul intercedentibus relictis quilibet teneatur insolidũ: si tamen vnus decesſit pluribus hæredibus relictis, non obligatur quilibet eorum insolidum,sed pro parte hæreditaria.*

LEX XXV.

1 IVcius titius. †Si debitor succedat mandatori,vel fideiussori pro parte, per illa tantum cõfundit obligatio accessoria. & pro aliꝭ poterũt cohæredes conueniri.h.d.in esse.casus est iste. Quidã
2 lucius titius,&c.† In tex.ibi,[interuenire.] No.quod dicit̃ q̃s interuenire pro altero nõ solum fideiussorio nomine:sed etiã mandatorio:& vide bonam gl.in l.in personam.§.j.ŝ.de pact. quæ dicit quod plures sunt modi interueniendi,& interceden di ,p alio.ſ.mãdatorio,fideiussorio,cõstitutorio noĩe. & etiam in oblatiõe alterius principaliter in se susçipit.& oẽs isti modi sunt interdicti mulieribus. cũ senatuſ.vellei. interdicat eis ne
3 pro aliꝭ interueniant.auˉ. dicit ne pro aliꝭ fideiubeant. † In tex.ibi,[peto des ei nummos,&c.] Dic,sed qd si hoc expreſſor non dixit:sed fratrem suum illi commẽdauit de bonitate et legalitate,et quod seruat promissa,an per hoc tenebitur actione mandati si ille mutuauit sibi pecunias confisus de tali litera.dic quod non.vt ŝ.l.si vero non remunerandi.§.cum quidã.
4 &.C.quod cum eo.l.fina.vbi sunt boni tex. † Sed quid si erat
c litera credentiæ. c puta credatis latori præsentium in his quæ vobis dixerit. Adhuc dicas idem, nisi subiungat fide & periculo meo.arg.dictorum iurium.non enim propter talia generalia verba videtur datum mandatum de faciendo aliquid cũ illo

illo per qd̃ scribẽs obligeˉ.& de hoc tractat hic Bart.quem vide & etiã Bal.tangit in l.fi.C.quod cum eo. In tex.ibi, [cũ co hæredibus eius agere insolidũ possit.] videbaˉ quod in nihilũ: quia quãdo debitor principalis succedit fideiussori, obligatio fideiussoria extinguiˉ:vt ŝ.eo.l.generaliter.Et idem debet esse si succedit mãdatori,sed hic est huiusmodi. Sed ad hoc respõdeˉ verũ esse q extinguiˉ pro ea parte pro qua succedit, ꝑ aliꝭ nõ:quia cessat ratio extinctionis:quæ est ne quis pro seipso teneatur vt principalis,vt accessorius.nã hic non ipse sed alij cohæredes tenebunˉ vt accessorij.† Et sic no.illud vulgare q limitata cã limitatum producit effectũ,nã successio est causa extinctionis. & extinctio non fit nisi quatenus quis succeſsit.facit l.ita autẽ.de admini.tut. Poterat etiã dici q cũ pro parte ꝑ qua successit iste debitor nõ possit in eius persona durare obligatio mandãtis,q pro illa parte accresceret cohęredibus, vt tenerentur insolidum mãdatorio nomine.sicut in simili cũ gratur hæres & quidã extraneus.nam cum non teneat in persona extranei,totum onus pertinet ad hæredes,qui poterãt in solidũ grauari:vt l.si duobus.§.j.de leg.j.sed aliud in d.casu: quia testator poterat hæredes insolidum grauare. aliud in casu isto, vbi principalis succedendo pro parte mandatori non potest in personam cohæredum transfundere onus pro illa parte.cõfundit ergo,& non transfunditur.& hoc voluit iste tex. No.ergo quod licet ex pluribus fideiussoribus simul intercedẽtibus quilibet teneatur insolidũ.vt insti.eo.§.si plures.si tamen vnus decesſit pluribus hęredibus relictis,nõ obligatur quilibet eorum insolidum:sed pro parte hæreditaria.

2 Ver. *Beneficium restitutionis competens principali,an etiam competat fideiussori, & an poterit repetere à pupillo illud quod soluit?*

3 *Si prodigus contrahat sine curatoris authoritate,an obligatur:& ualeat fideiussor.*

LEX XXVI.

1 MArcellus. †Fideiubens pro pupillo prodigo:
a vel furioso,naturaliter rãtum obligatus tenetur efficaciter.[a] & si soluat, nõ habet actionem mandati contra principalẽ.h.d.no.& est difficillis propter contraria quæ colliguntur ex gl.venio ad casum,casus est iste, quidam pupillus sine &c. In tex.ibi,[quoniã is] . Gl.hic dicit q illa potest esse ratio recta,& ratio motiua. qd̃ sic declara.nam videbatur quod huic fideiussori deberet succurri aduersus creditorem , vt non possit compelli per illud ad soluendum:quia si cõpelleretur,& solueret, posset recuperare a principali per actionem mandati.& sic nihil proderit principali ætas pupillaris,vel defectus furoris,aut prodigalitatis.propter quẽ ipsi ipsi principali succurritur,ne a creditore cõpellatur:ergo eadem ratione debet succurri fideiussori. Sed respondeˉ q ista ratio cessat.quia fideiussor soluens a principali non recuperat.& ista est ratio recta.pro qua l.qd̃ dictũ est.ŝ.de pact.vel dic q videbatur fideiussori succurrendũ aduersus creditorẽ.nec ab eo poterit cõpelli:quia si solueret,non recuperaret a principali & sic perderet pecuniã suã.quod videˉ iniquum. sed respondetur q ista non est sufficiẽs ratio vt sibi succurratur aduersus creditorẽ sed imputet sibi quare pro talibus fideiusit.& ista est ratio remotiua.or sufficit. Veniamus ad gl. Glo.magna.dfuſditur in duas partes.nam primo prosequiˉ primũ casum de pupillo vsque ibi, [quod autem de furioso.] postea prosequitur secũdum & tertium simul de furioso & prodigo.& ex prima parte recolliguntur quinque opp.contra tex.tendentes ad diuersa colliguntur sed recolligendo distingue quatuor casus. nam aut quis fideiubet pro pupillo ciuiliter & naturaliter obligato. puta cum authoritate tutoris,& non læso.& sic non habet beneficium restitutionis.& tunc non habet locum ista l.inquantum vult quod talis fideiussor soluens non recuperat a pupillo per actionem mandati.nam imo recuperat : quia vtiliter gestor negotiorum est:vt l.si pupilli.in princi.de negotijs gestis & hoc habetur in gloſſ.post princi.in ver. [& caue.] vique ad ver.[Item nec potes.] Sed in quantum ista l.vult quod tali fideiussori non succurraˉ aduersus creditorem. bene habet locum isto casu. quia efficaciter est obligatus. Interdum quis fideiubet pro pupillo nullo modo obligato nec ciuiliter, nec naturaliter.vt si contraxit cum tutore:vt l.quinta.de authori. tuto. vel cũ alio sine tutoris authoritate. a & non erat doli capax quia infans,vel ꝑximus infantiæ,& tũc similiter nõ habet locũ ista l.i quãtũvult fideiussorẽ efficaciter obligari, & sibi nõ succurri aduersus creditorẽ,qa imo nullo modo obligaˉ,cũ non subsistat principalis obligatio cui accesſit.vt ŝ.e.l.qui cõtra senatuſcõ. & hoc vult glo. in isto versi. [nec potes dicere.] vsq; ad ver. [hoc ergo casu.] Interdũ fideiubet ꝑ pupillo ciuiliter & naturaliter obligato.vt si cõtraxit cũ authoritate tutoris.tñ læso,& sic habet beneficium restitutionis in integrũ.quo casu etiã fideiussor ciuiliter & naturaliter obligatur. † Sed quæritur an beneficiũ restitutionis cõperens principali cõpetat etiã fideiussori, & tũc similiter non habet locũ ista l.sed l.in causę.in prin.la prima.ŝ.de mino. & l. j.& ij.C.de fideiuſ.mino.in quibus dicitur q non cõpetit fideiussori aduersus creditorẽ.& sic habet necesse soluere. Sed quæriˉ an poterit repetere a pupillo:dicendũ q mero iure potest:tñ cõpetit pupillo restitutio aduersus eũ in actione mandati, sicut aduersus creditorẽ.ll.tñ illæ loquunˉ in adulto. sed eadẽ ratio est in pupillo ciuiliter & naturaliter obligato. hæc tñ vera nisi interueniat dolus creditoris.quo casu gl.hic in illo ver. [hoc ergo casu.] videˉ sentire q etiã in casu huius.l. quando erat pupillus naturaliter tantũ obligatus cõpetat sibi & ẽt fideiussori beneficiũ restitutionis,qa cõpeteret etiã adulto. vt in d.l.ij.C.de fideiu.mino.in fi. hoc non est bene dictũ: quia si pupillus nõ est obligatus nisi naturaliter,nõ indiget restitutione.cũ sit tritus de iure cõi.ꝑ l.in causę.la secũda.eo.ti.de mino. quia non potest cõueniri & aduersus dictã naturalẽ nõ datur restitutio, qa nõ lædit si adultus nõ soluit.vt est gl.ŝ.de verb. obli.l.puberes.& l.si pupillus.de arbi.Sed si soluiſet,bene legeret:quia impedit repetitionẽ de iure cõmuni. vt l.error.C. ad l.fal.& aduersus hanc læsionem bene restitueretur:vt plene no.in l.interdũ.de condi.inde. Præterea etiã adulto nõ datur restitutio hoc casu qñ interuenit dolus creditoris.nã si dedi causam cõtractui,& erat bonæ fidei, reddit cõtractũ nullũ. vnde restitutio nõ est necessaria:& si incidit in contractũ,vel erat cõtractus stricti iuris,datur actio de dolo,vel exce. & sic nullo casu necessaria est restitutio:vt d.l.in causæ. Et ita debet intelligi ista l.ij.in fi.q sit tutus ipso iure tam ipe quã eius fideiussor.nõ aũt per restitutuionem.licet gl.ibi voluit contrariũ. sicut hic interdũ & est quartus casus.quis fideiubet pro pupillo naturaliter tm obligato.qd̃ cõtingit pluribus cõcurrẽtibus scilicet quia erat doli capax,& ꝑximus pubertati , & contraxit cũ alio q̃ cũ tutore,& sine tutoris authoritate tũc loquitur l.quia fideiussor obligatur ciuiliter & naturaliter cum effectu. nec sibi succurritur aduersus creditorem nec aduersus pupillum ad recuperandum. nam aut fideiusit sine mandato vel etiam cum mandato solius pupilli & tunc pupillus aduersus eum est tutus ipso iure:quia naturaliter tantum obligatur sibi sicut & creditori.aut fideiusit de mãdato tutoris licet non interuenerit in contractu pupilli. & succurritur pupillo per restitutionem in integrum:quia propter interuentũ tutoris obligaˉ fideiussori ciuiliter & naturaliter,licet creditori non esset obligatus nisi naturaliter:quia non interuenit tutor:tñ sibi datur in integrũ restitutio aduersus fideiussorẽ.ita sentit Bar.hic licet iste tex. loquaˉ qñ authoritas tutoris nõ interuenit,nec respectu creditoris,nec respectu fideiussoris. Sed nũc op. cõtra istũ tex.q fideiussori succurraˉ aduersus creditorẽ.nã pupillo naturaliter tãtũ obligato cõpetit exceptio peremptoria cõtra creditorẽ,ergo & fideiussori cõpetit eadẽ exceptio per l. exceptiones.la.j.§.intercesionis.ŝ.de exce. Glo.in ver.[& eo modo.] voluit probare istud cõtrariũ.& soluit obscure. Et intendit dicere q si pupillo cõpeteret talis exceptio peremptoria,quæ cõpeteret etiam maiori,puta pacti de non petẽdo, ꝑscriptionis,vel iurisiurandi,vel rei iudicatæ,tunc etia cõpeteret fideiussori:quia nõ est deterioris cõditionis pupillus quã maior,imo melioris:sed cõpetit talis exceptio,quæ non competeret maiori:vt in casu isto:qa non interuenit authoritas tutoris.tunc illa exceptio videt ꝑsonalis,& fauore ætatis sibi cõpetẽs,quæ nõ cõpeteret maiori,in quo nõ requiritur authori-

¶Efficaciter.Sed ad de si statuto caueaˉ q filiusfa. non obligeˉ ex contractu,an fideiussor obligetur, vide Bal.in l.j. C. e. q sic.& Cy.in l. decretũ.C.q cum eo.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶Restituantur. Add Bal.in l.si ,pcurator hīs.de in integrū resti.& in l. fin. in fin. C.qui admit. Bar.in l.j.ff. de bon. pos.furio.& infa.de la.Cy.in l.si infanti. C.de iure deli.

tas alterius. Vel melius dic.q aut cōpetit exceptio iuris.vt sunt illæ de quibus.ff.dixi & ille trāseūt in fideiussorē.liue loquamur in pupillo,siue in maiore : aut cōpetit exceptio facti,seu intētionis:vt in isto casu.qn quis est naturaliter tm obligatus. & sic nō est orta actio.ergo nec est ,ppria exceptio cū sit actiōis exclusio. & ,psupponit actionē subesse,sed elidit per eam:vt l.si vnus.§.pactus. ff.de pac. Et tunc siue loquamur in pupillo siue in adulto , siue etiam in maiore adulto naturaliter tantū obligo, puta per pactum nudū, talis exceptio facti non transit in fideiussorē. imo obligat ciuiliter & naturaliter.& nō succurrit ei aduersus creditorē.nā soli naturali pōt accedere fideiussor:vt ff.eo.l.fideiussor obligari.§.ij.ergo debet intelligi cū effectu.ne illa l.sit ludibrio. Sed quærit an soluens repetat.distinguitur inter maiorē & pupillū:qa primo casu si mādato maioris,recuperat ab illo:sed in secundo nō:imo datur cōtra eū restitutio, si interuenerit authoritas administratoris,vel si nō interuenit,pupillus est tutus ipso iure aduersus eū:vt ff.dixi. Sed extra gl. oppo. cōtra tex.de l.generaliter.ff.eo.Sol.fideiussor nō pōt obligari in plus quā sit obligatus principalis altero de quatuor modis. vt ibi no.sed efficacius bene pōt obligari.vt hic secundū Dy. Item adhuc cōtra.nam saltē hodie non pōt conueniri fideiussor:nisi primo conueniatur,& condemnet principalis, & excutiatur.vt in auf. de fideiuss.§.j.sed hic non pōt cōuenīri principalis nec cōdēnari:ergo nec fideiussor.Sol.secūdū eundem, tunc habet locū illa auth.qn principalis esset efficaciter obligat°.alias pōt incipit à fideiussore etiā principali nō excussō. qđ est singulare.& sic ista l.non corrigetur in hoc.Sed vltimo ad idem oppo.quia ex quo principalis est tutus, si conueniat fideiussor.pōt principalis in se iudiciū suscipere, tanq̄ ,pcurator in rē suā:& opponere exceptionē ex sua psona. & sic defendit fideiussorem vt nō cōdēnetur per l.Idemq̄.§.generaliter.ff.māda.vbi casus singularis.Sol.secundū eundē iltud esset verum,si fideiussor esset habiturus regressum cōtra principalem,nam tunc principalis pōt obijcere exceptionē ex sua persona:quæ tamē exceptio nō transibat ad fideiussorē: vt ibi est casus.& hoc:quia sua interest:sed si non est habiturus regressum,secus:vt innuit ista lex quæ vult fideiussori non succurri aduersus creditorē.nam saltē hoc modo succurreret per indirectum,qđ ista l.vetat.& ista est singularis limitatio ad illum
3 §.generaliter.secundū Dy.& Bar. †Circa secundam partē glo.formatur vna difficilis oppo. de l.is cui bonis , de verbor. obliga.vbi prodigus cōtrahēs sine authoritate curatoris , etiā naturaliter non obligatur,nec etiā valet fideiusio: vt ibi dicitur in fin.& iste tex.vult contrarium in vtroq̄ . dum assimilat prodigum pupillo.& de l.in negotijs.de reg iur.vbi furiosus nullo modo obligatur:cum careat intellectu. per consequens non tenet fideiusio deficiente principali.& ille tex.vult contrarium in vtroq̄.Glo.soluit quatuor modis.Et primæ tres solutiones reprobantur.& communiter tenetur quarta. & vltima in versi.[Alij dicūt hic fideiusi.] licet oporteat diuinare vt ille tex.intelligatur quādo ante prodigalitatē vel furorem erat obligatus naturaliter tm:puta per pactum nudum , quia postea nō posset obligari sic : sed post prodigalitatē & furorē interceſsit fideiussor de ipsorum mādato sine curatore , vel etiā sine mādato:vt talis fideiussor ciuiliter & naturaliter obligetur.nec sibi succurrit aduersus creditorē, nec etiā aduersus principalem & imputet sibi cur pro tali fideiusserit:quia non gesit vtiliter negotiū eius:sed si nō est effectus prodigus,vel furiosus,& fideiusisset de mādato eius,tunc bene recuperaret ab eo:quia ille licet non esset obligatus creditori nili naturaliter,fideiussori tn obliga.ciuiliter & naturaliter mādando. vnum tn sentit gl.in prima solutione dum dicit,[nam si haberet actionem mandati subueniretur ei per in integrum restitutionem.] q̄ prodigus & furiosus eo casu quo efficaciter obligātur si lædantur,habent in integrum restitu.sicut minor.& hoc idē voluit gl.clarius.C.de cur tur.super rubrica. puta si cōtrahunt cum authoritate curatoris.licet in furioso male posset.n. d.quia non habet aliquem consensum.& ista glo.ad hoc semper allegatur.& cōiter tenetur:quia si cōceditur restitutio ma-
a iori ex iusta cā:vt in ti.qui ex cau.ma.fortius prædictis personis.in quibus subest cā iustissima secundū doc. Quæ ratio nō placet qm maioribus per illum ti.non succurritur aduersus facta & gesta per eos:sed aduersus neglecta:vt d.l.à patre.& ibi not.C.de resti.mili.& sic non aduersus cōtractū.dic ergo meliorē:quia oēs illi qui reguntur cōsilio administratoris legitimi æquiparantur minoribus:vt si lædantur,in integrum restituatur[a] tā in neglectis quam in gestis per ti.de minor.& vide Bal.in l.si curatorē habēs.C.de in integ.resti.& in l.iij.de bon. pos.& Bar.in l.si infanti.C.de iure delib.& Io.an.in addi.Specu.ti.de præscrip.super rubri.vbi dicit q̄ eo casu quo præscriptio non currit contra minorem:vt l.ff.in quib. cau.in inte.resti.nō est necessaria.non currit etiam aduersus prodigum cui bonis est interdictum : quia si curreret , daretur restitutio & melius est ante occurrere &c.vt in d.l.fina.

LEX XXVII.

INter fideiussores. Si alter ex fideiussoribus efficiatur nō soluēdo,vel sine hærede decesserit antequā actio sit inter eos diuisa,per beneficium epistolæ diui Adriani potest alter insolidum conueniri.& nō habet beneficium diuisionis. h.d.in effectu.venio ad casum. In tex.ibi,[sed ex epistola.] dic certe si diuiditur ex epistola,videtur diuidi ipso iure.qm epistola principis ius facit:vt l.j.de consti.princ. Solu. intentio tex.est ista,quod per solam epistolam non diuiditur: sed tunc demum cum quis fuit vsus beneficio epistolæ: quia fuit actū insolidum.& opposita fuit exceptio diuisionis.& hoc vult gl. illa.& etiam super ea pronunciatum,q̄ non possit conueniri nisi pro parte:vt no.j.l.proxi.in prin. In text.ibi, [ante exactā à se partem.] subaudi.& ante diuisionem prædictam.alias illa ratio non esset bona.nam si post diuisionem sic factam alter decederet sine hærede,vel efficeretur non soluēdo,hoc periculum pertineret ad creditorem:quia non posset alterum cōuenire nisi pro parte:vt est casus.j.eo.l.inter eos.§.cū inter. Et hoc vult glo.fi.licet illum §.non alleget.facit l.ij.§.pe.ad l. rho. iac.& l.j.C.si plures vna sententia.secundū Iacob. de are. facit etiam l.legatorum.in princip.de leg.ij.vbi quādo actio est diuisa ipso iure , paupertas superueniens vni , non nocet alteri. Idem ergo est quando est diuisa actio per iudicem:hic autem nullo modo erat diuisa. Sed pone creditor negligit agere. & sic non potest opponi exceptio,vt sequatur diuisio . vnus de fideiussoribus denuntiat creditori quod agat,vt possit opponere exceptionem,& facere diuisionem fieri:quia dubitat quod alter efficiatur non soluendo,creditor adhuc neglexit, & ille effectus est non soluendo , an ista protestatio illi proderit,vt nō possit conueniri nisi pro parte:puto quod nō,per l.si fideiussor creditori.j.eo. Quomodo ergo consuletur sibi: Respondeo agat ipse,& imploret iudicis officium aduersus creditorem & petat actionem diuidi.text.est cum glo.singulari.j.eo.l.si contendat.non autem confidat de sola protestatione. Vltimo opp.contra tex.quia videtur sufficere q̄ fideiussor fuerit soluēdo à principio.& imputet sibi creditor quare ipsum non conuenit:vt l.iij.C.de proba.Sol.ibi loquitur in pluribus obligatis insolidū ex officio necessario.vt tutelæ vel curæ habentibus beneficium diuisionis vel excussionis quib° magis consulitur.ar.l.si fideiussor,§.si necessaria.qui satis.cog. hic in pluribus obligatis ex contractu voluntario . in quibus hoc non sufficit, sed requiritur q̄ sit soluendo tempore quo agitur,& opponitur exceptio. Adhuc posset opponi quod idem esset dicendum hodie in duobus reis debendi . quibus competit beneficiū diuisionis ex noua constitutione de duobus reis quod hic dicitur in fideiussoribus.

2 *Vī Condemnatus pro parte,an censeatur absolutus?*
Per solam propositionem exceptionis peremptoriæ,an tollatur actio?

LEX XXVIII.

1 **SI plures sint.** †Fideiussor pure acceptus, propter acceptum in diem vel sub conditione habet beneficium diuisionis,si ille nō est soluendo:vt interim nō cōueniatur nisi pro parte:sed si aduenīēte conditione vel die reperiatur ille non soluendo,actio diuisa reintegratur in eodem pure acceptum.h.d. Not. istud princip

principium quod est subtile. Oppo.q̄ iste pure accept° nō potest vti beneficio diuisionis.nam si fideiussor nō esset soluendo & sic nō posset conueniri de facto,nō haberet illud beneficium:multo ergo minus si nō pōt conueniri de iure pēdēte cōditione,vel die.licet sit soluendo,cum hoc nihil prosit debitori.Sol.ista erat ratio dubitādi propter quā quilibet dixisset cōtrarium,si nō haberemus istum tex.sed dic q̄ epistola cōcessit beneficium diuisionis propter fideiussorem qui sit soluendo, nec curauit qualiter sit obligatus pure vel sub cōditione,vel in diem,vt hic probat.& sic debet hic intelligi quando obligatus sub conditione vel in diem erat soluendo.alias non posset ,pcedere:licet tex.non dicat.Cōtra secundū dictū opp.extra gl.nam si actio diuisa est,licet fideiussor tpe cōditionis exīstētis reperiatur non soluēdo,nō videtur hoc nocere illi q̄ pure acceptus fuit:qu ia habet exceptionē rei iudicatæ si conueniatur pro parte illius q̄ effectus est non soluendo per d.l.inter eos.§.cum inter.j.e.& dixi in l.præcedenti.Sol.illud procederet si fideiussor fuisset pure acceptus.& sic creditor post diuisionem potuisset ipm cōuenire.nā sibi imputat cur nō cōuenit.sed hic nō potuit cōuenire,quia fuit acceptus sub cōditiōe vel in diem.vnde sibi non est imputandū.In gl.j.ibi.[infra eo. si a titio.]tu dic secundum Dy.& oēs alios q̄ ibi logtur in pluribus qui fideiusserunt pro diuersis personis ad idē obligatis. puta duobus reis debendi.vt ff.eo.l.hæres a debitore.§.cū tu. quo casu nō sunt fideiussores.nec habet inter eos locū beneficium diuisio.etiā si eodē tpe fideiussissent.q̄ est no.hic qn pro eadem persona quo casu etiā si ex interuallo,dicunt cōfideiussores.& habet locum beneficium diuisionis.vt probatur a contrario sensu.j.e.l.si Titius.quæ loquitur quādo ille q̄ secundo loco fideiussit nō poterat effectualiter conueniri.vnde a contrario sensu si poterat conueniri, locus esset beneficio diuisionis.vt ibi no.p Bar.Sed cōtra hoc opp.de no.ff.eo.l.si stipulat° §.si ex duobus.in opi.Mar.recitata in gl.q̄ cōiter tenet.vbi fit fit ista differentia an eodem tpe,vel diuersis.Bar.in d.l.si Titius.videtur dicere q̄ quantum ad beneficium diuisionis non debet fieri illa differentia,sed quātū ad beneficiū cessionis sic vt in cōtrario.hoc nō placet:quoniā beneficiū cessionis cōtra illum qui nō est soluēdo subrogat loco beneficij diuisionis:q̄ habet locum si esset soluendo.ideo dico tunc esse verum quod habebat locum beneficium diuisionis & cessionis contra secūdo fideiubentem,quando tempore quo fideiussit primus,fuit actum de dādo secūdū,& prim° hoc sciuit:quia videt fideiussisse contemplatione secundi,& ita debet intelligi q̄ hic & in d.l.si Titius.no.Doc.altero autem deficiente neutrū istorum locum habet.nō ex eo quod sint fideiussores:sed quia primus non censetur fideiussisse contemplatione secundi & hoc quātum ad primū.secundus autē locū haberet respectu primi quē sciret fuisse datum.vt ibi no.In gl.sed ibi,[l.ex duobus.]Dic hoc est verū sine dubio iure isto.quo plures rei debendi nō habebant beneficium diuisionis:sed hodie cum habeāt ex noua conditione.de duob.reis.dicūt quidā esse idē in pluribus reis debendi.vt si vnus promisit pure,alter sub conditione , vel in diem,pure acceptus si cōueniat pendēte cōditione,vel die,potērit vti beneficio diuisionis,si alter est soluēdo.& sic illa l.corrigatur hodie.Sed Bar.in l.si ex duobus.§.si a titio.de duobus reis.tenet contrariū.quia illud beneficium in duob° reis fuit introductū ad sīplitudinē illius qđ dat fideiussorib°.cū duo rei inuicē videbant fideiubere.vt l.reos.eo.ti.sed si sit dare casum in quo non videantur inuicē fideiubere:tunc esset secus : quia cessaret dicta similitudo.Sed constat q̄ ille qui pure se obligauit nō pōt dici q̄ videatur fideiussisse pro quo se obligauit sub conditione vel in diem non valeret cum obligatus in cām duriorem.vt l.grege.§.illud.ff.eo.& sic tene illam l.ex duobus.nō esse hodie correctam.& quod pure obligat° poterit effectualiter conueniri insolidū. Tene mēti.Pro declaratiōe gl.seq̄ oppo.contra secundum dictum huius l.Et videtur q̄ si reperiat non soluendo tempore conditionis euenientis,nō poterit primus conueniri pro parte illius conditionis.quia per diuisionē facta a iudice qui cōmodauit illū pure acceptū ,p parte censet ab altera pte absolut°:& sic fuit actio extincta ,p altera parte actio extincta nō resuscitat.vt l.q res.§.areā.ff.so.pp hoc gl.vī fateri q̄ mero iure nō reuiuiscit actio ,p illa parte,sed mediāte bñficio restitutiōis in integrū : & sic de iure ptorio reuiuiscit vtilis:quia restitutio est de iure prætorio. oportebit ergo implorare infra quadriennīū.Sed si reuiuisceret ipso iure:vel nō esset extincta.tunc perpetuo. †Contra istā glo.opp.primo inquātū dicit in fi.quod ex quo fuit condēnatus pro parte,cēsetur absolutus.vt not.in l.j.C.si aduer.rem iu.& l.apud Celsum.§.Item quæritur.la prima.de excep.Doc.Sol.& tene mē ti perpetuo,illud esse verū si pro altera parte non fuisset appositа exceptio.nam tunc debuisset super toto pronunciare, vel in totū condemnando,vel in totū absoluendo,vel partim condemnando,partim absoluendo.alias nō valeret:vt in l. in hoc iudicio.fa.erc.Sed hic fuit appositа exceptio pro altera parte. in qua non fuit condemnatus,nec absolutus.& exceptio erat vera & competens.vnde censet tacite absolutus:& valet sententiā.gl.est hic singularis quā tene menti,per quā declaratur & limitatur qđ no.in dictis ll. Item fortiter opp.contra glo. qđ ista restitutio nō sit necessaria: quia posito quod videatur ab altera parte absolutus,actio tamē pro illa parte nō fuit ipso iure sublata:licet fuerit elisa qđ patet quia talis absolutoria parit exceptionē rei iudicatæ:& exceptio præsupponit actionē extare. poterit ergo intērari pristina actio. & si excipiet de re iudicata,replicabitur qđ cā propter quā fuit ab illa parte absolutus deficit.nam fuit absolutus propter spem q̄ cōditio alterius existeret. & quod tēpore quo extaret ille esset soluēdo & posset cōueniri:siue ergo non extitit siue exīstit,& ille tūc non sit soluendo,deficit absolutorio propter hoc quidam reprehendūt gl.& tenēt q̄ perpetuo audiatur sine restitutione. & per modū replicationis,quæ reprehensio sine dubio esset bona,si in sententia fuisset dictū quod ille primus non posset conueniri pendente conditione nisi pro parte.nam videretur actum à contrario sensu quod eo deficiente vel eo existente tunc non soluendo cum extabit conditio,non sit ab illa parte absolutus.Sed si fuit condemnatus simpliciter ab altera parte tunc est maius dubium.& adhuc videtur idem dicendum per id quod ff.dixi.& etiam per rationem:quia licet sententia absolutoria tollat ciuilem obligationem,non tamen tollit naturalem:vt l.Iuli.de condi.inde.nec etiam actionem quæ fuit orta ex ciuili & naturali:& potuit remanere in sola naturali : licet non produci à principio. sicut in pacto de non petendo. quod tollit naturalem.& non ciuilem.nec etiam actionē quæ potest remanere in sola ciuili:vt l. si vnus.§.pact°.& ibi no.supra de pactis,& ita tenent Doctores specialiter Barto. quod per sententiam absolutoriam non tollatur actio:licet sit de iure ciuili sicut sententia.Et licet tollatur ciuilis obligatio.in d.l. Iuli.ergo nō expedit restitutionem impetrare: sed poterit agi illa actione.& contra exceptionem replicari.facit l. sub prætextu.la j.C.de transact.tamen quia text . iste dicit restituendam.& gloss.ita intelligit:vt sustineamus text. & gloss. Respondeo quod ea quæ dicta sunt procedunt in sententia absolutoria lata ex eo quia non est probatum. Vel alio modo,non ex eo quod fuerit opposita aliqua exceptio peremptoria,sed si fuit opposita,tunc per talem sententiam tollitur actio ipso iure.text.est hic cum gloss.secundum Barto.in dicta l. Iulianus.ad quod facit l.si oleum.§.j.ff.de dolo.quæ loquitur in interlocutoria ab obseruatione iudicij , fortius in diffinitiua.
3 †Et sic videtur.hic casus pro opi.Iaco.de are.quem refert Cy. in l. exceptionem.ff. de proba . qui dicit quod licet exceptio peremptoria non tollat actionē antequam fuerit in iudicio appositа , & peruentum ad conflictum , imo præsupponit eam extare.cum contra exceptionem detur replicatio.postquam tamen peruentum ad conflictum: & exceptio vincit actionem: & eam interficit: & extinguit,sicut in duobus armatis inimicis antequā perueniant ad conflictum alter alterum non interficit,postea sic.Sed Petrus tenuit contrarium, vt ibi refert Cyn.Bartol.concordat istas opinio.quod per solam propositionem exceptionis actio non tollatur: sed si super ea fuerit pronunciatum contra actorem,& reus absolutus tunc actio est sublata & extincta. Et de hoc dicit esse casum in isto tex.cum gl.tamē opi.Pet.videtur verior:quia intentio iudicis absolutus ,ppter exceptionē non videtur fuisse in dādo reo plus iuris quā prius haberet . sed illud solum declarare iuxta no.in simili.in l.secunda.de exceptio.rei iudi.vbi distin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶Facultates. In bonis principalis computantur facultates fideiussoris secundū Bal. in authē. licet hodie. C. de act. & obl. & in l. mulier. C. de iure do. vbi dicit idē contra. sed an in bonis alicuius cōputētur alienata in fraudē vide Bar. in l. bona. §. cēterū. de iure fisci.

b ¶Silentium. Adde Bald. in l. fi. C. ne fi. p patre. & in rubri. C. de condi. ex l. in j. col. Bal. & Sal. in l. iū. C. de cess. b. d. Anto. de but. in c. si aūt. de rescri. Lud. ro. cō si. lx.

guitur inter sententiā declaratoriā dispositoriā: vt est illa quæ fertur in querela: qa primā nō rūpit, sed declarat ruptū, secunda rumpit. Sed ante sententiā reus hoc solum habebat, scilicet exceptionē. ergo & nunc non plus habebit. & ad hūc tex. responde. q debet intelligi de restitutione non respectu substantiæ actionis: quia illa nō est sublata: sed respectu effectus primo nō habebat effectum, cum sibi obstaret exceptio, non nunc habebit: quia datur replicatio. vnde videtur quodā modo de nouo restituit: & sic perpetuo potuit agere, & ita mihi videtur. & ista sunt vtilia.

2 *☞ Si dedisti mihi unum fideiussorem qui renunciauit beneficio excussionis: & ipsum conuenio insolidum, sicut non potest obijcere mihi beneficium excussionis cui renunciauit: ita nec beneficium diuisionis, ut ipse conueniatur pro parte: & tu pro altera, cùm sis soluendo.*

3 **§. Præterea.** †Beneficiū Epistolæ cōpetens fideiussori trāsmittitur ad eius hæredem. h. d. secundū primā lect. secundū quā in tex. debet esse, extitit hęres. & tunc supple istū §. per ver. [sicut.] j. e. l. nam hic loquitur qñ vnus fideiussor successit alteri: cum essent tres, vel quatuor: vt si ille qui successit conueniatur, habeat beneficium ex persona sua, & illius cui successit cōtra tertiū, vel quartū. Idē si successit quilibet alius extraneus: vt in versi. sicut. ista ergo exceptio est peremptoria: quia transit ad hæredem. secundū aliam lectrā dicit q beneficium diuisiōis competēs fideiussori pōt opponi etiā per fideiussorem datū ab eo contra confideiussorē illius à quo datus est: & tunc in litera nō debet esse illud verbū, hæres. istud tamē postea limitatur in §. si fideiussor datus à fideiussore si conueniatur insolidū, non habeat hoc beneficiū aduersus eum qui ipsum dedit. quoniā ille loco rei habet quātū ad eū. inter reū & fideiussorē nō habet locū dictum beneficium, sed habebit quātum ad fideiussorē illius pro quo ipse fideiusit. venio ad casum. In tex. ibi, [extitit hæres fideiussori.] dic cum essent tres vel quatuor fideiussores: & cōueniebatur iste vt hæres illius cui succedit aq̄ totā quātitatem, certe poterit opponere beneficiū diuisionis cōtra alios confideiussores alius. † No. in §. si fideiussor. q si. dedisti mihi vnū fideiussorē qui renunciauit beneficio excussioni, & ipsum conuenio insolidū, sicut nō pōt obijcere mihi beneficiū excussionis cui renunciauit: ita nec beneficiū diuisionis: vt ipse conueniatur pro parte: & tu pro altera parte, cū sis soluēdo, licet huic beneficio nō renunciauerit. & licet sint beneficia diuersa: quia illud beneficium nunq̄ sibi competit: cum non habeat locum inter reum & fideiussorem: sed inter plures fideiussores.

2

3

§. Præterea si quæratur. In facultatibus fideiussoris ab eo dati computantur facultates confideiussoris. licet ergo cōfideiussor meus nō sit soluēdo: si tamē fideiussor ab eo datus soluendo est, & ego conueniar insolidū, possem petere actionē diuidi inter me & illū. & sic ille reputabitur cōfideiussor meus sicut ille pro quo fideiussi, alias non haberē hoc beneficiū: vt j. e. le. si à Titio. Et fac. iste tex. q si maritus dedit fideiussorē de dote restituenda eo casu quo dare potest: puta cōsanguineū, vel attinentē: vt l. ij. de do. cau. non nu. vel quia est consuetudo: vt Florētiæ. vel dedit correū qui se principaliter obligauit: quia ipso vergente ad inopiam non poterit vxor petere consignationē dotis: qa satis reputat idoneus si fideiussor ab eo datus est idoneus & soluendo. Contrarium tamen determinatur in l. si constante. solu. matri. quia cognatio fit vt mulier ex dote se suosq̄ alat. quod hic non contingit & c.

3 *☞ Si essem in possessione alicuius rei, in qua non haberem ius, & dubitarem in ea molestari à te, quem etiam socio nullum ius habere in ea, an possim agere ad declarandum te nullum ius habere in illa re.*

LEX XXIX.

Si contendat. Ista l. semper allegat̄ ꝓpter vnā glo. singularē quęstionem hic. quæ colligitur ex illa dictione etiā, quæ est impli-

1 catiua: vt l. cōuenticula. & † ibi nota de epis. & cle. q reus q habet exceptionē si actor differt agere forte vt moriantur testes qui possunt exceptionē probare: correus potest ipsum ad iudicium prouocare implorando iudicis officiū & petendo declarari sibi exceptionē competere. & illi imponi silentiū super actione. & sic non solū petere examinari testes ad æternā rei memoriā. vt l. fi. C. de vsu. pu. & l. in l. Aquil. si deletum. ad le. Aquil. & in c. qm̄ frequenter. vt lite contest. licet actor nō poterit: nisi cū timetur de proximo testes morituros: vel de proximo abfuturos: sed etiā possum petere pronūciari super exceptione sua aduersario imponi silentiū & ad hoc etiam allegatur. leg. Aurelius. §. si centū. de li. leg. Ad qđ etiā vide bonū textū cum glo. fi. l. si duo patroni. in principio, de iureiur. quæ dicit quē posse agere ad declarationē iuris sui, qñ dubitat molestari. facit l. diffamari. C. de inge. ma. Sed contra de l. j. C. vt nemo inuitus. Sol. nō dico qđ possim cōpellere ad agendū cōtra me inuitū officio iudicis vt declaretur me tibi non teneri.

2 † Adde Inno. in c. Abbate. post principium in j. col. de verb. sign. quod si essem in possessione alicuius rei in qua nō haberē ius, & dubitarē in ea molestari à te, quem etiam scio nullū ius te habere in eadē nō possem agere ad declarandum nullū ius habere in illa re: sed tunc demum possum agere qñ prætēdo me ius habere vt illud declaretur, quod singula. nota. quia limitat & declarat illud ad quod ista l. allegatur pro quo dicto videtur casus. in l. j. circa princ. s. si pars hær. peta. vbi dicitur q ius agendi metimur ex persona nostra. nō autē ex nō iure aduersarij. facit lege, milites. §. Veteranus in testamēto militari. Nō ergo possumus agere quando non habemus ius ad declarationē nō iuris aduersarij: licet possideamus. Sed quādo habemus agere possumus, si dubitamus in illo molestari, licet actionem non habeamus. Tene menti.

LEX XXX.

Si sub impossibili. Per istā l. dicit Dy. in regula ī possibiliū, quod ex contractu facto sub conditione impossibili nulla nascit obligatio ciuilis, vel naturalis: quia si nasceretur, posset fideiussor accedere: vt hoc probatur hic iuncta l. is cui bonis. s. de verb. obl. Et sic debet intelligi id qđ habetur in l. impos. eo. ti. & l. nō solū & obli. Et hoc est vtile: quia solutum quocunq̄ errore potest repeti. qđ non esset si oriretur naturalis, iuxta no. in l. j. de condi. indebi. Hic non sunt alia.

LEX XXXI.

Fideiubere. Sed an pro inuito poterit quis fideiubere? Dic quod sic: tamē repetere non potest ab eo quod soluit: vt l. si pro te. s. mandati. secus quādo pro ignorante: quia repetit per actionē negotiorum gestorum: vt l. iij. §. fi. de nego. gest.

LEX XXXII.

Si fideiussor. No. hic quod fideiussor non potest omittere exceptionem dilatoriam in præiudicium debitoris: sed exceptionem fori vel aliam personalem quæ ipsum tantum concernat, bene potest omittere: vt l. si fideiussor. §. quædam manda. dic vt ibi, & in §. fina.

LEX XXXIII.

Ex persona rei. Ista lex debet intelligi de exce. rei cohærentibus quæ transeunt in fideiussores: vt s. de exce. l. exceptiones. §. rei autem. secus in personalibus vt in princi. illius: licet reus potest etiam inuito fideiussore deuenire ad defensionem fideiussoris, & obijcere exceptionem ex sua persona, etiam si sit talis quæ ad fideiussorem non transeat: vt l. Idemq̄. §. generaliter. s. man. si tamen fideiussor esset soluendo, haberet regressum contra reū. alias secus: vt s. eol.. Marcellus. & ibi per Dy. & Bar. ibi tetigi in fi.

2 *☞ Instantia accepta cum defuncto transit ad hæredem: sicut & alia bona, & iura ipsius defuncti: & qualiter procedetur contra ipsum hæredem?*

3 *Conuentus suo nomine, an hodie satisdet iudicato soluendo.*

4 *Satis datio iudicatum solui committitur si causa non defendatur cum contineat clausulam defendendo.*
Clausula de defendendo, an contineat clausulam iudicatum solui.

5 *Si aliquis instituat seruum quem putat suum, cum sit meus: non tamen institutio*

vitiatur. sed valet. & iussu meo potest adire hæreditatem, & mihi acquirere, & quid si credebat ipsum liberum?

6 *Si satis dedisti mihi de iudi. soluendo: & postea iis cedere liti: & ego uelim prosequi ut declaretur ius meum, an teneatis?*

LEX XXXIIII.

Si eum hominem. † Instantia cœpta cōtra defunctum transit in eī? hæredem. quo nō defendente & tñ cōtēdēte stipulatio iudicatum solui cōmittitur ex causula de defendendo cōtra fideiussores: secus si non cōtendat: sed cedat: quia tūc æquitas nō patitur vt causam defendat, postquā nō vult litigare. h. d. no. & est aliquantulum difficile. & primo loquitur quando seruus instituť hæres a defuncto cōtra quē lis erat mota sup eodē seruo committitur cū eo q litem mouerat negādo illum esse dominū ipsius: & dicēdo se fuisse seruum illius defuncti. & nunc esse effectum liberum & hæredem: & tñ causam cœptam contra defunctum non defendebat. vsque ibi. [si autem.] postea loquitur quia non cōtendebat, imo cōfitebaī se esse seruū illius q litē mouerat. & nō illius defuncti q ipsum instituerat: & sic nolebat litigare sed cedere liti. Et quælibet istarū subdiuidit̄ ī duas, sicut duos ponit casus: nam in prima parte primus casus ponitur qñ re vera fuerat seruus defuncti. & sic erat effectus liber. & contēdebat de iure: tñ causam non defendebat. vnde perinde est ac si de facto & non de iure contenderet, vt committaī stipulatio ad interesse, ꝓpter rem non defensam. & puto q istud interesse sit de ęstimatione totius serui: quia postquā per ipsum stat quominus declaretur per sententiam quis habeat ius, cēsetur ius nō habere: sed actor per quē nō stat. & hoc vsq̄ ibi. [Si aūt homo.] ibi quando re vera erat actoris & sic contendebat de facto: & non de iure. vnde multo magis non defendendo facit cōmitti stipulationem. Secunda etiam pars ponit duos casus. Primꝰ est qñ fatebatur se esse seruū illius actoris, & iussu illius adiuit hæreditatē illius defuncti. vnde non expediebat quod causam defenderet. cum actor habeat intentum sine defensione, s. seruum & hæreditatē: & hoc vsque ibi, [plane.] Secundus casus est qñ ille confitebatur, & erat paratus adire eius iussu. sed dominus nolebat iubere quod adiret quouscq̄ causa esset finita & expedita, & pronuntiatū se esse dominum. certe licet cā nō defenda tur, stipulatio contra fideiussorem nō committitur: quia æquitas non patitur. cum actor poterit habere intentum sine lite, & sine defensione. nec expediebat litē ꝓsequi. venio ad casum.

In tex. ibi. [Titius liberū hęredēque reliquerit.] subaudi & ego volebam prosequi litem ceptam contra istū seruū, qui prætendebat se hæredem & liberū, & declaretur me eē dominū ipsi⁹. ipse autem nolebat causam defendere & nihilominus negabat me esse dominum: & dicebat se esse liberū & hæredem certe si ue diceret verum, committet stipulatio, siue diceret falsum. vt sequitur hoc enim ex futuro euentu veniebat declarandum p sententiam. vnde male facit causam non defendere: sed si fateť se esse seruū meum, non tenetur defendere. & hoc in versi. [si autem adierit.] siue ego non intendam prosequi litē: sed iubeo quod adeat, siue velim prosequi. sed superuacuū. & ista dāt intelligere tex. huius l. q̄ est obscurus. † colligе ergo multa ex hac l. Primo illud ad quod vulgariter allegatur. q instantia cepta cū defuncto transit ad hæredē sicut & alia bona, & iura ipsius defuncti. facit l. si seruus. de infami. & loquitur hic ex parte rei. Idem ex parte actoris. vt l. si operarū iudicio. de ope. libe. Ad uerte tamen. quia tunc debet fieri prosequutio contra hæredē: & in eius personam ferri sententia & ipse citari: sed si fieret ꝓsequutio contra defunctum non valeret processus, nec sententia. vt in l. de qua re §. cū me absente s. de iudi. i. q̄ sentē. sine appel. rescin. l. pe. trāsit etiam in fideicommissariū vniuersalē per restitutionem hæreditatis. vt l. cum hæreditas ad Tre. Item in alium successorē vniuersalem. vt l. tam ex contractibus. §. de iu di. vbi cepta cum filio transit contra partem occupātē bona filij. & iure peculij. & tamē non est hæres: & econtra cepta cum patre etiam super his quæ transeunt in filium, non vt hæredē in filium, vt filium: vt est casus singularis in d. l. operarum iudicio. quod no. si pater recepisset fundum pro se & filijs: & litē super ipso mouisset, an transiret in filium: licet nō esset hæres. q est singulare. dī aūt incepta p cōte. lit. sed ēt si nō eēt cōtest. si tamen præstita esset satisdatio de iudi. soluendo haberetur pro

a cepta quantū ad hoc per l. si defunctus. §. de procura. secundū Ang. Trāsit etiā in singularem successorem ex causa necessaria. vt lege in hoc iudicium. cōmuni diui. non sic si est voluntaria. vt l. ij. §. nō solū. in fine. de hære. vendi. pōt tamē sibi cedi. vt l. in causæ. §. fin. cum ibi not. de procu.

3 † Item allegatur iste tex. quod iure isto conuentus suo nomine in actione reali teneaī satisdare de iudi. sol. non sic in actione personali s. de noxa. l. si plurium. §. j. & l. hoc autē. §. fi. qui ex cau. in pos. ea. & nota. in l. Iulianus. qui satisd. cog. hodie vero nemo suo nomine conuentus satisdat. de iudi. sol. vt insti. de satisda. §. se. l. hodie. Et de isto articulo dic vt j. iud. sol. super ru-

4 brica per Bar. † Tertio no. q satisdatio iudicatū solui cōmittiť si causa nō defendatur: quia continet clausulā de defendēdo sic e conuerso clausula de defendendo cō tinet clausulā iudi. solui. quia nō recte defendere nisi soluat iudicatū. tex. est no. in l. recte defendi. s. de iudi. nec ob. l. grege. §. & post litem. s. eo. quia ibi in stipulatione iudicio sisti. quæ non importat vt soluat iudicatū. imo lata sententia finitur. & solum importat, vt sistatur in iudicio personaliter. si tamen non sistat, pōt defendere. & facit vt illa stipulatio non cōmittatur: nisi cum præsentia personæ est necessaria: vt l. si eum. in prin. s. si quis cau. Ex his patet q ista lex nō debet intelligi in stipulatione de iudicio sisti: quia nō cōtinet clausulā de defendendo, nisi velit defendere: licet glos. innuat contrarium tene ergo secundum intellectum glo. q loq̄-

5 tur in satisdatione de iudi. sol. † Item no. & perpetuo tene menti, q si aliquis instituat seruū quē putat suū, cū sit meus, nō propterea institutio vitiatur: sed valet. & iussu meo pōt adire hæreditatē, & acquiri mihi. Quid autem si credebat ipsum li-

6 berū? Dic vt in l. cum alij. C. de iure delibe. † Vltimo no. in fi. ar. q si satisdedisti mihi de iudi. soluendo. postea vis cedere liti. ego autē volo prosequi vt declaretur ius meum, non teneris prosequi: nec cōmittitur stipulatio ob rem nō defensam: quia æquitas non patitur vt cogaris litigare, ex quo vis cedere. vt hic. & l. si reus paratus. s. de ꝓcur. Itē q iacente hæreditate nō cōmittitur stipulatio ob rem nō defensam secūdū Bar. & hoc verum quādo iacebat de iure & de facto. secus si saltem de facto non iaceret: vt in secundo casu. l. in ver. [si autem homo.] iuncta glo. vbi de facto adiuit hæreditatē, cum tamen nō fuisset seruus illius defuncti. & tamen si non defendit, cōmittitur stipulatio. & nihilominus hæreditas de iure iacebat.

¶ Transit. Sed an so la citatione dicatur instāria cepta vt trāseat ad hæredē. vide Bal. q̄ sic in l. j. C. si pen. ap. mors. interue. & si defunctus rō ne contumaciæ veniebat condēnādus in expensis an hæres eius possit dānari. vide tex. in l. j. §. fi. iū cta gl. in verbo pœnā secūdū primā lectu. s. si quis ius dicēdo obie. & Bald. l. si pater. C. si pē. ap. & instantia cepta contra defunctum trāsit ad hæredē, cū est cepta corā arbitratore. secundū Imo. in c. ex parte de rescript. Et an si impetrātū sit rescriptū contra titiū. & antequā citetur Titius moriaī an hæres eius possit citari vigore talis rescripti. vide Imo. in c. significasti. de rescri. doct. in l. si decesserit. qui satisda. cogan.

LEX XXXV.

Si qui accessionis. Leuior dicitur obligatio cū quis pōt solue re duobus, quā si vni tantū. Itē leuior est cum quis tenetur ad vnā tantum specię certam ad duas alternatiue. h. d. casus est iste. In text. ibi, [si qui accessionis loco.] sed cū multis modis dicatur qs accessorie teneri: vt no. in l. in persona. §. j. s. de pactis. An in omnibus illis habebit locū quod hic dicit? in Glo. q̄ sic. in l. grege. §. illud. s. eo. Bar. cōtra hic in fi. nā cōstitutor pōt in plus se obligare loco vel tēpore quā principalis: vt in l. sed & si citeriori. de cōsti. pe. l. non re. vt l. hactenus. §. fi. eo. ti. nō tamē redditur ex toto nulla obligatio: sed ad quātitatem qua tenetur principalis: vt ibi, tamē secus in fideiussoria: vt in d. §. illud no. sed si principaliter se obligat, videtur qđ etiā si in re plus contineat, valeat. per l. si diuortio. de verb. obl. Sed quid si negotium re vera pertinet ad fideiussorem, vt interdū fit quæsito colore: vt l. sed Iulianus. s. ad mace. Dic secūdū Bar. adhuc qđ hic dicitur: quia hoc concernit formam fideiussionis. & sufficit quod promittatur vt fideiussor ad hoc vt fideiussio non valeat si cōtineat plus: licet re vera ipse sit principalis: sed in his quæ concernunt effectum inspicitur veritas, & non forma: vt dicta lege, sed Iulianus secundum eundem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ verba tenementi in fi.l.ibi, [quod verũ est.] Dic sed cõtra quod non valeat fideiussio, si principalis est obligatus alternatiue ad duas species. & fideiussor ad alteram tantũ earũ non ex eo quod secunda sit durior: sed quia est diuersa: vt est casus in d.l.grege.§.illud.ver, si quis stichum. hoc contrarium est difficille. & Bar. super eo pertransit, & finaliter dicit q̃ iste fideiussor poterit liberari dando aliam speciem sicut principalis: sed per hoc non tollitur contrarium formatũ: quia est obligatio diuersa vnde possumus contrarium fateri nec enim hic dicitur quod valeat fideiussio: sed dicitur q̃ in leuiorem causam est obligatus. & hoc fateor: sed quia in diuersam causam redditur nulla per l. contrariam.

LEX XXXVI.

Cum fideiubeat. Fideiubens pro naturali obligatione seruí, tenetur quatenus in peculio. h.d. in dubio puto q̃ fideiubens pro contractu seruí videatur fideiubere in omnẽ causam id est pro vtraque obligatione. arg. j. eo. l. si quis pro eo. §. si nummos. & l. si postea. rem pup. soluã fore. & §. locati. l. quero. in prin. & hoc si sciebat eum seruum. si autem credebat eũ liberum, & sic posset habere regressum contra eum, non tenetur in effectu: ne remaneat in dãno: sed cũ quis fideiubet pro libero homine, quem putat esse efficaciter obligatũ, & nõ est nisi naturaliter, tunc non curatur error suus si fideiusit de mãdato illius: quia habet regressum, sed curatur error illius: vt j. eo. l. si quis postq̃. casus est iste.

LEX XXXVII.

Cum is qui. Vní ex fideiussoribus soluenti totũ potest cedi actio tam contra principalem quã contra fideiussores: quia non est sublata mero iure: licet sit sublata ope exceptionis. tamen exceptio quæ obstat cedenti non obstabit cessionario: quia cessat causa. h.d. in effectu tex. cũ gl. & doc. & intellige q̃ poterit cedi etiam ex interuallo. licet gl. dicat cõtrarium. ecce casum. In tex. ibi, [præstat actiones.] subaudi ex interuallo. alias nõ haberet dubiũ: vt j. de so. l. Modestinus. & subaudi. Quæritur an valeat cessio? & arguit q̃ nõ quasi per solutionẽ vnius omnis obligatio competens creditori pro illo debito sit sublata ipso iure. ergo non potuit cedere actionẽ quã non habebat: sed cõtrariũ est. nam habebat plures actiones diuersas, & ex diuersis promissionibus orientes tam contra principalem quã contra quẽlibet ex fideiussoribus. illa ergo pro qua tenebatur soluens bene est sublata ipso iure: quia pro illa censetur facta solutio. & illa non potest cedi alteri ex interuallo. nisi tempore solutionis hoc esset actũ: vt d.l. Modestinus. sed aliæ nõ: quia pro eis non cẽsetur facta principaliter solutio obstaret tamen creditori exceptio si ageret cõtra principalẽ debitorẽ vel cõfideiussores, ne bis idẽ consequatur. quæ ratio cessat in persona cessionarij. & illud quod est solutũ: non solũ censetur solutum pro obligatiõe soluẽtis tollẽda: sed etiã vt cedãtur actiones cõtra principalẽ. & confideiussores, & sic tm̃ pretiũ earũ, non vt tollantur: quia cedi nõ possent, sed vt cedantur. creditor ergo recipiens hoc respectu est obligatus ad cedendũ. ergo illæ actiones remanẽt vt poterit cedi. Et hoc intendit dicere tex. sequens, qui est aliquãtulũ obscurus, & sic dũ dicit, [insolutũ.] subaudi tm̃: quia pro sua obligatione soluitur vt debitũ. & sic cedit insolutũ pro obligationibus aliorum non soluit vt debitũ: & sic nõ cedit insolutũ: sed soluitur vt pretium earũ. & sic eas nõ tollit. & hoc in his qui sunt accessorie obligati vt videantur soluere pro sua tantum obligatione, nõ pro obligatione principali: nisi hoc dicat expresse. & tunc illa tolleretur ipso iure, & in cõsequentiã aliæ etiã accessorie simsliter tollerentur: vt habentur. in l. Papinianus. §. manda. & l. stichum. §. si plures. j. de sol. sed in pluribus principaliter obligatis eodẽ genere obligationis. dic vt l. Modestinus. allegata: quia si vnus soluit, censetur pro sua & etiam aliorum obligatione soluere: & sic omnes tolluntur ipso iure. & ex postfactio nõ potest fieri cessio, nisi fuisset actum tempore solutionis. Et per hæc remanet expeditæ glo. quæ non bene loquuntur.

2 ☞ *Fideiubens ex certa scientia pro eo qui est liberatus tempore, an teneatur?*

LEX XXXVIII.

Si quis postquam. †Fideiubens per errorẽ pro eo qui liberatus est tẽpore, nõ tenetur. h.d. ecce casum. In tex. ibi, [liberatus est.] subaudi: à ciuili obligatione nõ à naturali, quę remanet etiã in actionibus temporalibus post lapsum tẽporis: vt l. atqui natura. in prin. de nego. gest. §. non autẽ põt intelligi hic in actionibus perpetuis. quæ hodie iure codicis tollunt̃ præscriptione xxx. annorũ: quia illa præscriptio hoc iure nõ erat inuenta: vt no. in l. qui occidit. §. ad l. aquil. sed nec per illã præscriptionem tollitur hodie naturalis, sed eliditur eius effectus: vt no. in l. fi. j. rem ra. ha. †In tex. ibi, [fideiussorem dederit.] subaudi per errorẽ, credẽs se non esse liberatũ. Si autẽ ex certa scientia, censeretur renunciasse exceptioni præscriptionis. argu. l. si quis delegauerit. j. titu. j. & vterq̃ tenere tur cũ effectu: quitur ergo hic quando ille qui dedit fideiussorem errauit. & tunc nõ curo an fideiussor erraverit, vel non. nam etiam si sciebat illum esse liberatũ si fideiusit mãdato illius, videtur tutus exceptione: quia si nõ esset posset ab illo recuperare. & sic error illi nõ ꝓdesset, & verfareť in dãdo: sed si sine mãdato fideiusisset, bñ attẽderẽ errorẽ ipsius fideiussoris: qa si nõ erravit, ab illo nõ recuperat: quia nõ vtiliter gessit negotiũ eius, & videtur donasse: sed si erravit & nõ verletur in dãno, erit tutus.

In tex. ibi, [erroris.] dic gl. intelligit de errore facti Dy. intelligit etiã de errore iuris: qui nõ nocet in dãnis vitãdis. nã & si solueret errore facti vel iuris, qui tutus est exceptione præscriptionis repeteret: vt no. in d.l. rem ra. ha. ergo & si promisit, vel fideiussorẽ dedit, similiter debet esse tut': cũ solutio & promissio paribus passibus ambulent quo ad hũc effectũ. l. fi. C. ad l. fal. & l. si patronus. de dona. Sed cõtra Dy. opp. de l. j. in prin. vt in pos. leg. vbi fit differentia an dederit p̃ errorẽ facti, vel iuris. Sol. & no. ibi loquit̃ qñ ille q̃ erat efficaciter obligatus, non tamẽ tenebať dare fideiussorẽ, ipsum dedit, quo casu si ex certa sciẽtia, valet datio: vt l. sed & si quis. §. cautio. si p̃ errorẽ facti, non valet. & repetitur seu cõdicitur liberatio tam respectu principalis, cũ̃ respectu fideiussoris: si autẽ per errorem iuris, repetitur dũtaxat quo ad fideiussorẽ: qa solũ petitur vt ille libereturẽ. & ille tex. in l. cõtraria secũdũ intellectũ Dy. & Bar. idẽ. hic aũt loquit̃ qñ ille qui non erat efficaciter obligatus qui erat tutus præscriptione, fideiussorẽ dedit. quo casu si ex certa scientia, videtur exceptioni renunciasse: vt dixi: sed si per errorẽ facti vel iuris: secus & nõ tenuit fideiusio. & ita voluit gl. in d.l. j. super verbo exceptione. Sed adhuc oppono fortiter, q̃ etiã si ex certa scientia dedit fideiussores, nõ teneat fideiusio: vt in l. si mulier contra senatus. §. fi. ad vellia. & l. sed & si paterfami. §. nõ solũ. ad maced. Sol. hic loquitur in eo q̃ erat tutus tali exceptione, cui poterat renunciare saltẽ simpliciter. & tunc distinguit̃ an ex certa scientia, vel p̃ errorem. ibi qñ nõ poterat renunciare saltem simpliciter tũc nõ distinguit̃ an ex certa scientia, vel per errorem: sed bene distinguitur inter exceptionẽ velleia. & illa competit indistincte fideiussori etiam si fideiusit animo donandi: vt d.l. si mulier cõtra. §. fi. & exceptionem macedoniani. & illa distinguitur, an fideiusit animo donandi, vel non: vt d. §. non solum. & rationem diuersitatis ponit gl. in d.l. si mulier cõtra. §. fi. Vltimo adhuc oppo. q̃ tex. iste non procedat dum dicit. in fi. q̃ fideiusio erroris nulla est intelligendo secundũ q̃ gl. intelligit. nam aut per præscriptionem sublata erat omnis obligatio. & tunc procedit glo. dum distinguit an ex certa sciẽtia, vel per errorẽ: quia etiã si ex certa scientia esset nulla. cũ non subsit principalis cui poterit accedere: vt §. e. l. q̃ contra & j. lege proxi. fina. aut fuit sublata saltem naturalis. & tunc non videtur procedere text. dum dicit q̃ est nulla: quia imo esset aliqua saltem quo ad naturalem obligationem: vt sic teneatur eo modo quo principalis. Bar. multũ dubitauit in hoc contrario. & primo dixit se intelligere tex. eo casu quo omnis obligatio est sublata: sed ego nescio casum in quo poterit esse sublata: qa tẽpus nõ est mod' tollendi obligationẽ saltẽ naturalẽ, si est tẽpus legale. & si cõuẽtionale. & sic habet vim pacti, nõ est modus tollendi ciuilẽ. l. obligationũ fere. §. placet. de act. & oblig. iuncta, l. eum qui. §. ita. de verb. obl. vnde idem Bar. dicit q̃ volendo intelligere quando non cẽst sublata omnis obligatio, debet exponi text. dum

dum dicit. [nulla.] subaudi quantum ad effectum, nõ autẽ ipso iure. sed hoc est destruere tex. & gl. in d.l. j. vt in pos. leg. sup verbo. [exceptione.] intellige ergo istũ tex. vt iacet. q̃ sit nulla ipso iure. ad contrariũ ergo respondeꝯ q̃ licet remanserit naturalis: qa tamen sunt omni inefficaces, cum sint elisæ per exceptionẽ, nec habeant effectum impediendi repetitionẽ soluti, per errorẽ iuris, vel facti: vt no. in l. fi. rem ra. ha. perinde est ac si essent in rerum natura. quo casu fideiusio esset ipso iure nulla deficiente principali. ita & hic, quia paria sunt non esse, vel esse inutile. vt l. j. §. quibus. §. quod cuiusꝯ. vni nomi. Nec ob. l. Marcellus. §. eo. cum simi. qa ibi quando quis fideiusit pro sola naturali nõ elisa per exceptionem quia non fuit coniuncta cum ciuili. nec peperit actionem. & illa est potentior. hic qñ semel fuit iuncta, & actionem produxit, & postea per exceptionem eliduntur. & illa est inefficacior. Et adde hic qđ no. Bar. plene distinguẽdo in l. si patronus. de dona. quando ille qui tenetur dare fideiussorem ipsum dedit & teneat. & cum illis iunge quæ §. dixi. quæ dant magis illa intelligere.

LEX XXXIX.

Si stichum. Si in obligatione principali cõpetit electio debitori, non potest in fideiussoria dari electio fideiussori. h.d. qa posset discordare. & sic esset assumptus in alia re quã debeat principalis. casus est iste. stipulatus fui a te stichum aut pamphilum &c. In tex. ibi. [quia futurũ esset.] dic, sed cum possent concordare in eligendo, quare non valet fideiusio saltem in hunc casum. vt innuit tex. §. dum dicit, [non possum &c.] respõdeo q̃ ius potius p̃sumit q̃ discordent propter naturalem cõditionẽ hoĩm aptam potius ad dissentiendũ. vt l. item si vnus. §. fi. §. de arbi. & quia qñ cõcurrũt duo. quorũ vnũ prodest, aliud nocet, inspicit id q̃ nocet. vt l. si qs in graui. §. fi. cũ l. se. §. ad sil. Ex discordia autẽ sequeretur q̃ essent obligati ad res diuersas. vt l. greçe §. si quis stichum. §. eo. Sed contra de §. idem Iulianus. eadem l. Sol. ibi sunt casus diuersi. nam hic loquitur quando datur electio principalis in obligatione principali, & in fideiussoria dať fideiussori. ibi quando in vna datur debitori. altera in vna creditori. vel in vna creditori in altera fideiussori. licet glo. alleget istũ tex. pro concordantia: sed magis est cõtra. hic nõ sunt alia.

§. Atitio. Fideiussor acceptus pro obligatione conditionali non tenetur si tempore conditionis aduenientis non reperitur persona vel res p̃ quibus obligetur h.d. casus est iste. si enim iste fideiussor obligaretur p̃ ipso creditore, tanquam hærede debitoris apud eundem tanc̃ creditorẽ. & hoc stare potest. vt j. eodem l. si quis pro eo. §. j. nec retrotrahitur conditio: quia res non est in eisdem terminis quibus erat tempore fideiusionis factæ. & sic deficiunt extrema.

LEX XL.

Mt fideiussor. Fideiussor soluẽs cõtra confideiussorem, non habet actionẽ nisi cedatur. h.d. no. licet ergo habeat beneficiũ diuisionis, & etiã cessionis, non tamẽ habet beneficiũ vtilis actionis ad recuperandũ partẽ eius quã soluit a fideiussoribꝰ. vt hic secus in tutoribus quorum vnus soluit: quia habet vtilẽ actionem contra alios: licet sibi non sit cessa. & etiã supradicta alia beneficia. vt in l. alleg. in glo. & quæ sit ratio diuersitatis gl. hic ponit: sed reprobatur. ideo dic melꝰ vt no. gl. in l. ex facto. de neg. gest. & tetigit §. eodem. l. fideiussoribus. venio ad casum. In tex. ibi, [dando non est.] videbatur cõtrariũ, quia si cõfideiussor erat præsens, & soluẽdo poterat petere diuidi actionem & illum pro sua parte conueniri si hoc non fecit. sed si totum soluit, videtur illius negotium gessisse. & illum ab illa parte liberasse: vnde videbatur dari actio nego. gest. Sed cõtrariũ est: quia negotium ad fideiussorem non pertinet principaliter: sed ad reum: & illius negotium dicitur gessisse principaliter, licet in consequentiam liberato reo fuerit liberatus etiam confideiussor. & hoc vult dicere glo. in d.l. ex facto q̃ potius ex natura actionis liberať quod officio gestionis id est quia obligatio sua est accessoria & tollitur sublata principali. non ex eo quod soluens voluerit gerere negotium illiꝰ. In tex. ibi. [actiones.] ad quod creditor tenet. vt §. eodem l. si fideiussoribus. & potest cõpelli vel ope exceptionis: vt in glo. & eo. l. si mãdato. licet antequã condẽnetur vel soluat. vel etiam officio iudicis agendo postq̃ soluit: vt in l. si res obligata. in fin. & ibi not. de leg. j. & etiã ex interuallo: licet gl. hic dicat contrarium. & non bene vt §. eo. l. cum is. & ibi dixi. l. Sufficit &c.

LEX XLI.

Cum duo rei. Ab vno ex duobus reis debendi põt dari fideiussor pro tota quãtitate. h.d. ratio dubitandi poterat esse: quia si sunt obligati ex causa onerosa: puta propter mutuum eis factum, & conuersum in vtilitatem vtriusq̃, debitũ videbatur esse cõmune. & ad quemlibet eorum pertinere pro parte. hinc est qđ vno soluente totum, potest recuperare a correo partẽ sibi tãgentem: vt in l. j. C. de duo. reis. & hodie etiã si sint ex causa lucratiua, habent beneficiũ diuisionis: licet non vtilis actionis. & sic quilibet videatur in effectu teneri pro parte: vnde pro illa tantũ videbatur quod posset dare fideiussorem. & si daret pro toto, fideiusio esset nulla: quasi in duriorem causam esset obligatus. sed contrarium est: quia non obstantibus prædictis quilibet est obligatus insolidum mero iure: licet possit recuperare vel petere diuidi. hoc nõ facit quominus possit dare fideiussorẽ in totũ. nã & fideiussor potest recuperare à principali. & tamen potest dare fideiussorem pro se: vt §. eo. l. si plures. §. præterea. casus est iste.

2 ☞ *Si aliqui contraxerunt inuicem societatem, & præposuerũt unum ex eis negotiationi, & ille neglexerit exigere à debitoribus societatis cum posset, & illi effecti sunt non soluendo: an ille teneatur de negligentia in exigendo commissa.*

LEX XLII.

Si fideiussores. †Fideiussor acceptus pro eo quod à principali non potest exigi, non tenetur, si principalis semel fuit soluendo & creditor neglexit ab eo exigere. h. d. notabiliter. casus est iste. In tex. ibi, [& post impletam legitimã ætatem.] & sic tempore depositi officij. Dyn. & hoc ideo dicit, quod iste minor durante officio nõ potuisset illum curatorẽ conuenire: vnde si tunc fuisset effectus nõ soluendo, posset agere contra fideiussores qui se obligauerũt in subsidiũ: cũ nihil sibi posset obijci, post finitũ aũt officiũ potuit ipsum cõuenire. vnde si neglexit hoc facere cum ille esset soluendo, si postea desijt esse, non recuperat à fideiussoribus: quia verba illa, [quod à curatore seruari non possit.] intelligitur, scilicet cessante omni culpa & negligentia dicti quondam minoris. & not. hic limitationem ad l. decem. §. de verb. obl. vbi dicit qđ fideiussor isto modo acceptus in subsidium potest subire periculũ si principalis reperiatur nõ soluendo. nã debet intelligi, vt hic: nisi aliquando fuerit soluendo, & creditor neglexit ipsum cõuenire. Sed cõtra de l. si fideiussori. j. e. vbi etiã si denũtiauit creditor vt cõueniat principalẽ: qa dubitat q̃ nõ efficiať soluẽdo: & ipse creditor neglexerit, nihilominus recuperat à fideiussore Sol. ibi fidẽiussor se obligauit simpliciter. vnde creditor nõ tenebatur obtẽperare protestationi: sed poterat eligere quẽ volebat illo iure: hic se obligauit in subsidiũ. ideo hodie cũ nõ poterit incipere à fideiussore nisi excusso principali. Idem esset in præcedenti denunciatione sibi facta: vt conueniat principalem cum sit soluendo, & dubitatur vt efficiatur nõ soluẽdo, & creditor neglexit, haberet locũ ista l. † Ex his dictis inducebã hãc l. qa quidã cõtraxerũt inuicẽ societatẽ & proposuerunt vnũ ex eis negotiationi: ille neglexit exigere à debitoribus societatis, cũ posset. & illi effecti sunt nõ soluendo, q̃ ille teneatur de negligentia in exigẽdo cõmissa quod etiam probať expressius in tex. & glo. in l. tutores qui post. §. periculo. §. de admi. tut. & C. eo. ti l. debitoribus. & arbi. tute. l. ꝯ. facit l. si seruus. §. cũ qd de leg. j. In text. ibi, [quam ab hæredibus.] iste text. innuit q̃ si eo mortuo hæredes sunt soluendo, debeat prius excuti quam perueniat ad istos fideiussores: sed contra, imo poterit puniri: etiam anteq̃ concutiantur statim illo mortuo vt §. eo. l. fideiussor obligari. §. fi. Sol. breuiter quicquid dicat Bar. dic quod ibi fideiussor se obligauit sub conditione si principalis nõ soluerit. & ista conditio existit eoipso q̃ moritur. hic se obligauerũt isti in eo quod exigi non poterit. & sic verba sunt prolata potius in rem quam in personam. & debent intelligi poterit exigi tam principali quam ab hæredibus eius: vt hic patet sequitur. §. Idem respondit. alias & si insolidum.

Universidad de Sevilla Biblioteca

2 ¶ Seipsum. In hac q. vide de Rota decis. suis de dolo & contu. in antiquis decis. cccl x. vbi ponunt an procura. posit petere impēsas quas facere potuisset, si in causa sua procuratorem alium conduxisset.

b Conferetur. Vide Bal. in l. facere. ff. sol. mat. Spe. in tit. de iudi. §. specialia. ver. fideiussor. Bald. in l. si pro ea. C. mā. & in l. Lucius. ff. mā. in repe. l. antiquæ. ad velle. & in l. fi. C. de vsur. rei iud. & in l. si mandato meo. §. in iudicio. ff. manda. & in l. per diuersas. C. eodem.

2 ☞ *Sicut quilibet ex pluribus fideiubentibus tenetur insolidum: ita & quilibet ex pluribus mandatoribus.*

3 *Mandatores habent inter se beneficia quæ habent fideiussores, scilicet cessionis, & etiam diuisionis.*

Beneficium cessionis an possit opponi quando plures fideiussores sunt obligati per instrumentum, & statutū dicat q instrumenta mittantur executioni sicut sententia?

1 **§. Idem respondit.** †Beneficiū cessionis etiā post sententiā post sentētiā potest implorari. h. d. & etiā ante sentētiā: vt non condēnetur nisi prius cedatur: vt ff. e. l. si mandato meo. Quando autē opponitur post sententiā, opponit vt nō cogatur soluere anteqū cedat: sed certe postq̄ soluit pōt per officium iudicis implorari. vt no. in l. si obligata. in fi. de leg. j. & dixi ff. eo. l. vt fideiussor. Est ergo anormala hæc exceptio. nec sequitur naturalē per emptoriam quia non posset opponi post sententiam. nec habet naturalem dilatoriam: quia nō posset opponi post litem contest. vt l. ita demū. C. de pcu. iuncta. l. per emptorias. sen. rescindi. non pos. ideo autē pōt obiici post sententiā: quia eam non impugnat de iniustitia, sicut & alia de q bus in l. Nesennius. de re iudi. & l. ex diuerso. in fi. sol. mat. alias non posset obiici post: vt l. per empto-

2 rias: vt no. in l. j. C. de iur. & fac. igno. casus est iste. †In text. ibi, [vnus ex mandatoribus.] no. q̄ sicut quilibet pluribus fideiubētibus tenet insolidū: vt insti. eo. §. si plures. ita & quilibet ex pluribus mandatoribus: quia tenentur accessorie: nō sic quilibet ex pluribus principaliter se obligantibus. nisi fuerit expresse dictū: vt no. in l. si paternā. ad velle. C. & ff. de duo.

3 reos. reis. §. fi. †Itē no. q̄ mandatores habent inter se illa beneficia quæ habent fideiussores, s. cessionis, & etiā diuisionis: vt C. de cōsti. pec. l. fi. Sed q̄ritur quid si plures fideiussores sint obligati per instrumentū, & statutū dicat q̄ instrumenta mittantur executioni sicut sententiæ quantum ad hoc vt possit incipi ab exceptione, quod non est de iure communi: imo oportet libellū dari & sentētiam ferri: vt l. si pacto. C. de pact. non autem habet vim diffinitiuæ quantū ad hoc vt præcludat viam opponendi exceptiones peremptorias quascunq̄, licet vera sententia diffinitiua hoc habeat: quia tunc habuit tēpus eas proponendi ante sententiam. vnde sibi imputet si non opposuit: sed isto casus cum est obligatus per instrumentū, nō habuit tempus opponendi. nā ante obligationē nō: quia non cōpetebāt: post ea cōtracta nō: qa sentētia habet ꝓ rata: vnde si non posset opponere in executione, priuaret iure suo, q̄ esse nō debet. & ad hoc allego Inn. c. cū olim. de pos. & proprie. in j. col. vbi in simili ita determinat. & Bar. in l. j. quod vi aut clā. in prin. in fi. sui commenti. & Bal. in l. ij. C. de consti. pecu.

1 ☞ *Per pecuniam cæteræ res æstimantur, non econuerso.*

Æstimatio succedit loco rei, & censetur esse eadem.

An una pecunia æstimetur per aliam?

3 *Fideiussor an possit se obligare ad aliam rem quā sit principalis?*

LEX XLIII.

Si ita fideiussorem. †Pro eo qui tenetur ad pecuniā nō potest accipi fideiussor qui promittat speciē vel aliā rē: licet secus econtra. ita videtur innuere litera. quāquā glo. videatur dicere cōtrariū. quā etiā sequitur Bar. sed tūc ille ver. [quia nō vt æstimatio & c.] nō bene veniret ad præcedētia. nec adaptarēt ad illa: ideo magis placet q̄ ff. dixi. casus est iste. In tex. ibi, [quia nō vt æstimatio.] dic respondet tacitę opppsitioni: quia contra si aliquis est obligatus ad frumentū, potelt dare fideiussorem qui se obliget ad æstimationem eius. Sed respondeq̄ ideo hoc: quia pecunia est inuenta, vt per eā aliæ res æstimentur, & succedat, loco aliarum rerū. vnde qui habet æstimationem censetur habere: rem ergo fideiussor non censet se obligasse ad rem diuersam puto tamen fideiussorē teneri ad æstimationē eo casu quo contra principalem deueniretur ad æstimationē officio iudicis mercenarij: vt in obligationibus dādi post morā rei perempta re: vel si alias haberi non potest, iuxta no. in l. vinum. in fi. mag. gl. si cer. pe. & ff. de ver. obli. l. si seruū.

2 §. fi. †Et no. hanc l. quæ semper alleg. ad hoc q̄ cęteræ res æstimātur per pecuniā, nō econuerso: & quod ęstimatio succedit loco rei, & censetur esse eadē. an aūt vna pecunia æstimet per aliam: dic vt not. Bar. j. de sol. l. Paulus respondet creditorem. in vltima charta: quia pecunia grossa æstimatur per minutam.

3 nō econuerso: vt floreni per solidos. †No. etiā in princ. huius l. q̄ fideiussor nōt se obligare ad aliā rem quā sit obligatus principalis. vt ff. eo. l. græce. §. si quis stichum. Sed cōtra de l. sti pulatus es opus. j. eo. vbi pro eo qui tenetur ad factū potest fideiussor promittere interesse. Sol. non propterea dicitur obligatur ad aliā rē. cū ille qui promittat factum, fictione iuris fingatur etiam interesse promisisse, si fuerit in mora faciendi: vt l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. de verb oblig.

LEX XLIIII.

Ià Titio. Fideiussores dati à diuersis obligatis ad idem debitum, non dicuntur cōfideiussores. h. d. no. & sic habent beneficium diuisiōis ex epistola: quia nō datur nisi inter confideiussores, & ex persona propria ipsorum cōfideiussorum: sed hodie eum duo rei debendi habeant inter se beneficium diuisionis ex noua constitututione, & exceptio competens principali, competit etiā fideiussori. poterit fideiussor vnius conuentus ad solidum opponere beneficium diuisionis ex noua conditione. & ex persona illius pro quo fideiusit & hoc voluit Dy. & Bar. j. eod. l. inter eos. §. duo rei.

2 ☞ *Si aliquis aduocatus agitauit causam propriam, & pro se ipso allegauit, & obtinuit an possit in condemnatione expensarum petere salarium aduocati?*

3 *Conditio contractus debet impleri.*

Si quis promiserit stare laudo talis sub pœna, & laudum illius fuit petitum reduci ad arbitriū boni uiri, qui reduxit, & ille non stat reductioni, an poterit ab eo peti pœna?

LEX XLV.

Tipulatus. †Pro obligato ad factum potest accipi fideiussor qui se obliget ad interesse. Item contractus cui non statur, habetur pro non facto, & conditionem non implet. h. d. & Bal. consueuerat allegare hanc l. ad vnū de quo j. dicā. & ad idem allegabat. l. cū in plures. §. lege dicta. ff. locati. In tex. ibi, [ante certā diē fieri.] puto pro xx. à dandis. In tex. ibi, [quāti, vt efficiatur.] i. dicere quatenus plus alteri locaueris, vñ quia illa fuit in mora: tu locasti alteri pro xxv. & quia ille fideiussorē non dabat, tumet opus fecisti: & tunc à primis fideiussoribus, illa quinq̄ quibus alteri locasti, videbatur q̄ bene peteres: quia conditio pro qua fideiusserunt videtur impleta. Sed cōtrarium dicitur: quia licet fuerit impleta verbaliter, non tamē realiter. cū huic secundę locationi nō steteris. vnde habetur pro nō facta. & cū feceris per te ipsum opus, non pores petere perinde ac si per

2 secundum cōductorem factum esset vnde † inducitur ad q. Si aliquis aduocatus agitauit causam propriā, & pro seipso allegauit, & obtinuit. non potest in condēnatione expensarū petere salarium aduocati, postquā aduocatū non habuit, nisi se

a ipsum[a] facit l. habitatores. ff. loca. Doct. tamen dicunt q̄ si propter hoc perdidit lucrum alterius aduocationis, poterit illud petere tanquā interesse: de hoc in Spe. de expensis. §. postremo. versicu. quid si victor. & versi. sequen. †No. etiam q̄ cōditio contractus debet impleri. & inducebat Bald. si quis promiserit stare laudo talis sub pœna: & laudum illius fuit petitū reduci ad arbitrium boni viri, qui reduxit. & ille nō stat reductioni: non poterit ab eo peti pœna: quia non promisit pœnā, si non steterit arbitrio reducentis: sed si non steterit laudo primi proferentis. pro hoc ille §. lege dicta. Sed Inn. in c. præterea. de appel. videtur tenere contrarium. & etiam Bar. in l. j. §. & post operis. de no. oper. nuntia. & vide Inno. in d. c. præterea. de appella. & Bal. ead l. j. de his quæ pœnæ nomine. in x. q. & in l. fi. de contrahen. emp. de qō. supra dicta. ad quam Bal. al legabat istam l. hic non sunt alia.

LEX XLVI.

Ideiussor. Fideiussor condemnatus etiā antequam soluat agere potest vt libereť

b vel indemnis conseruetur. b h. d. casus est iste. si autem nō esset condēnatus, tunc anteqū soluat agere non posset: nisi diu stetisset in obligatione: quod dic vt l. Lucius. ff. mād. & C. eod.

eo. titu. l. si pro ea. quia videtur dedisse fidē de soluēdo: vt l. in debitam. de cōdictio. indebi. & sic anteq̄ soluat nō est functus officio suo. dicit tamen hic Bar. q̄ si esset obligatus per instrumentū q̄ ex forma statuti haberet exceptionē paratam, sicut sententia, q̄ tunc esset idem quod hic. quod Ange. reprobat. & bene quoniam à principio sciebat posse incipi ab executione: & nihilominus fidem dedit de soluendo. vnde decipere tur debitor si statim ab eo posset molestari ipso adhuc à creditore non molestato: ideo dicit eum non posse agere, nisi diu

a steterit[a] in tali obligatione.

2 ☞ *Ex contractibus per legem reprobatis, in quibus nulla oriatur obligatio.*

LEX XLVII.

Vm lex. †Fideiussor pro cōtractu per l. reprobato effectualiter non tenetur. h. d. & est l. vulgaris. venio ad casum. In tex. ibi, [fideiussor quoque liberatur.] i. ipso iure non obligatur, quādo ex tali contractu nulla nascitur obligatio, etiam naturalis. q̄ quando fit statim dicam: quia tunc deficiente principali non potest contrahi fideiussoria: vt ff. e. l. qui contra. vel dic, [liberatur.] scilicet quo ad exceptionis quādo ex tali cōtractu oritur obligatio & actio, obstat tamen exceptio. nā trāsit ad fideiussorem. qđ etiam quando fit j. dicam. In tex. ibi, [eo magis.] dic probat per rationem talem. nā neutro prædictorū casuū potest principalis venditor compelli ad obseruantiam cōtractus directo, ergo nec debet posse compelli per indirectum: vt in c. cū quid vna. de reg. iur lib. vj. sed si fideiussor efficaciter teneretur per indirectum, compelleretur: quia contra principalem rediret.

2 †Sed quomodo sciam oritur an aliqua obligatio, vel non Bar. hic examinat. & in effectu dic qđ in tribus casibus nulla oritur obligatio etiam naturalis. Primus q̄n l. resistit cōtractui dirigendo verba in actū hominis: vt si dicat statutū q̄ nullus ciuis vendat rē immobilē forēsi: vt C. nō licere habitatoribus metrocomiæ. l. j. lib. xj. & quæ res ven. nō pos. per totū. & l. si in emptione. §. j. de cōtrahē. emp. Idē si dirigeret verba in emptorē. nā cum emptor & venditor sint correlatiua, censetur & alter ꝓhibitus: vt l. ij. in fi. C. de indi. vidui. & de cupresis l. j. de leg. ij. Secundus q̄n l. resisteret potentiæ, vt si diceret q̄ nullus forensis posit vendere, vel mulier, aut minor nō poterint vendere sine certa solennitate. Tertius quādo resisteret obligatiōi: vt si diceret q̄ nō posit minor obligari vel mulier sine tali solēnitate. ar. ff. e. l. sed si serui dominus. ibi, obligari nō possit &c. Nā in illis casibus etiā obligatio naturalis nō oritur. cū illa sit de iure gentiū, & præceptū iuris gentium est vt obediatur superiori: vt in l. veluti. de insti. & iur. & sic talis cōtractus tanq̄ celebratus cōtra præceptū iuris gentiū nō habet ab ipso iure fundamentū, vt obligationē aliquam ab ipso inuētā producat vt etiā ꝓbatur in l. si nō sortē. de cōd. inde. & l. eos. C. de vsuris. aliquādo aūt l. nō resistit alicui de dictis tribus: sed resistit actioni, & sic effectui cōtractus: vt quia dicit actionē non dabo. vt in Velleiano, & Macedo. & tunc oritur obligatio ciuilis & naturalis: sed ob. exceptio: vt l. sed naturalis. ff. ad Macedo. & ista exceptio an prosit fideiussori. dic vt dixi. ff. eo. l. si qs postq̄. quia est differentia inter exceptionē Velleia. & Macedo. vt no. in l. fi. ad velleia. Interdū. l. dicit quod gestū est ratū nō habeo. & tunc idē: vt oriatur obligatio ciuilis & naturalis. Sed ob. exceptio. vt in edicto. q̄ me. cau. & de dolo. huic tamē exceptioni potest spōte renūciari. & ideo si fideiussor ab ipso principio intercederet: quia eodē metu vel dolo videtur intercessisse: tunc cōpeteret sibi exceptio, sed si ex postfacto, cessante dolo vel metu nō haberet fideiussor hanc exceptionem. imo dolus vel metus censeretur purgatus per l. pen. de cōdi. ob tur. caus. Interdū l. dicit contractū talem nō valere. & tūc si propter defectū solennitatis, vel alterius rei existentē à prin. cōtractus nulla oritur obligatio: vt patet in ti. de do. inter vi. et vxo. pro qua donatione nō pōt fideiussor accedere: quod non esset si oriretur naturalis. patet in l. non dubiū. C. de legi. si aūt propter aliquē defectū ex postfacto superuenientē: vt si dicat statutū q̄ cōtractus debeāt insinuari infra mensem postq̄ fuerint celebrati: alias nō valeāt: intelligit, s. ope exceptionis ar. in l. vniuersa. cū ibi no. C. de pci. impe. offe. Aliqn & quarto l. resistit alienationi. vt l. Iul. de fundo do. & in ti. de prędi. mi. quæ

a ¶ Diu steterit. Adde quod voluit Ludo. Roman. singu. suis. fol. xiij.

2 ☞ *Accusatus uel inquisitus qui dedit fideiussores de præsentando se ad mandatum potestatis, & de soluendo omnem condemnationem si postea fuit cōdemnatus, & eius bona confiscata, an fideiussores sint liberati?*

3 *Confiscatio bonorum, an extendatur ad bona postea quæsita?*

Deportatus quo casu habeat hæredem ab intestato?

LEX XLVIII.

I debitori. †Pro obligatione nō extincta: sed in fiscū translata, non potest fideiussor accipi si se obligat ꝓ primo debitore liberato. h. d. tex. secus si pro fisco. h. d. gl. & bene. In tex. ibi, [extincta.] sed melius diceret qđ eius persona est ab obligatione subducta: vt l. j. ff. de duob. reis. sed vult dicere q̄ sicut q̄n est omnino extincta, non potest pro ea intercedere fideiussor. ita & quando est in fiscum translata, non potest accedere pro primo debitore ab obligatione subducto, quantum ad eum habetur pro extincta. & per hanc l. dicit Dy. & Albertus papiensis fuisse terminatā quæstionem Bononiæ de quodam accusato vel in-

2 quisito † qui dederat fideiussores de præsentando se ad mandatū potestatis, & de soluendo omnem condēnationem, qđ si postea fuit condemnatus, & eius bona confiscata, fideiussores sunt liberati: sicut q̄n creditor succedit debitori: vt ff. eo. l. hæres à debitore. §. q̄ si stipulator. nā hic fiscus loco creditoris est, & per confiscationem succedit debitori. Sufficit. In gl. ibi, [quia omnis obligatio ciuilis & naturalis trāslata est in fiscū.] No. istam gl. quæ dicit verum. sed glo. j. eo. l. vbicunq̄. dicit in fiscum nō transire nisi ciuilem: sed naturalem apud eundē remanere. Glo. autem in l. j. C. eo. dicit neutrā in fiscum transire: sed ambas penes eū remanere. & obstare exceptionem. in §. si autem. ff. de duob. reis. Doct. tenent istam per l. quoties. in fi. j. e. ti. & per istum tex. quia si non transiret in fiscum, posset accedere fideiussor pro deportato: vt l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. eo. In gl. ibi, [ex cōtractu ficto post deportationē.] quod intellige de contractu iurisgentium sunt non sint ei interdicta: ideo etiā potest acquirere dominiū ex contractu iurisgentiū: vt l. si tibi mādauero. §. is cuius bona. ff. mā. secus si ex

3 cōtractu iuris ciuilis. † Confiscatio autē nō extēditur ad postea quæsita vel cōtracta: vt no. per glo. in l. nō ad ea. de cōdi. & demō. sed eo postea moriēte in deportatione, trāseunt in fiscū tāq̄ in hæredē: vt l. ij. C. de bo. dā. & no. i d. §. iis. cui bona. facit l. si deportati seruo: cū ibi no. de leg. iij. sed si filius nollet, venirent venientes ab intestato. & hic est casus in quo deportatus

Universidad de Sevilla
Biblioteca

posset habere hæredē ab intestato, licet hæres sit de iure ciuili, ita habet in tex.& gl.j.de re.iu.l.ea sola. quā no. Non sunt alia.

§.Si filius fami. Si filius numerat post emancipationem, acquiritur actio sibi de æquitate: licet tēpore quo erat in patria potestate fuisset stipulatus. h.d.de rigore autē acquireretur patri: vt hic innuit.& ista æquitas procedit ex eo: quia ista numeratio non trahitur retro, cum debitor potuisset eam nō recipere.& sic faceret obligationem non oriri: vt l.si pecuniam.ś.si cer.peta.iuncta.l.fi.quæ res pig. ob.pos.Cætera vide per Bart.in l.si filius.ś.de verb.oblig.

Duo casus in quibus cessat beneficium diuisionis, etiam si fideiussor sit soluendo.
Quando creditor est in dolo, inducēdo illum qui inefficaciter obligatur ad fideiubendū, perdit beneficium quod haberet contra confideiussorem in conueniēdo ipsum insolidum, si non fuisset in dolo.

LEX XLIX.

SI Titius. †Fideiussor inefficaciter obligatus facit vt cōfideiussori nō detur beneficiū diuisionis, si ipse hoc sciebat, vel scire poterat, & debebat vel ipse ex interuallo acceptus fuerit. nisi creditor fuerit in dolo: quia tunc dictis casibus locus est diuisioni.& idē si verisimiliter poterat ignorare. h.d. ista singularis l.& primo loquit quādo simul fideiusit masculus & fœmina, vsq; ibi, [huic similis.] Secundo quādo masculi: sed vnus erat maior, vsq; ibi, [quā si solo.] Tertio ponit vnam limitationē ad secundū singulare. quę locū habet etiā in primo, venio ad casum. casus est iste &c. †Recolligę ergo hic duos casus in quib⁹ cessat beneficiū diuisionis, etiā si confideiussor sit soluēdo. Primus, quādo ille inefficaciter fuit obligatus, & alter qui cōuenit, hoc sciuit, vel scire potuit,& debuit : quia tūc non censet fideiussisse cōtemplatione actionis diuidendæ inter se & illum : secus si verisimiliter poterat ignorarę, vt si fideiusit maior & minor. nā maior poterat probabiliter ignorare an fideiussor esset minor, vel non: & posito q̄ esset minor, an haberet beneficiū restitutionis in integ. vel non: quia si negotiū pertinebat ad eum, non lædebat. & sic nec restituebatur. ideo tūc daretur hoc beneficiū fideiussori: secus si sciuisset ipsum minorē: & posset petere restitutionem.& ita intellige secundū casum, similiter in primo si habuisset iustam ignorantiā, vt quia mulier inducit se veste virili, similiter daret fideiussori hoc beneficiū. non est ergo differentia inter primū casum & secundū, nisi in hoc : quia in primo non sic probabiliter ignorat mulierē inefficaciter obligari, sicut insecū do ignorat maiorē efficaciter obligari: sed positis terminis paribus idē est in vno quod in alio. Secūdus casus, quādo vnus fideiusisset primo: & alter post ex interuallo. nā & tūc prim⁹ si ignorabat de secundo, videtur fideiusisse contēplatione secūdi ideo non habet beneficiū.& ita intellige ver. [sed ita demum.] si autē sciebat, tunc secus: vt no.ś.e.l.si stipulatus. §.si ex duobus. hic ergo nō, quia minor: sed quia ex posttacto intercessit, non daf primo intercedēti hoc beneficiū. nā etiā si esset maior non daret. ita intelligo istum tex.& ita etiam intelligit glo. in l.si plures. in j.gl.ś.eo. Sed hoc. vidēt intelligere, q̄ hic propter duo nō datur primo beneficiū diuisionis, scilicet quia ex interuallo fideiusit secūdus,& quia inefficaciter obligatur cū sit minor: secus si efficaciter. quia tūc adhuc dicunt confideiussores: vt hic colligitur circa fi. in vers. [confideiussorem.] & inter confideiussores locū habet, sed hæc ratio non placet. nā nō semper locum habet: vt in primo casu huius l.& ideo dic vt dixi. in d.l.si plures. nam Docto. fatentur q̄ primus fideiubens non habet beneficium eessionis contra secundo fideiubētem: per id q̄d. no. in l.si stipulatus.§.si ex duobus.ś.e. quare nō idē in beneficio diuisionis video. ideo in vtroq; distingue an sciret vel ignoraret: vt dixi in d.l.si plures. †Item no. singulariter q̄ quando creditor est in dolo inducendo illum qui inefficaciter obligatur ad fideiubendum, perdit beneficium quod haberet contra confideiussorem in conueniēdo ipsum insolidum, si nō fuisset in dolo.& nō pōt ipsum conuenire nisi pro parte. & sic solum punit aduersus illum contra quē cōmittit dolū : sed etiā aduersus alterū contra quem nō cōmisit. quod est mirabile.& adducit similitudinem de alio casu simili. nam si habeo debitorem,& per dolum induco minorem ad promittendū mihi animo nouandi q̄ ille debebat, si restituatur minor, nō restituitur mihi vtilis actio in pristinū debitorē:& tñ si nō fuissem in dolo restitueret per tit.C.de rep.quæ fiūt in iudicio: ga restituto minore restituitur aduersarius eius.& oīa debēt reponi in pristinū statum.l.q̄d si minor.§.restitutio.de mino.& cū ista l.cōcordat l.qui res.§.huic applicat.j.de solu.secundū intellectum gl.q tex.limitant singulariter illū tit.de repu.q̄ fiūt in iudicio. & quod hic dicitur in illo qui induxit p dolū minorē, locū haberet etiam in primo casu si induxisset mulierē vt nō posset cōuenire fideiussorē nisi ,p parte.q̄d est valde notandū.& sic dolus creditoris ꝓponderat ignauiæ fideiussoris. & sibi prodest & in hiscōsistit subst̄atia huius l. No. etiā ex prin. huius pro intellectu. l.iij.ś.eo. vt ibi nō distinguatur inter scientē & ignorātē: ga ibi loquit q̄n ille qui tenebatur dare fideiussorē dedit mulierē & dicitur q̄ nō est liberatus: quia nō fecit q̄d debuit. & tamen creditor sciebat vel scire debebat illam inefficaciter obligari: vt hic.& ista sentit glo. vt scientia creditoris non ꝑsit debitori vt libereť. Sufficit. In gl. quæ incipit, [nesciebat em.] ista gl. vult in effectu q̄ iste dū dicit, [propter incertū ætatis.] determinet verbū, [interceſſerit.] creditor dubitans de ætate minoris voluit alterū primo intercedere: & minorē postea: vt primus nō haberet beneficiū diuisionis. nec possumus dicere quod melius determinēt verba superius posita. dū dicit, [onus totū alteri irrogādū.] quia primus nō perdit beneficiū diuisionis.& hoc si simul fideiusserunt: secus si ex interuallo. Itē q̄rit glo. qd ecōuerso, si primo minor, postea maior.& dicit idē, vt maior teneat insolidū multo magis: tu dic hoc verū si ignorabat de primo. si autem sciebat. tunc aut etiā sciebat illū ineffaciter obligatū,& idē. nā his duobus casibus nō cēset fideiusisse cōtēplatiōe illius: si aūt credebat illū inefficaciter obligatū: tūc ille secundus haberet beneficium diuisionis, si iustam habuit causam credendi sicut si simul fideiusissent : vel ipse primo,& minor postea: ipse hoc sciuisset & credidisset ipsum efficaciter obligari.

LEX L.

SI testamento. Exceptio cōpetēs principali tranſit in fideiussorē. h. d. etiā inuito principali: vt ś.e.l.ex persona. & l.si stipulatus: nisi fideiusisset animo nouandi: tunc nō semp sic esset : vt in l.sed & si pater.§.non solū ad macedo. licet aliquādo idem esset: vt in l.si mulier. cōtra §.fi.ad vellei. & l.q̄d dictū.ś.de pac. q̄dā tñ sunt exceptiones quæ non trāseunt: vt l. exceptiones.ś. de excep.& l.Idemq̄.§.generaliter.ś.man.q̄d dic vt plene no. in l.fideiussor.§.quædā.eo.tit. ecce casum testator &c. In tex. ibi, [liberatū.] dic quia legauit testator liberationē, nō tñ hæres adhuc ipsum liberauerat per pactū, vel acceptilationem. ad quod poteſt compelli : vt l.iij. §.nunc de effectu. de libe. lega.& sic est adhuc ciuiliter obligatus: tñ habet enunciationē doli. l. creditoris. C. de fideicommi.& l.si non sortē. §. adeo. cū ibi no. de condi. inde. postquā aūt hæres liberasset, per pactū, sublata esset naturalis, si vero per acceptilationē, vtraq;.& sem per haberet locum quod hic dicitur multomagis.

§.Ex duobus. Indebitū omni iure solutū per errorē iuris nō facti nō repetitur: secus si ex certa scientia. neutro tamen casu liberationē alterius quā soluentis inducit. h.d. vsq; ad §. quod si duo. venio ad casum. In tex. ibi, [p errorē.] subaudi iuris, vel facti. cū actio esset diuersa inter eos per l.xij.tab.& sic quilibet tenebatur ad dimidiam & non vltra. nec ciuiliter, nec naturaliter. ideo quocunq; errore solutū repetitur: vt no. in l.j. de condi. inde. secus si ex certa scientia. non ergo liberatur cohæres. cum eadē solutio nō debet petere liberationē: & repetitionē: ga sunt cōtrarij effect⁹: vt l.cū his.§.cū ibi not. de condi. inde. Sed contra, q̄ nō possit repeti ista dimidia indebite soluta: quia creditor recepit debitū: licet soluens soluerit indebite: vt l. repetitio. de condi. inde. Sol. vt ibi no. nā hoc esset verū si soluisset nomine cohæredis, qui erat verus debitor: sed ipse soluit nomine suo, credens se esse obligatū ad totū: vt l.si pœnæ.§.fi.eo.ti. In tex. ibi, [cōditione quoq; cessante.] q.d. nō solū in casu præcedēti q̄n soluit p errorem.& sic pōt repetere. nec liberat cohæres rōne de qua ś. sed etiā q̄n soluit sciēter.& sic nō pōt repetere: ga videt donasse. similiter nō liberat cohæres, nō ꝓpter rōnē de qua ś. quia illa cessat: sed propter aliā: quia si creditor qui recepit tā quā donū reputās se obligatū benefacięti benefacere. i. redonare cū tñ efficaciter ad hoc non teneretur, eandē dimidiā indebite solutā eidē soluēti restituere nō posset repetere, impediente repetitione naturali obligatione quæ oritur ad antidora: sicut ergo si primus soluens posset repetere nō liberaretur cohæres, ita & si nō, potest, tū potest retinere per errorē solutū similiter nō liberatur, q̄n per hūc modū dicta solutio videt retractabilis p modū retētionis, licet nō fuerit p modū actiōis. h.d. ille tex. difficilis, q semp alle. q̄ naturalis obligatio, q̄ cōtra hiſ ex antidora in genere vt bñfaciēti bñfaciam⁹: nō ad aliqd specialiter impedit repetitionē soluti per errorē iuris: sicut naturalis obligatio q̄ cōtrahit ad certā rē vel quātitatē: vt l. error. C. ad l. fal. cōtrariū tamē determinauit gl. in l. ex hoc iure. ś. de iusti.& iur. quod non impedit repetitionem soluti. Sed respōde, quod aur soluitur in eodē genere, & impedit: vt hic. nā hic idē quod fuit solutum primo animo donandi, fuit postea eidē solutū qui donauerat: si autē in alio genere: vt quia mihi beneficisti in vno puta in verbis. ego putās me obligatum benefacio tibi in alio: quia soluo xx. per errorem iuris, bene possum repetere. ita intelligitur illa glo.& adde not. in l.si non sortem. §. libertus. de condic. indeb.& l. sed & si lege. §. consuluit. de peti. hæred.

Tutus exceptione diuisionis, soluens per errorem an repetat.

§.Quod si duo. †Lex xij.tab. diuidit actionē inter hæredes ipso iure. ideo quatenus alter ipsorū soluit vltra portionē hæreditariā quocūq; errore repetit: sed epistola diui Adri. nō diuidit ipso iure, ideo solutū anteq; fiat diuisio per iudicē quocunq; errore nō repetitur. h.d. no. †Et sic est hic casus de eo de quo dubitauit gl. insti. co. §. si plures.& non meminit de isto tex. l. vtrū tutus exceptione diuisionis soluens per errorem repetat & licet in alijs exceptionibus peremptorijs distinguūtur inter fauorabiles, & illæ inducunt repetitionem soluti quocūq; errore.& odiosas.& ill æinducūt repetitionē soluti per errorē facti: vt l. fi. ad Mace. nō per errorē iuris: vt l. qui exceptionē. de cōdi. indebi. in ista tamen nō distinguitur. imo nunq; inducit repetitionem. siue per errorē iuris, siue facti. ita debet intelligi iste text. sicut vidmus in exceptione cōpēsationis l. qui inuicē. de cōdi. inde.& in exceptiōe tēporali: vt l. in diem. co. ti.& est rō: quia non tāgit obligationē vel actionē, tollendo vel eligendo aliquā ipsarū: sed moderatur ex actione, licet sit peremptoria.& sic nō sequitur naturā aliarū: hoc tamen verū ante factā diuisionē per iudicē: sed post eā factam secus, quia vel tollit ipso iure actionē secundū opi. quā tenet Bar. in l.si plures.ś. e. vel elidit opin. exceptionis rei iudicatæ.& tunc quia esset fauorabilis, quocūq; errore solutū repetereť. veniamus ad casum. In text. ibi, [habebit qdē cōdictionē in x. quæ ipso iure nō debuerit.] s. proponēdi diuisionē l.xij.tabu. In tex. ibi, [& alia quinq;.] subaudi quæ poterat euitare opponendo bñficio diuisiōis ex persona deiuncti ad ipsum transmissum: vt ś.eod.l.si plures.§. præterea.& dicit Bar. in præcedenti dicto probari dictū Per. quod ponit in l.ij.C. de neg. gest. quod licet defunctus nō possit soluere partem debiti liquidi inuito creditore: vt l. tutor. §. Lucius. de vsur. vnus tamē ex hæredibus eius bene potest soluere partem ipsum tangentem.& sic ex persona hæredum cōditio obligationis videtur immutari cōtra. l.ij.§. ex his. de verbo. obliga. dic vt ibi dixi.

§. Quæsitū est. Fideiussor nō pōt prius cōuenirī quā re⁹, vel quā posset si ipse esset re⁹. h.d. in effectu vsq; ad fi. vel dic q̄ fideiussor habet dilationē tā ex persona principalis debitoris: quā ex ꝑsona ꝓpria q̄n solutio est collata in locū certū, vt nō possit cōuenirī antequā labaf tps quo tā ipse quā principalis debitor potuerit illuc accedere. h.d. in effectu. casus est iste. ego habebā quendā debitorē meū Capuę &c. In tex. ibi, [nec ad rem pertinere.] dic obijcit contra cōparationē quā sibi fecit de casu, cū principalis esset Romæ,& fideiussor Capuę, vbi collata erat solutio: ga nō potest fideiussor cōuenirī anquā labaf tps quo reus poterit accedere capuā. ad primū casum positū q̄ fuit ecōuersio q̄n reus capuæ & fideiussor Romæ ex istūt. nā isti nō sunt similes. in primo est clarū: ga fideiussor nō pōt cōuenirī anquā principalis: ga dicereť durius obligat⁹: sed in alio nō cōuenit anteq; poterit cōuenirī principalis: ga cū ipse sit Capuæ: pōt cōuenirī stam etiā anteq; labaf tps quo fideiussor poterit capuā accedere ergo & fideiussor Romę existēs debet similiter posse cōuenirī statim sicut principalis postq; sua obligatio regulaf ab obligatiōe principalis. Sed rndeť verū esse hoc q̄ isti casus nō sunt similes in rōne. tñ adhuc vera est determinatio prima, q̄ fideiussor nō pōt cōuenirī anteq; labaf tēpus quo poterit accedere capuā: licet ipse principalis existēs capuę statim cōuenirī: ga si aliud diceremus, sequeretur absurdū quod deteriorisnis cōditionis esset iste qui promisit pro alio, quā si, p̄misisset pro se: nā si ipse esset principalis reus qui Romæ existēs ,p̄misisset dare capuæ nō posset prius cōuenirī quā trāsiuerit tātum tēpus : vt l. cōtinuus.§. cū ita.ś.de ver.obli. ergo & idē si promisit pro alio quo, quo casu sibi magis debet subueniri.& cōcludit vt habeat dilationē ex ꝑsona propria q̄n ipe est Romę, & principalis capuæ.& ex ꝑsona rei q̄n excōtra ipe est capuæ, & reus Romę si illud hoc casu diceret reperiatur obligatus in duriorē casum.

Cessio an habeat tum solutionis.

LEX LI.

† Ex ista l.colligę plures regulas. Prima.cũ q̃rit an successio habeat vim solutionis vel cõfusionis tm̃:quia iura aliquãdo dicũt vnũ,aliq̃ aliud. In ista l.tradit talis doctrĩa.qđ si erat vnus creditor,& vnus debitor si alter alteri succedat,habet vim solutionis:vt hic in ver. [& quidẽ.] sed si duo sunt rei debẽdi:& creditor vni tm̃ eorũ succedit,nõ habet vim solutiõis sed cõfusiõis.[a] vt i ver. [sed cũ duo.] & Idẽ ecõtra si eẽnt duo rei debẽdi : et alter eorũ succederet debitori.facit l.fi.ś.duo.re. Rõ diuersitatis esset:quia primo qñ est vnus tãtũ debitor & vnus creditor, si creditor illi succedat: vel econuerso,imo habet vim solutionis vt sic oĩs effectus solutionis tollať,quia succedẽs ex hoc nõ cõsequitur damnũ,nec cõsequitur lucrum:nõ enim interest eius quod habet vim cõfusionis,& nõ solutionis ꝑpter aliquã causam,vel respectũ:sed qñ sunt duo debitores æque principales, & creditor vni eorũ succedat:interest eius qđ non habeat vim solutionis,sed duntaxat confusionis:quia si haberet vim solutionis,liberaretur correus.& sic pateretur damnũ:nõ sic si habet vim cõfusionis:quia tunc persona tantũ illius cui succedit ab obligatione eximitur.& alter remanet obligatus.eodẽ modo si tractaret de lucro captãdo,si haberet vim solutionis,etiã si esset vnicus debitor & vnicus creditor.vt ś.e.l.hæres a debitore.§.fi. † Item collige ꝙ siue obligatio principalis tollatur iure confusionis accessorie:tamen obligationes,quæ in illa fundabantur tolluntur indistincte sicut & ipsa principalis.ne sequatur inconueniens,quod pro eodem apud eundem reperiatur quis accessorie tamen obligatus.vt in ver. [& quidẽ.] in fi. ibi.quia loquitur quãdo habet vim solutionis.vt in ver.sed cũ duo.in fi.ibi, [quia nõ possunt & c.qui loquitur qñ habet vim confusionis.† Tertio no.in ver. [quidem.]ibi, [quamuis em.] quod conuento principali subaudi etiam & condẽnato nõ ꝑpterea liberatus est fideiussor:quia per hoc nõ est sublata principalis obligatio:sed altera sibi accumulata:si autẽ absolueretť principalis debitor,tunc exceptio rei iudi.transiret ad fideiussorem vel mandatorem.quod tenent docto.vt dixi l.vbicunque ś.eo.† Quarto collige ex §. [sed cũ duo.]in fi. ibi.] vt quẽadmodum.] quod ea quæ impediunt aliquid incipere si erant in principio,similiter si postea superueniunt,impediunt remanere.Sed contra.quia multa impediunt contrahenda que non dirimunt iam contracta.vt l.patre furioso.de his q sunt sui vel alie.iur.et l.pluribus §.sed si placet.de ver.ob.So.dic.vt ibi plene per Bar.in isto arti.qui distinguit an superueniat defectus causæ finalis.& loquitur hic.an alterius causæ.& dic vt ibi. & inducitur iste tex.per Cy.qđ sicut existẽte accusatore a principio non debet procedi per viam inquisitionis:ita post inquisitionem inchoatam si superuenit accusator,debet silere inquisitio.de hoc Bar.in l.secunda §.publico.si j.de adul. Allegatur etiam si statutum dicat quod querelæ bannitorũ non audientť si post inchoatum iudicium per aliquem superueniat bannum in personam alterius,non poterit iudiciũ sicut si fuisset a principio non debuisset admitti. Barto.tamen determinat contrarium [b] per l.is qui reus.de publi.iudici.in fi.vbi dicit eẽ casum. & per l.neganda.C.qui accusa.non possunt. Angel.dicit Barto.dicere verum quod bannitus non admittatur ad agendum, vel accusandum, quia statutum denotat principium iudicij. & cum principium iudicij fuerit bene inchoatum : quia non erat bannitus, admittatur ad prosecutionem quæ per statutum non est prohibita. Sed si dicat quod querelæ non audiantur.vel simpliciter quod banniti non audiantur, tunc videtur prohibitum non solum principium:sed etiã prosecutio. quia in quolibet actu iudicij dicit audiri vel querelari:sicut videmus in excõmunicato.qui nõ debet audiri:nam in quacũq; parte iudicij superuenit excomunicatio prohibetur prosequi: quia semper diceretur audiri si posset prosequi primo tamẽ gega non irritantur.vt in capitulo primo.de accep.li.vj. Et vide quod notatur.idem Bar.in l.eleganter.§.si quis post.de condi. indebiti. Quinto collige ex ver. [plene.] quod ille qui fideiusit vel mandauit pro duobus insolidum obligatis : licet alter eorum sit obligatus.i.ab obligatione exemptus, & etiam ipse fideiussor vel mandator ex eius persona,si tm̃ remanet obligatus ex persona alterius & propter hoc soluat,illud quod soluit põt repetere non solum ab illo pro quo remansit obligatus, sed etiam ab illo qui fuit liberatus ex persona illius. & etiam potest ab hęrede eius:imo si conueniatur ab hęrede,habet exceptionem contra eum de hoc miratur gl.quæ incipit, [qui debitori succesit.] Qualiter potest repeti ab illo vel hærede ei⁹ cum pro eo non soluat,sed pro quo remansit obligatus. Et similiter dicit quod ille nõ est liberatus ipso iure:sed ope exceptionis

tionis:sed hoc est falsum per.§.& quidem.dic ergo ꝙ licet non soluat pro illo:quia est liberatus,tamen soluit ꝑpter mandatũ factũ ab illo qui censeť mandasse ꝙ se obligaret ꝑ vtroq; insolidũ:nã ista possunt simul stare ꝙ nõ soluã pro te sed pro titio & tamen à te repetã: qa mandasti ꝙ ꝑ titio soluerẽ. & hæc est veritas.l.ltẽ hodie cũ duo debẽdi habeãt beneficium diuisiõis per nouã cõstitutionẽ,non habebit hic iste mãdator exceptio
7 nẽ nisi pro parte secundũ gl.seq.† Vltimo in ver. [cum altero autem.recollige duo. Primo quod quando sunt rei debẽdi socij,licet pactũ vni prosit alteri insolidũ,& etiã acceptilatio,qñ successio facta vni non ꝑdest alteri nisi ꝑ parte.de hoc miratur gl.quæ incipit,[mirabile hoc videť,&c.]Sed Bar. dicit ꝙ imo pactum vni factũ alteri prodest in totum : qa si nõ prodesset, quicqd ille solueret etiã si vnum nummũ,repeteret à socio pro parte,& si non prodesset ei cui factũ esset:quia factũ est societate durante:sed successio fit societate finita ꝑ mortẽ.quo casu cessat ratio prædicta:dic vt hic per eũ. qui subtiliter loquitur.
8 † Nota enim ꝙ quando non sunt socij:id quod vnus soluit,ab altero correo nõ recuperat:sed hoc verum qñ essent correi ex causa lucratiua.vel si sunt ex causa onerosa,tota vtilitas cõtractus peruenit ad illum qui soluit : vñ nec sibi est cedẽda actio cõtra alterum,nec habet vtilẽ actionẽ sine cessione. sed si vtilitas peruenisset advtrũq;,tunc quatenus ad alterũ peruenit,ille qui soluit totum posset repetere per actionẽ mandati, vel etiã negotiorũ gestorũ.vt no.in l.j.C.de duob.re. & posset petere sibi cedi actionẽ,ideo hoc casu si cõueniretur à creditore q alteri successit haberet exceptionem pro eo ꝙ ab eodẽ agente posset repetere,sicut quando essent socij,vl haberẽt exceptionem cedendarum : quia non potest cedere actionem contra seipsum.& isto modo intellige & limita illud ꝙ voluit gloss. quæ incipit:ex hoc.circa fi.In glo.quæ incipit,[qui debitori.] in fi.ibi,[per exceptionem, nõ ipso iure.] hoc est falsum: quia omnino ipse defunctus est liberatus : & etiã eius fideiussor & mandator eius cũ obligatio penitus sit extincta per successionem.vt j.de solu.l.in omnibus. Et posito ꝙ esset verũ istud ꝙ dicit gl.tñ adhuc obstaret cõtrariũ : qa non videť soluisse pro eo qui liberatus est ope exceptiõis:sed pro correo superstite. qui nullo modo est liberatus:ergo ab illo solo potest repetere nõ ab hærede defuncti pro quo nõ soluit: ergo cõtra eum nõ habet exceptionẽ dolo facis.dic ergo verũ esse ꝙ nõ soluit ꝑ defuncto:sed soluit de mãdato defuncti : licet pro correo:ergo habet exceptionẽ cõtra eũ & hæredẽ eius.nã quilibet istorum correorũ cẽsetur illi mãdasse : ꝙ mãdet creditori tã pro se quã pro correo. & ista possunt simul stare ꝙ soluas pro titio,tamẽ habes actionẽ mã.cõtra sempronium, q tibi hoc mãdauit. & in hoc cõsistit intellectus huius §.seq. q incipit si ponamus. &c.quod eñ hic dicit in liberato ipso iure,dicit etiam ibi in li
9 berato per pactũ. † In gl.seq. [sed cũ hodie pro parte debeat agere.] No.istam gl.quæ vult ꝙ sicut duo rei debendi sunt solũedo habent inter se bñficium diuisionis si cõueniãtur à principali creditore:ita si cõueniat à mãdatore, vl fideiussore ipsorũ, qui de mãdato ipsorũ intercesit.& sic soluẽdo à quolibet ipsorũ insolidũ põt repetere: vt colligit in hoc versi. [plane.] tamen hodie habent beneficiũ diuisionis.quod reputo singulare.licet docto.nam ponderent istam gl.In gl.seq. ibi, [Item quod hic dicit.] ſ. ꝙ si creditor q successit vni ex reis debẽdi agat contra alterum q nõ est liberatus, si nõ erant socij : põt ab eo solidũ cõsequi:qa ille nõ habet cõtra agentem exceptionẽ dolo facis.quia si defunctus viueret nihil posset ab eo repetere:ergo nec à creditore hęrede eius.Sed cõtra quia secundum hoc iste creditor bis idem cõsequit:nã ex eo ꝙ successit vni videť ab illo semel cõsequutus.cũ successio habet vim solutiõis: vt versi.equidem.Sed ista ratio nihil valet: quia hoc casu quãdo erant rei.nõ habet vim solutionis.vt in §.sed cũ duo. Itẽ ad huc cõtra.quia quando creditor agit cõtra vnũ ex correis,si il le soluat, tenetur creditor cedere actionẽ cõtra correũ.vt not. in l.j.C.de duo.reis. Sed nũc iste creditor nõ potest cedere cõtra correũ defunctũ: nec cõtra se ipsum tanq; hæredem illius: ergo repellet per actionẽ cedendarũ. Præterea etiã non facta cessione potest soluẽs repetere ăcorreo,quatenus in vtilitatẽ illius verla est pecunia mutuata.vt no.in d.l.j.ergo iste conuẽtus habebit exceptionẽ pro illa parte,sicut quando erãt socij:

vnde ista distinctio an essent socij vel non, videtur nõ esse bona. Rog.hoc fatetur esse idem vtroq; casu:tamen quãdo sunt multo clarius quàm quãdo non sunt. Bart. reprehendit hunc intellectum Roge.quia non est credendũ ꝙ Paulus iurisconsultus ita stulte loquereť secũdum eum.Solue ergo cõtrarium vt ś.dixi in positione casus.nam quãdo sunt socij, indistincte qđ vnus soluit repetit à correo,ꝑ parte:ideo indistincte habet exceptionem:sed quando nõ sunt socij , nõ repetit:nec etiam potest petere sibi actionẽ cedi,nisi quando sunt correi ex causa onerosa,& ad vtrũ que peruenit vtilitas : & tũc procederet contrarium.& esset idem quod qñ sunt socij. Si autẽ sunt ex causa lucratiua,vel sunt ex causa onerosa,tamẽ vtilis non peruenit nisi ad alium conuentũ:tunc nihil ab altero repetere potest. Ex his duobus potest intelligi iste text.vt in ver.altero.vt tũc nullã habeat exceptionem. et in eisdẽ casibus procedit qđ in prin.gl.vt non videantur inuicem fideiubere: sed in primo casu sic quatenus alter soluẽs posset ab altero repetere etiã accessione non facta.In gl.seq.ibi, [non ergo veræ vel ficte solutionis vim obtinet,&c.] Solu. nihil valet. Nam & pactũ de nõ petendo habet vim solutionis:& tamen factum vni ex eis insolidum prodest alteri in totũ:vt l.si vnus.de pac. Quare ergo successio facta vni cum sit liberatoria illi⁹, & sic ĩaltẽ habet vim pacti,non prodest alteri nisi pro parte?dicit Bar.quia pactum fit durãte societate.vnde si nõ prodesset alteri ĩsolidum, similiter non prodesset ei cui factum est,eo ꝙ si ille vnũ nũmũ solueret, posset ab altero cui factũ est pactũ repetere ꝑ actionem pro socio.sed successio fit post mortẽ alterius:& sic finita societate.vnde cessat ratio prædicta. Ex quo infert ꝙ si ambo veniunt , & finita est inter eos societas,pactum vel acceptilatio vni facta,illi soli prodest,non alteri:quia videtur facta pro parte illius tantum,quod not.

§.Si ponamus vnum.

Pactũ de non petendo factũ vni ex reis debẽdi nõ impedit mandatorem soluẽtem pro altero repetere etiã ab illo cui factum est.hoc dicit. Dubitatio erat hic :quia mãdator non videtur soluisse pro eo qui liberatus erat per pactum: sed per alterum.ergo ab illo debebat posse repetere:sed solue re vt dixi.ś.eo versi.plane.quia licet soluat pro altero , tamen soluit de mandato illius cui factum est pactũ:quilibet enim illorum videtur mandasse ꝙ intercedat pro se,& pro correo.et in hoc stat intellectus istius §. Et sic intellige istum tex.in mandatore,qui mandato vtriusq; mandauit creditori vt numeret. secus si mandato alterius tantum cui pactum non erat factum. vel etiam mandato illius solius cui factum erat.

§.Placet mandatorem.

Mandator tenetur. siue mandatarius impleat mãdatum per se,siue per alium.hoc dicit in effectu tex. cum gloss.

LEX LXXVIII.

Si fideiussori.

Acceptilatio facta fideiussori q in obligationem nõ incidit , nõ prodest reo.h.d. Sed si incidisset,bene prodesset. vt j. de accepti.l.& per iusiurãdum.§.& si fideiussori. etiã si eodem instanti quo nata est,tolleretur virtute acceptilationis: vt hic no.in gl.In fi.tex.ibi,[iam mortui efficere.] quia si fuisset contracta in vita,eo moriente finiretur propter pactum, qđ vltra vitam suam non teneretur:ergo non debet incipere ab eo casu quo cæpta finiretur.si autẽ conditio existeret fideiussore viuente,tunc vno & eodem instanti inciperet obligatio in eius persona:& per acceptilationem tolleret ipso iure: & in consequentiam etiam obligatio principalis debitoris:non enim potest acceptilatio operari super obligatione cõditionali, nisi cõtio existat,& obligatio nascatur:cum fiat ad obligationem tollendam, quæ nõ potest tolli si non nascatur. & quia natiuitas præcedit,ideo eodem instanti nascitur per prius, & tollit per posterius,secundum intellectus ordinem.

LEX LXXIIII.

Vm procurator.

Pœnam quã quis suo facto vel culpa incurrit à fideiussore indemnitatis nõ recuperat.In tex.ibi , [cũ procurator.] id est procurans : quia non habebat mandatum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Per stipulationē. An etiā nouatio fieri possit per pactum nudum ex interuallo appositum. vide text.& ibi Bar.in l. si ex pretio. C.si cer. perat.

b ¶ Proximus, quis dicat proximus pubertati, vel infantiæ vide eand.in c.conti nebatur. de despon. imp.Bal.in l.si quis in tantam. C. vnde vi.&c.

vel de ipso mandato non cōstat:ideo præ stitit cautionē de rato, & succubuit: quia reus fuit absolutus. postea dominus non habens ratū egit,& obtinuit,& quia reus & possessor noluit possessionē restituere, iuratum fuit in litem contra eum in multo plus quam res valeret.& coactus est solue re:certe illud plus non recuperat a fideiussoribus qui permiserūt dominū ratum habiturum:quia damnū passus est reus culpa sui,& veram æstimationem rei bene posset ab illis consequi: quia si dominus ratū habuisset factum procuratoris ,res illa remāsisset penes eum &c.

De nouationibus & delega. Rubri.

1 ☞ *Nouatio denominatur ab obligatione nouante, quæ dignior & potentior est quam nouata.*
2 *Licet per acceptilationem non possit tolli nisi obligatio quæ erat verbis contracta: tamen per nouationem potest tolli qualitercunque fuerit contracta.*
3 *Obligatio noua debet verbis contrahi:& an non fiat nouatio nisi per stipulationem?*
4 *Sola naturalis obligatio sufficiens est ad tollendum primam iure nouationis, quæ esset ciuilis & naturalis.*
Pupillus contrahens sine tutoris authoritate, an obligetur naturaliter tantum: an autem nullo modo? & numero. 6. & .7.
6 *Quando dicatur proximus pubertati? &.7.*
7 *Proximus infantiæ quis dicatur?*
8 *Adultus contrahens sine curatore, an obligetur ciuiliter & naturaliter.*

LEX I.

Nouatio. Primo ponitur diffinitio nouationis vsq; ibi, [nouatio. Secūdo alluſio vocabuli vsq; ibi, [illud.] Tertio qualiter debet esse obligatio nouans: & hoc sufficit pro summario. †Ex diffinitione not.quod per nouationem non perimitur ex toto obligatio.cum in aliam transfundatur:vnde videtur etiam prima subsistere: quia subsistit secunda eius loco subrogata.facit l.cum filius.§.heres meus.de leg.secundo per quem patet quod adhuc potest dici ipsum deberi ex prima causa.cum ab illa processerit secunda obligatio facit l.nepoti.de fund.instru. †Ex secundo dicto no.quod nouatio denominatur ab obligatione nouante,quæ dignior est quam nouata,& potentior:vt patet in fi.quia etiam si sit naturalis tātum,tollit primā quæ erat naturalis. †Ex ver. [illud.] no.quod licet per acceptilationem nō possit tolli nisi obligatio quæ erat verbis contracta:vt l.an inutilis.§.acceptum fieri. j.de accep.per nouationem tamen potest tolli qualitercūq; fuerit contracta siue verbis,siue consensu,siue re,siue alio modo. Ratio diuersitatis:quia acceptilatio contrariatur obligationi: ideo maior est resistētia ex parte obligationis: sed nouationis non:quia non tēdit principaliter ad perimēdum: sed ad transfundendum.in habentibus symbolum facilior est transitus.ita no.insti.qui.mo.tol.oblig.§.Item per acceptilationem. †Item no.dum dicit, [nouari verbis potest.] quod obligatio noua debet verbis cōtrahi,& sic non fit nouatio nisi per stipulationē: licet in stipulatione nouata nō sit ius,qualitercunq; fuerit contracta.Bar.tamen dicit esse vnum text.quem alibi nescit.in l.si mandati.§.fi.s.manda.quod etiam per alium contractum quā per stipulationem potest fieri nouatio.si tamen hoc est actum expresse:vt ibi,alias secus:vt l.Item illa.§.fi.de cōstitutione pecuniæ sed per stipulationem fiebat etiam tacite hoc iure quando in secunda interueniebat noua persona. vel quando secunda continebat plus quam prima:licet hodie non fiat etiam tūc nisi expresse agatur:vt l.fi.C.eo. †Item no.quod sola naturalis obligatio sufficiēs est ad tollendā primam iure nouationis, quæ esset ciuilis & naturalis,& hoc propter voluntatem cōtrahentium quam habet,secūda & incipit deficere in j. Vltimo no.& ad hoc semper alleg.quod pupillus cōtrahens sine tutoris authoritate obligatur naturaliter tantū:sed quædā ll.dicūt quod nullo modo obligatur etiā naturaliter: vt l. pupillus.s. de actio.& oblig.& l.qd pupillus.de condi.indebi.& l.pupillus nec velle j.de regu.iur.propter hoc multæ fuerunt opi.quanum quasdam recitat hic gl.& quasdam Bar.sed finaliter Bar. tenet distinct.hic positam in l.pupillus.de reg.iur. q; tunc obligatur naturaliter quādo erat proximus pubertati. & sic dicit capax. †Et dicitur proximus [b]quādo habet decem annos cum dimidio, vel vltra.nam in fantia durat per totum septenniū:& vsq; ad xiiij.annos est aliud septēnium: quod si diuidatur per medium, quelibet medietas continet tres annos cum dimidio & sic in x.anno cum dimidio appropinquat pubertati. requirit etiā aliud q; cōtrahat cum alio quā cum tutore.nam si cū tutore,etiam tunc obligat naturaliter: quia tutor prohibetur secum cōtrahere:vt l.non licet.in fi.de contrahen.emp.& sic impeditur obligatio naturalis per l.cum lex.§.tit.proxi. Requiritur & tertiū.q; contractus non fit a iure prohibitus: alias similiter non obligat naturaliter:vt si vēderet rem immobilem sine decreto iudicis:quia sicut prohibetur translatio dominij: vt in tit.de rebus eo.ita & obligatio quæ ad illam ordinatur: vt l.si ad remouenda C.de prædijs milita. & ar.in l.oratio.§.de spō.

7 †Super gl.mag.fi.ibi, [sed tu dic si est infans.] supple vel proximus infantiæ,vt vsq; ad annum decimū cum dimidio:quia qd iuris est de infante, debet esse de proximo infanti: vt in prima opi.recitata p gl.sed in materia excusationis tutorū,proximus pubertati dicitur esse qui appropinquat per vj.menses:vt l.nō solum.§.j.vel ij.de excu.tuto. In gl.ibi, [peruenit aliquid ad eum,vel non.] Dic,intelligitur hoc q; infans nō obligatur ex cōtractu etiam naturaliter posito q; ad eum aliquid perueniat, & sit locupletior: quia caret consensu præsumptione iuris & de iure:& sic contractus est funditus nullus qui valere non potest sine cōsensu,sicut est cum furioso.vt l.in negocijs.de re.iu. sed bene obligatur ex æquitate naturali si fact⁹ est locupletior. ne cum aliena iactura locupletetur.& ita probatur in l.j.§.fi.cū seq.s.cōmodati.In glo.ibi, [alij vero promittendo obligat naturaliter.] supple dūmodo nō cōtrahat cōtra ꝓhibitionē iuris. vt s.dixi.& sic tria requiruntur.Sed opp.q; etiā naturaliter nō obligetur:quia pupillus æquiparatur prodigo cui bonis est interdictum.vt l.certi cōdictio.§.quoniā.si cer.pe. Sed prodigus contrahens sine tutoris authoritate nō obligatur.vt l.is cui bonis.de verbo.ob.Sol.æquiparatio non est bona per omnia.nā prodigo interdicitur administratio expresse, vel etiam tacite p dationem curatoris,& l.resistit obligationi suæ:ideo impedit nasci naturalis.vt l.cum lex.s.tit.j.sed pupillo non interdicitur: etiam si datur sibi tutor.quia sibi nunquā a iure fuit concessa interdictio,præsupponit eam aliquādo cōcessam: prodigo autem ante interdictionem concessa erat. † Sed contra.nam & adulto statim cōceditur administratio bonorum suorum, hinc est quod si non habet curatorem,obligatur ciuiliter & naturaliter.quod non esset,si concessa non fuisset:vt l.iusiurandum. l. quod ex conuentione.§.j.de iureiurā.si ergo detur sibi curator, videtur tunc administratio interdicta sicut prodigo.ergo contrahens sine tutore non obligatur etiam naturaliter.quod videtur absurdissimum:vt magis possit obligari pupillus sine tutore quam adultus sine curatore.quidam fatētur hoc absurdum: sed Bar.non. Et ad contrariū respōde:licet Bart.male declaret, q; licet adulto concedatur administratio:tamen non perfecte: quod patet:quia si lædatur,restituitur.ideo tāquam si non esset concessa,ex quo non perfecte per dationem curatoris non videtur interdicti,sed potius dari ad supplendā ætatem:sed prodigo ante interdictionem concessa erat,& perfecte: quia nec restituebatur si lædebatur. In fi.gl.ibi, [tenebitur etiā ciuiliter,si locupletior est.] Dic & hæc est cōmunis opi.gl.& Doc.q; quā do pupillus effectus est locupletior:licet sine tutoris authoritate cōtrahat,obligetur ciuiliter & naturaliter.mihi autē videt q; ex hoc non obligetur ciuiliter,sed naturaliter tātū per l.naturaliter.de condictio.inde.propter istam tamen naturalē datur cōtra eum actio in factum ex rescripto diui pij:quæ est dativa,& non natiua.per iij.in prin.§.commo.quod non esset,si nō esset factus locupletior.& per hoc tollit contrarietas quę est inter l. interdū.de cōdict.ind.& l.si eius.ad trebellia.vt in vtraq; dixi.

2 ☞ *Qualiter olim vel hodie fiat nouatio per stipulationem coæquenam.*

LEX II.

Omnes res. †Nouatio tunc fit cum hoc agitur expresse,vel tacite.h.d.text.cum gl. alias non: vt j.eo.l.si ita fuero,in princi. Venio ad casum.

sum in glo.quæ incipit, [expresse vel tacite.] Dic hoc quando fiebat per stipulationem.si autem per alium contractum:tunc etiam iure isto requirebatur quid esset expresse actum.vt l.si mandato.§.fi.s.manda.& dixi in l.præcedenti.secundū Bart. Item tacite tunc videbatur fieri quando secunda stipulatio cō tinebat plus quā prima:secus si tantundem,vel minus.etiam si noua persona non interueniebat.vt l.qui vsumfructū.de ver. ob.vel quando interueniebat noua persona in secunda,& cō tinebat saltem tantundem:secus si minus.vt s.de verbo.oblig. l.eum qui ita.§.pe.& hoc de iure digestorum.sed de vetustissimo ante ius digestorum fiebat,etiam si secunda stipulatio cō tinebat minus:& illud ius tollitur per d.l.fi.C.de noua.secūdū Doc.Sed in hoc semper dubitaui:nam ad quid expediebat qđ tolleretur per illam l.nouam,cum illis derogatur:q; a iura fforū quæ requirunt alterum prædictorum.non video.& ideo videtur melius dicendum quod illa l.corrigat iura fforum. vt in dictis casibus.in quibus fiebat tacite,hodie non fiat:sed requiritur quod agatur expresse.Et ex hoc infero contra gl.quę tenet quod in casibus quibus olim de iure fforū fiebat tacite ipo iure:hodie non fit ipso iure per illam l.sed saltem fit ope exceptionis.per l.pe.de præto.stipu.quam glo.Doc.dicunt nō eē alibi & ipsam valde notant.mihi videtur quod non sit vera.nā secundum hoc illa lex finalis seruiet nobis de vento. Nec obstat lex in qua Glossa se fundat:quia ibi loquit in stipulatione prætoria,quæ ponitur ex quadā necessitate.vnde per illā etiā iure digestorum nō fiebat nouatio ipso iure:sed ope exceptionis quando tacite agebatur:sed in stipulatione mere voluntaria fiebat ipso iure:licut quando agebatur expresse.nos loquimur de iure nouo C.& istam puto veritatem.† Cætera circa istum articulum vide plene per Bar.in d.l.penultima,qualiter olim vel hodie fit nouatio per stipulationem pœnalē not.per eundem.in l.ita stipulatus.de ver.ob.

2

LEX III.

Vi bonis. Qui non potest alienare,non potest etiam nouare:nisi conditio sua efficiatur melior.h.d. Et ratio est:qa in nouatione fit quędam alienatio de obligatione prima,quē creditor a se abdicat. Ecce casum.

2 ☞ *Delegatio proprie dicitur quando id quod mihi debes mandato meo promittis creditori meo,quo casu duplex obligatio perimitur.*
3 *Quid sit quasi delegatio?*
4 *Qui in uno grauatur,in alio releuatur.*
5 *Vsusfructus in persona mea constitutus,uel obligatio personalis pro ipso constituendo,nō potest per me in alium transferri sine uoluntate domini,uel debitoris.*

LEX IIII.

1 Iususfructus. †Obligatio continens aliqd ius cohærens personæ p delegationem vel quasi non pōt nouari ipso iure:sed nouat ope exceptiōis.h.d.notabiliter.& est subtile.† Dicitur autem obligatio ꝓprie sumpto vocabulo quādo id qđ mihi debes de mandato meo ꝓmittis creditori meo.quo casu duplex obligatio perimitur.l.illa qua mihi teneris,& illa qua ego teneor meo creditori.& vna tantum constituitur de nouo. †Et ideo ista est principalior species quæ sit sub ipso genere nouationis.ideo in rubrica posito genere de nouationibus,subijcit de ista specie sicut in ti.de serui.& aqua.quasi delegationē autē appello,quando id quod debes mihi ꝓmitteres alteri non creditori meo:vel non tanquā creditori.iuxta no.in l.quanuis.§.j. ad vellei.s.p gl.& tunc vna tm obligatio perimit & in ambobus casibus dico ꝓcedere hanc l.quia si teneris mihi ad aliqđ ius cohærens personæ,vt vsusfructus,vel vsus.sicut ipse vsusfructus vel vsus constitutus in ꝑsona mea cohæret adeo mę persone q; idem vsusfructus numero non pōt transferri in alterā personā.vt s.de duo.reis l.si id q.imo esset vsusfructus nouus,qui finiretur morte illius,non mea.& sic ex diuersitate ꝑsonarū diuersificaret ius,ita & obligatio.vt l.stipulatio ista.§. si quis ita.de ver.ob.ita & obligatio cōpetens pro tali vsufructu constituendo.vnde si debes mihi vsumfructū,& de mādato meo ipsum promittis Titio,non censeris ꝓmisisse illum eūdem.quia impossibile esset quod illum illi traderes.sed quēdā alium ei similē.quia meus finiret ex persona mea,& suus ex ꝑsona illius.ideo non fit nouatio ipso iure:sed bene fit ope exceptionis.quia nō esset æquum q; remaneres mihi obligatus ex quo de mandato meo alteri ꝓmisisti:licet non eūdem,sed aliū similem ei.& istam exceptionem habes etiā si ille prius moriatur quam ego.nam econtra si ego prius:durior esset conditio tua quā si mihi tradidisses:quia tunc esset ad te reuersus.& tūc non reuertitur.vnde sicut habes hoc incōmodū,ita debes sentire commodū in casu econuerso si prius ad te reuertat ꝑ mortem illius quā reuerteret per mortem meā si mihi tradidisses. & hoc intendit illa l.si autem fieret nouatio non per delegationem,vel quasi,vt cōtingit quando id q; mihi debes iterū mihi promittis aio nouandi,vel alius pro te tunc puto nō habere locum hanc l.quia non diuersificaret vsusfructus mihi debit⁹ ex personis etiam diuersorū ꝓmissorū,licet diuersificaret ex ꝑsonis eorū cui detur.& sic fieret ipso iure nouatio.† Et not.hic in ver. [quia etiam hoc incommodum.] q; qui in vno grauatur in alio releuatur:& q; non debet quis postulare id qđ in contrariū nō esset postulat⁹.vt l.fi.C.de solu.Sufficit.In glo.ij.ibi [vel dic.] hic vera.nam tūc ꝑ delegationem fit nouatio quādo illud idē quod debetur vni, promittitur alteri de mādato creditoris:sed hic nō illud idem,sed aliud diuersum.In fi.gl.[ibi. de iure dotium.l.si mulier.§.ex asse.] Ille §. videtur contrariari inquantum hic dicitur q; sit ope exceptionis.nam nullo modo: sed dic q; ibi nihil aberat debitori ex secunda promissione.vnde non subest æquitas q; exceptionē habeat.hic aberat:qa obligatus erat alteri,licet ad diuersum vsumfructum.& sic nō po
5 terat illi & isti præstare eodem tempore.† Vltimo in gl.in fin. oppo.q; etiam ope exceptionis non fiat.insti.de vsusfru.§.finitur.Gl.soluit,q; ibi est speciale.dic hæc est truffa. Dic ergo q; vsusfructus in persona mea constitutus vel obligatio personalis pro ipso constituendo nō pōt per me in aliū transferri sine volūtate domini,vel debitoris.imo si cederet alteri illū vsumfructum,nō transferretur in eum,sed a me abdicaretur.& reuerteretur ad proprietatē.vt in d.§.finitur.allegato pro cōtrario:sed de voluntate domini vel debitoris alteri promittentis bene potest transferri,nō tamen erit idē per omnia, vel eadē obligatio,sed diuersa propter ea q̃ supra dixi.ita loquitur hic in l.necessario.§.fi.de pers.& commo.rei vendit.dic q; ibi non fuit alteri concessus vsusfructus,sed cōmoditas eius.vnde nō finitur ex persona illius:sed ex persona eius apud quē remāsit vsusfructus:sed si transiret ipse vsusfructus de voluntate dni, tunc finitur ex persona illius in quem est translatus.

LEX V.

IN diem. Obligatio in diem certam pōt per puram statim nouari:& econuerso.nō tm potest agi ante diem.h.d.secūdū primū intellectū gl. qui probatur j.eo.l.si stichum.§.j.& sic ponit duos casus. Primus est quando prima obligatio erat in diem,& secunda nouās erat pura.vsq; ibi, [& generaliter.Secūdus econuerso. Gl. tm secūdo loco ponit alium intellectū q; tota l.ponat solū istū secūdū casum quando prima erat pura,& secunda in diē.nā licet hæc secunda tollat primā statim:tm ex ea nō potest agi:i primo casu si prima esset in diē.& secunda pura,dicit gl. q; ex secunda posset statim agi.ideo non tenet primā lecturam. Sed contrariū huius notat gl.in d.l.si stichum §.j.q; etiā tūc nō posset ex secūda statim agi:qa dies appositus in prima cēseret repetitus in secūda.Breuiter istud est verū qn secūda fuit simpliciter interpolita:puta q; mihi debes ex tali stipulatione ꝓmittis.si autem exprimeret certa quātitas,tunc dies nō cēseret repetit⁹,qa illa dies diminuit de quātitate.vnde si debes x.in diē nō cēsent cē integra x.ꝓpter interusuriū medij tēporis,si ego postea stipulor eadē x.videor stipulari sine die,alias nō essent. x.Et hic ꝓbant ꝑ ea q̃ habent in l.si prior.fol.ma.Potest ergo sustētari prim⁹ intellect⁹:qa ꝓbat expresse in d.§.j. Venio ad casum.In tex.ibi,pōt nouari. Dic qn etiā an diē nata erat obligatio ciuilis & naturalis,ideo pōt tolli per secūdā pure conceptā,seu simpliciter:licet ex secunda nō possit agi obstante exceptione secūdū primū itellectū.In tex.ibi, [ex stipulatiōe.] s.secūda i diē facta &c.videbat cōtrariū qn prima erat pura.quasi sit potētior quā secūda q̃ erat in diē.& sic videbat ꝑ ea nō posse nouari:sed verum est q; est potētior quātū ad effectū agēdi,

nō quantum ad substantiam. quoniā cum dies sit certus an & quando habetur pro pura quantum ad hoc vt producat substantiam obligationis, per quam tollitur substantia primæ licet non habeat exercitium.

LEX VI.

SI ita fuero. Per stipulationē fideiussoriam nō tollitur principalis iure nouatiōis. h. dicit. cōcor. j. e. l. si stichū. §. idē Celsus. Casus est iste. Titius tenebaſ mihi in centum, & c. In tex. ibi, [quia non hoc agitur.] Dic & hoc patet: quia promisisti quantominus a Titio exegero: & sic voluī posse a Titio exigere. Sed si obligatio qua Titius tenebatur esset nouata, hoc facere nō possem. certe etiā si simpliciter fideiussisses, & promisisses illud ad qđ mihi teneē ex hoc solo ꝙ fideiussorio nomine fideiussisti mihi videē actum ꝙ prima duret: & secunda ei succedat pro eius securitate. Et sic nō fiebat nouatio etiam isto iure, licet interuenerit noua persona. Nam illud procedebat quādo æque principaliter se obligabant. Non sunt alia.

2 ☞ *Quādo vna venit ad implementū alterius, non agitur ex implente sed ex impleta.*
3 *Quando super aliquo contractu interuenit stipulatio, an oriatur actio ex ipso contractu, an ex stipulatione tantum?*

§. Cum pecuniam. † Ex numeratiōe nō nascitē actio quando interuenit stipulatio incōtinēti ante vel post. ideo non pōt dici ꝙ fiat nouatio: qa nō est nisi vnus cōtractus. ſ. stipulationis: & in nouatione requirūtur duo. ſ. nouatus, & nouās. h. d. cū l. seq. † & semp allegaſ, ꝙ qñ vna causa venit ad implementū alterius, non agitur ex implente, sed ex impleta. Item ꝙ qñ interuenit stipulatio & numeratio incōtinenti, dicitē mutuū ciuile: quia nascitē actio ex stipulatione, q̄ est de iure ciuili, nō ex numeratione: tñ dicitē ciuile cui natura cooperaē propter interuētū numerationis. si autem nō interueniret numeratio, lapso biennio dicere tur ciuile tm̄. cui natura nō cooperaē. & ageree ex stipulatione efficaciter: nec posset opponi exceptio nō numeratę pecunię nisi excipiēs susciperet in se onus probādi, & de vtroq; istorū habeē in l. ij. §. fi. si cert. peta. naturaliter aūt dicitē qñ stipulatio nō interuenit, qa tunc oritē ex ipsa numeratione. † de isto autē articulo qñ super aliquo cōtractu stipulatio interuenit an oriatur actio ex ipso contractu, an ex stipulatione duntaxat. vide subtiliter & plene p Bar. post Ia. de Are. in l. singularia. si cer. per. Venio ad casum. casus est iste. Ego mutuaui, & c. In text. ibi, [& ex cōtinenti.] i. antequā cōtrahēres habeant contractū p perfecto & absoluto secūdum Iac. de Are. si aūt ex interuallo, tūc fuissent duo cōtractus. Primus q fuit celebratus re, & pduxit actionē. Secundus qui celebraē verbis: & tunc prima actio & primus cōtractus tollitē per secūdū. & fingitē actio ex numeratione nō nata. & ita intellige gl. positā in l. seq. qñ em̄ incōtinenti, nō videē fuisse intētio partiū ꝙ ex numeratione nascaē. sed ex sola stipulatione. & hoc vult. l. sequēs. nec expedit ꝙ hoc dicaē expresse: licet gl. ibi sentiat cōtrarium. & non bene. qñ ex interuallo tūc secus. nisi cōtrarium expresse agere tur qđ ex numeratione nō nascaē. & ita intellige gl. al's nō bn̄ diceres. In gl. l. cū enim. in prin. ibi, [obligationē ex numeratione nasci.] dic hoc est clarū. qđ si actū fuit expresse inter partes ꝙ ex numeratione nō nascaē: sed ex stipulatione. nō nascitur ex numeratione. siue incōtinenti, siue ex interuallo stipulatio sequaē. sed qñ non fuit actū expresse, & quæritē quid in dubio videaē actū tunc distinguiē an incontinenti fuit secuta stipulatio, vel incōtinēti pceſsit. & tunc videē fuisse actū ꝙ ex numeratione nō nascaē. secus si ex interuallo. vt dixi. Ire si fuisset actū ꝙ nascaē ex numeratione, tūc nasceree etiā si incōtinēti secuta esset stipulatio, & postea fingereē nō nata secuta stipulatiōe. In fi. gl. ibi, [ex numeratiōe daē mihi certi conditio.] dic videbaē cōtrarium qa postquā stipulaturū numeraui, videtur fuisse actū ꝙ ex numeratione nō nascaē: licet ergo stipulatio nō sequaē videē ꝙ ex numeratiōe nō nascaē: argum. l. seruī & filij. in princ. j. de fur. & hæc erat ratio dubitādi in hac. q. cōtrarium tñ vult gl. & bene. nā verū est ꝙ ita videē actū si stipulatio sequaē: sed si nō sequaē, nō videē actū: & sic intentio partiū censeē habere in se cōditionē. vt si sequaē stipulatio, nō nascaē ex numeratione: al's sic. nā & cū interuenit stipulatio incōtinēti, videē agi ꝙ nō nascaē: & tamē si stipulatio postea repe-

riatur inutilis: patet quod fuit nata propter eandem rationem quia intentio partium videtur conditionalis, vt non nascatur si stipulatio valeat. al's secus.

LEX VIII.

SI stichum. Per secūdam stipulationē interpositā animo nouandi non solū tollitē prima: sed etiā tollitē mora contracta in ea. h. d. Rō est in promptu. quia sublata substātia non pōt remanere accidēs. Quidā tñ dixerūt quos gl. hic recitat. ꝙ hodie sicut nō tollitē substātia primæ nisi agatur expresse ꝙ tollaē per l. fi. C. eo. ita posito ꝙ tollaē, non tamē tollitē accidens sine mora: sed censeē repetita in sequēti. qđ est truffa. Vnde tene ꝙ ista l. in hoc nō corrigitē p illā. Quid autē si secūda nō fuit interposita animo nouandi: an per eam tollaē mora pcēdētis obligationis? distingue an res erat præsens tēpore secūdę stipulationis, vel nō qđ dic vt in l. scire debemus. §. fi. de ver. obl. & l. cum q. §. fi. e. ti. & j. eo. l. quoties. ver. vnde Marcellus. & p l. iij. de condi. fur. Venio ad casum. In tex. ibi, [eundē stipulatus fuero.] subaudi aīo nouādi & hoc cōstaē, alias em̄ isto iure nō præsumebaē nouatio. cū secunda stipulatio nō cōtineat plus quā prima. nec interueniat noua persona. Sed qdā volūt dicere cōtrarium ꝙ ex eo ꝙ tollitē mora primæ videē aliquid plus cōtinere quā prima. q̄ ratio nō est bona. qa mora tollitē si prima tollitē, sed in hoc est quæst. an prima tollaē si non fuit expresse actū. præterea nec pōt dici secūdā plus cōtinere, sed minus si tolleree mora, quia prima ꝓpter morā nō perimebaē interitu rei: sed secūda perimitur. Præterea nō expedit distinguere an res sit præsens vel nō, ex quo ratione moræ existentis in prima semper secunda præsumeretur animo nouandi.

§. Legata vel fideicommissa. Obligatio pura vl' in diē certū pōt statim nouari p aliā purā. & ecōuerso pura vel in diē pōt aliā purā statim nouare: sed cōditiōalis nō pōt nouari, vel alias nouare nisi cōditione adueniente. h. d. Et ratio patet ex his quæ dixi in l. in diē: qa obligatio in diē habet in se substantiā cum obligatio ciuilis & naturalis sit nata. vnde pōt tollere: sed in cōditionali non est nata. vnde nec tolli potest, nec aliā tollere. Casus est iste. In tex. ibi, [& hoc est actum.] subaudi expresse. al's nō fieret nouatio. qa secūda stipulatio nō cōtinet plus pria. erat ergo dubiū an posito ꝙ fuisset actū expresse statim fieret nouatio prię, maxie de obligatiōe de legatis factis ī diē, vel sub cōditiōe: & dicit ꝙ sic de factis ī diē, nō de factis sub cōditiōe. nā nisi cōdō existat, nō nascitē actio ex testō: ergo non pōt tolli p stipulationē pure factā aīo nouandi. Sed qđ si fuisset actū ꝙ illa cōditionalis prout est ita tollaē, & non nascaē actio ex testamēto si cōditio existat, sed dūtaxat ex stipulatione. certe hic nō video quare hoc nō posset fieri, qa licet cōditionalis non habeat interim perfectā substātiā: aliquale tamen habet, qa debitor ligatus est, licet non obligatus nec est in sua ptāte se eximere ab hoc lígamine: potest ergo hoc ligamē tolli p stipulationē cōditionalē. nec video qd repugnet.

2 ☞ *Illa verba eodem instanti, vel eodem tempore, quid important?*

§. Si quis ita. † Cōceptio stipulatiōis nouātis potest pcedere cōceptionē stipulationis nouatę, sed eius effectus cōferī post illā. h. d. Dy. In tex. ibi, [nouationē fieri, videbaē cōtrariū, qa in nouatiōe debet pcedere obligatio nouata, & seq. obligatio nouās. vt ſ. e. tit. j. in prin. lō dr nouatio a noua obligatione nouāte: sed hic cōtingit ecōuerso qa nouās pcedit. sed dic verū esse ꝙ pcedit quo ad ea q̄ facti sunt. ſ. cōceptione verborū: sed quo ad ea q̄ sunt iuris sequitur ꝙ altera præcedit. nā stipulatio primo loco cōcepta est conditionalis. ſ. si postea stipulabor a Titio cū autē a Titio stipulor, mihi ipsum statim obli. & ista obligatio & stipulatio impleuit sibi cōditionē primę stipulationis. cōstat aūt ꝙ implementum cōditionis præcedit effectū stipulationis cōditionalis: nā nisi secuto implemento illa cōditionalis nō pareret obligationē: implemētū ergo præcedit. sed istud implemētū nihil aliud est quā ortus obligationis ex secunda stipulatione. i. secundo loco cōcepta. ergo sequiē ꝙ ex illa prius nascitur obligatio quā ex primo cōcepta: tamen statim & incōtinēti ꝙ est orta, tolliē propter stipulationē primo conceptam: qđ no. pro his quæ dixi. ſ. tit. j. l. pe. Sed opp. gl. ꝙ ista stare nō poterūt ꝙ eodē instāti obligatio nascaē, & tollaē: vt. ſ. quib. mod. vsusfru. amit. l. si

cum §. pe. & l. Titio cum morietur. de vsufr. gl. notabiliter dicit quod eodem instanti non pōt obligatio nasci & tolli. & illud verbum eodem instanti, importat ꝙ natiuitas nō præcedat sublationem, nec econuerso, sed simul fiāt: & hæc stare nō possunt quia sunt inter se contraria, sed bene pōt eodem tempore obligatio nasci & tolli: † quia istud verbū, eodē tempore non importat ꝙ simul ista fiant: sed ordine succesiuo. quā gl. no. & signa. facit. l. antiqui. si pars hęre. petatur. Cætera q̄ sunt in gl. remanent declarata per ea quæ supra dixi.

2 ☞ *Illud quod quis facit ad majorem cautelam, non debet inducere nocumentum.*
1 §. Idem Celsus. † Actio iudicati nō nouatur per stipulationem iudicatum solui. h.
2 d. † In tex. ibi, [cautum sit.] No. ꝙ illud ꝙ quis facit ad maiorē cautelā nō debet inducere nocumētum. iuxta illud abundans cautela nocet. facit l. cām. §. puellā. ſ. đ manumissio. & l. quāuis de pigno. actio. Ideo si promisisti mihi soluere in tali termino, vel saltem portare pignora, vel dare fideiussores. & in termino non vis soluere. sed dare pignora, vl' fideiussores. an possim te cōpellere ad soluendū? videtur quod non, quia in alternatiua electio est tua. vt l. plerunq; in fi. de iu. do. contrarium dic, quia illa pars alternatiuæ de dando pignora vel fideiussores. ponitē vt mihi magis cautum sit: ideo non debet mihi præiudicare. cū si non fuisset apposita potuissem re compellere ad soluēdū. lapso termino. Contrariū nō ob. quia habet locū quando ponitē inter res principaliter debitas. hic ponitur inter rem debitā & cautelam eadem ratione si feci te capi ꝓ debito, & adhuc non soluis possum petere me mitti in tenutam bonorum tuorū. & econuerso. quia electio vnius remedij non præcludit viam ad aliud. vt l. j. §. quid ergo. de ven. inspi. & no. in l. consentaneum. C. quo. & quando iudex. per Bar. & Archi. super rubrica. de eo qui mit. in pos. lib. vj.

§. Si decem quæ. Si mihi promittis alternatiue ꝙ mihi debet Titius, aut ꝙ debet Seius, neuter ipsorum liberatur iure nouationis, sed potes eligere pro quo vis soluas. h. d. Intelligo quod neuter liberatur ante quam eligas: nam debet vnus tantum liberari, quia non ꝓmisi sti copulatiue, sed alternatiue, & non constat pro quo velis soluere. & si liberaretur vterq;, fieret contra intentionē partiū: secus si copulatiue: vt. j. eodem l. a te. sed postquam elegeris ꝓ quo vis soluere, etiam antequam soluas puto illum liberari: qa pro illo tantum videris promisisse. nec poteris postea pœnitere, quia executio facta est. ar. in l. si is cui. de leg. ij. & in l. apud filium. cum ibi no. de opt. lega.

2 ☞ *Si soluisti pro debitore meo inuito & contradicente, & sic ipsum liberas, an poteris ab eo repetere?*

1 §. Si ab alio. † Potest quis alium inuitum liberare soluendo pro reo: vel etiam promittēdo animo nouādi: sed nō pōt alteri inuito actionē auferre, & eā in se transferre. h. d. in effectu. & ad hoc allegaē. In tex. ibi, [ab vxore dotis nomine stipulatus sit.] Dic hoc modo. cētum q̄ mihi ꝓmisit talis pro dote tua tu etiā ꝓmittis: si enim non fieret mētio de ꝓmissione illius, cū quātitates sint multiplicabiles, nulla esset ratio quare nō vr̄ dos duplata. & sic maritus posset ab vtroque exigere. facit. l. plane §. j. de le. j. In tex. ibi, [si hoc actū est.] Dic ꝙ videē in dubio actum tacite hoc iure ꝓpter interuentum nouæ ꝑsonæ, quādo ex interuallo fuit facta ꝓmissio secūda: alias nō, p ea q̄ plene no. per Bar. in l. singularia. si cert. pet. sed qualibet ꝓmissor esset obligatus, sic si eadem ꝑsona eodem instanti faceret alium contractum interueniente stipulatione: qa ex eo nasceretur actio tā ex illo quā ex stipulatione. vt quotidie videmus fieri. vt qa dl' talis vendidit, & postea subjiciē ꝙ promiserunt per stipulationē seruare ꝑdicta. & ꝓbaē in l. duo societatē. ſ. pro socio. non sic quando pceſsit cōtract⁹ qui recognitē. vt ſ. eo. l. si ita fuero. §. fi. cum l. ſe. † Quærit hic glo. fi. si soluisti pro debitore meo inuito & cōtradicēte, & sic ipm liberas, an poteris ab eo repetere. & tenet quod nō p l. fi. C. de ne. ge. Gul. de cu. tenuit cōtrariū. ne ille locupleē cū tua iactura. Et respondet ad illam l. ꝙ loquiē quando faciēdo contra prohibitionem alterius delinquētis. vt qa impedis te de negocijs suis eo inuito intrando possessionem suam, vel domū suā, licet bene agas & vuliter: sed in casu nostro nō delinquis. Breuiter pro gl. est casus cōtra determinationē Gul. in l. si pro tes. manda. de qua ipse Gul. nō meminit. nec ob. ꝙ locupletetur cum tua iactura: quia hoc contingit propter tuam culpam qui fecisti contra prohibitionem. & sic non est hoc incōueniens.

2 ☞ *Debitor soluendo licet sit liberatus, tamen potest adhuc petere se liberari per publicum instrumentum.*

LEX IX.

1 SI pupillus. † Per stipulationem iterpositam a pupillo sine tutoris authoritate nō fit nouatio actiōis sibi cōpetētis, nisi eā ratificet postquam factus est adultus, cū non possit nouare. h. d. In gl. j. ibi, [in duobus est duplicatus.] Dic vult dicere ꝙ in hoc tex. sunt duo quorum quodlibet pōt intelligi duob⁹ modis. Primū dū dicit quod fuit stipulatus sine tutoris authoritate: & tunc si nō habebat nisi vnum tutorē: & tunc intellige ꝙ fuit stipulatus a quodam tertio sine authoritate illius. & sic innuit ꝙ si cum illa bene cōtingeret nouatio. & iste tutor liberareē ab actione tutelę. Sed tunc q̄ro. cum iste authoreē in causa propria. Solu. dic ꝙ non directe. sed per indirectū. ſ. in stipulatiōe interposita cū illo. & hoc facere pōt vt l. j. de autho. tu. Si autem habebat plures tutores, & fuit stipulatus ab vno sine authoritate alterius. si autem cum illa, similiter fiet nouatio. nec tunc obstaret cōtrarium. quia ille nec directo nec per indirectū authoratur in causa propria: cum ipse nō liberēt, sed solū ille a quo pupill⁹ est stipulatus. Item aliud hic dicitē ꝙ fuit stipulatus rem suā saluā fore hoc pōt intelligi añ cœptā administratiōnē. & sic sup actione vel obligatione futura. Item post cœptā & finitā administrationem durante pupillari ætate, ꝓpter aliquā causam superueniēte ipsi tutori. & sic super obligatione iam nata ad interesse. q̄ non nascitur nisi finita tutela. † Vltimo no. gl. fi. q̄ semp allegatur ꝙ debitor soluēdo licet sit liberatus: tamē potest adhuc petere se liberari per publicum instrumentum. quia hoc est sibi vtile, vt facil⁹ poterit ꝓbare liberationē. & pōt ad hoc iudicis officium implorare: vt creditor cōpellaē de solutiōe facere publicū instrumentum facit l. dissolutæ. C. de condi. ex lege. qualiter debet hoc intelligi & limitari.

2 ☞ *Conditio omnino extitura, si ignoratur quando: licet non faciat conditionem, facit tamen diem incertū, & quid si dies esset incertus an & quando?*

1 §. Qui sub conditione. † Conditio extitura nō reddit dispōnem cōdōnalē: sed purā. h. d. & semp allegaē. Et hoc itellige qñ erat certū ꝙ erat extitura & ēt quando erat extitura: vt si ꝓmittis decē si hinc ad annū orieē sol. nā ꝓinde est pura ac si illa conditio non esset apposita, & possim statim petere. & sic non habet etiam diē, vel pone vt in vltimo exēplo gl. vt quia promisisti si digito cælū non tetigeris vsq; ad annū. nā ista conditio est necessaria, cū eius contraria est impossibilis. & differt hoc exēplum a præcedenti: quia præcedēs loquitur quādo cōtinet aliquid de futuro. ꝙ tamen de presenti adhuc non est sed bn̄ est certum ꝙ erit. In isto autem continet aliquid de futuro, ꝙ etiā de præsenti est certum: quia nec tangere poteris in futurū nec hodie potes. si autē esset certa an, sed incerta qñ: vt quia ꝓmisisti, si antichristus nasceree. vel si Titius nasceree. vt in duobus exēplis gl. bene est verū ꝙ est pura quātū ad hoc vt statim nascaē obligatio, & sic dies cedat, & non habeat cōditionē: tñ nō est pura quantum ad idem, quia non potest agi antequā condi tio eueniat. & hoc dicit gl. hic no. ad hoc. ſ. de ver. obli. l. quodcūq; §. pe. & vide no. p Bar. in l. ita stipulatus. eo. ti. in illo artículo qñ cōmittaē stipulatio in diē. & qñ stipulatio cōditionis.

† Recollige ergo ex gl. singulari ꝙ cōditio omnino extitura si ignoraē qñ, licet nō faciat conditionē, facit tamē diē incertū. Sed si dies esset incertus an, & qñ, tūc ēt incōtractib⁹ haberet vim cōditionis, et impediret nasci obligationē, puta cū Titius cōsul fact⁹ fuerit: vt l. stipl'o ista. §. inter cætera. in fi. de ver. ob.

§. Qui actū. Si secūda stipl'o cōtinet minus quā pria, nō fit nouatio. Idē si cōtinet plus tñ cōtinet aliud, seu rē vniuersalē. h. d. scđm itellectū gl. & ponit duo & ī prio sunt duæ rōnes quare scđa nō nouat primā. pria ē, qa cōtinet minus. scđa, qa cōtinet aliud cū aliud sit seruit⁹ act⁹, & aliud itineris. vt patet ī scđo dicto. Iuris cōsult⁹ pōderat primā cām tm̄, qa cōtinet min⁹: nā illa sola sufficeret. etiā si sup eodē facta eēt secūda, in secūdo vero casu erat vnica tm̄ rō: qa scđa

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Cāpsor. Adde no. p bar. ſi l. cū duobus. ſ. idē rūdit. ſ. pro ſocio. Bal. ſi l. cōmiſſoria. C. de pact. inter emp. et vē. i. j. C. de liis q̄ pœne nomine. & q̄ ipſe no. i l. ſi ſi C. de inoffi. teſta. & in l. j. ij. col. de pub. iud. et Bar. i l. j. de ſto. ſtipu. & i l. ſingularia. Bal. in l. ſi pecuniā. ff. ſi certum pet.

ſtipulatio cōtinebat aliud. non autē ſuberat prima ratio q̄ contineret minus. imo continebat plus. quia in plus ſe habet actus, quām iter: licet neutro caſu fiat nouatio. tamen ſtipulatio valet etiā in primo, licet nō cōtineat vtilitatem: qa ſtipulator per primā poterat cōſequi etiā id q̄ cōtinebat in ſecūda. Et iſta eſt intētio gl. in effectu. Doct. autē aliter videnē intelligere, q̄ ſecunda ſtipulatio dicat cōtinere aliud: ſed vel minus, vel plus: & in prima non fit nouatio iſto iure. & etiā valebit ſtipulatio, quia cōtinebat vtilitatem: & hoc vt cōgruat huic titulo. Ser certe ſatis congrueret etiam ſecundū intellectū gl. qui videt eſſe magis de mente literæ. Dic tamen vt dixi in l. vſum fru. de ver. oblig. Et conſideratio Doct. conſiſtit in hoc, quoniā ſeruitus actus cōtinet in ſe cōmoditatem itineris, ſimilier & vſusfructus cōtinet vtilitatē vſus. qui ergo ſtipulatur actū, deinde iter, nō videt ſtipulatus ſeruitutē diuerſam, ſed cōmoditatem primæ: & ſic videt ſtipulatus primo totū, ſecūdo partem integralē. & idem in ſecundo exemplo pro merito nō valet ſecunda ſtipulatio, tanquam inutilis, per d. l. qui bis idē. Nā etiā ſi tantūdē eſſet ſtipulatus, nō valeret. vt tibi, ſed ecōtra vī ſtipulatus primo partē, ſecūdo totū, & valet. & nouat primā.

LEX X.

cipalem: & interrumpere præscriptionē contra eum: & in consequetiam interrupisse contra fideiussorem. & si hoc est non subest æquitas restituendi actionem contra fideiussorem,sicut nec contra principalem. quod autem fuisset interrupta præscriptio contra fideiussorem probatur in l.fina.C.de duo.reis.vbi interruptio facta contra vnum ex correis debendi,p̄ deest contra alterum.gl.in fi.hoc fatet̄.& propter hoc intellexit istum.§.& ad eius intellectum vacillauit:& voluit propter hoc q̄ hic dicitur actionē restituendam,quod loquatur quando non fuit potestas experiūdi contra principalem:alias non restituere tur sed tunc annus nō cucurrisset:ideo remanet gl.imbratata & confusa in seipsa.† vnde gl.seq.in fi.multum singulariter & nota.dicit illam l.fi.habere locū duntaxat in duobus reis debendi:vt interruptione facta contra vnum,censeatur facta contra alterum:quia tenetur eodem genere obligationis.l.æque principal̄.non sic in reo & fideiussore qui tenent̄ diuerso genere, vnde interruptione facta cōtra principalem,non cēsetur facta contra fideiussorem:& sic fideiussor posset præscribere:licet principalis nō poterit:& istam gl.tene mēti:quia semper alle. Et conclude finaliter quod aut fuit potestas experiundi cōtra vtrunq̄:& concurrit annus,& vterq̄ liberatur:& contra neutrū fit restitutio.aut non fuit potestas experiūdi contra aliquē eorū:& non cucurrit annus.nec aliquis eorum liberat̄.& p cō sequens nec restitutio est necessaria,nec habet locū i istis duobus casibus iste §. Aut fuit contra principalem,& nō contra fideiussorem.& cucurrit annus,& vterq̄ liberat̄ de rigore:sed de equitate restituitur contra fideiussorem:licet egisset cōtra principalem.ideo eius negligentia nocet, si duntaxat contra principalem contra quem fuit commissa,non contra fideiussorem:contra quem commissa non fuit,& habes nunc clarum intellectum tex.& glo. Cætera vide hic p Bar.qui aliqua bona tangit,licet omittat declarare medulam huius §.vt s̄.dixi.

§.Qui pro te apud. Si debitor succedat fideiussori,extinguitur obligatio fideiussoria tam primi quam secundi fideiussoris: sed non obligatio pignoris. hoc dicit. & est casus singularis secundum Doc.Intellige etiam si fuit datum a fideiussore:& hic erat rō dubitandi:quia extincta fideiussoria personali,quę se habebat vt principalis ad hypothecam,vel pignus datum per eum, videbatur extingui fideiussoria secundi fideiussoris intercedētis pro eo.& tamen contrarium est.Gl.ponit duplicem rationem diuersitatis,tamen secunda non placet:quia sicut primus fideiussor non tenetur nisi pro pecunia pro qua interceſsit,ita nec pignus datum ab eo pōt retineri nisi pro illa pecunia,licet datum ab ipso debitore poterit retineri etiam pro alio chyrographario debito ab eodem:licet pro illa non fuit obligatum:dic ergo subtilius & clarius rationem diuersitatis:quia principalis & accessoria non possunt concurrere in eodem subiecto: sed requiruntur diuersa subiecta. Si ergo vtraq̄ est personalis, cū subiectum ambarum sit ipsa persona,si incipiunt cōcurrere in eadem persona,nisi extingueret̄ accessoria,reperiētur esse in eodem subiecto:conuenientius est ergo q̄ extinguatur accessoria,& remaneat principalis,quam econuerso.Sed si principalis est personalis:accessoria vero realis:vt pignus,tunc subiectū personale est ipsa persona:subiectum vero reale est ipsa res:si ergo fideiussori qui dedit pignus debitor succedat:licet extincta sit fideiussoria,ne in eadem persona reperiantur esse ambæ non sic extinguitur hypothecaria data a fideiussore:qa non reperiretur esse in eodem subiecto Ratio autē quare extinguitur secunda fideiussoria est:quia illa est personalis,& sapit naturam personæ personalis,cui accedit.ideo illa extincta extinguitur secunda:est etiam alia ratio:quia nō interest creditoris quod duret personalis accessoria in eadem persona, cum per principalem poterit tantum consequi quātum p accessoriam:sed bene interest quod duret hypothecaria:quia per illā poterit plus consequi si res obligata reperiretur penes tertiū possessorem.nam contra eum non haberet creditor personalē: & tamen habet hypothecariā quæ est in re.vt l.si fundus.§.in vendicatione.de pig.& propter esse creditoris cōseruatur interdū actio etiam personalis,& accessoria:vt in l.hæres a debitore.§.quod si hic seruus.de fideiuss. Non sunt alia.

2 ¶ *Oblatio facta non congruo loco,uel tempore,non prodest,sed habetur perinde ac si facta non esset,& creditor habet iustam causam recusandi.*

3 *Emptor an possit petere rem nisi soluat pretium?*

LEX XXXIX.

SI soluturus †Si pecunia deponit̄ per debitorem penes electum per creditorē piculū est ipsius creditoris:sed si ipse debitor eligit ita demum est periculum creditoris si ipse fuit in mora recipiēdi:secus si debitor fuit in culpa offerēdi:vel neuter fuit ī mora vel culpa:quia tunc pertinet ad ipsum debitorem.sed in debito speciei hoc vltimo casu quando neuter fuit in mora vel culpa,periculum pertinet ad ipsum creditorem,cum per interitū speciei debitæ,debitor liberet̄.h.d.in effectu:& est magis difficile quam appareat.Et primo loquitur quando creditor eligit vsq̄ ibi,[cum tamē.]secundo quando eligit ipse debitor vsq̄ in finem:licet gl.intelligat hanc secundam partem etiam in casu quo creditor eligit:sed tunc non haberet dubium,& ista secunda continet casus.in primo qui durat vsq̄ ibi:[in qua specie.]fuit in culpa ipse creditor vel in tardando recipere solutionem,vel omnino eā recusando recipere sine iusta causa. In secundo qui incipit,in qua specie.& durat vsque ibi,[his consequens.]fuit in culpa ipse debitor offerendo non congruo loco,vel tempore:& creditor nullo modo est in culpa.In tertio qui incipit,his cōsequēs,neuter fuit in culpa & continet duos casus:vnus in debitore quantitatis,vt est emptor.qui tenetur ad pretium:alius in debitore speciei,qui tenetur ad speciē venditam. Venio ad casum.primum dictum intelligo verū, etiā si creditor qui depositarium elegit in nulla fuit mora vel culpa malæ electionis:quia electus penes quemlibet erat idoneus. nec etiam in differendo solutionem: quia iustā causam habuit retardandi vt pecunia approbaretur.dum tamen debitor similiter nō fuerit in culpa,sed si fuisset in culpa:quia obtulerat nō congruo loco,vel tempore:& creditor dixit sibi quod deponeret penes talem:quia tunc non poterat recipere,& ille erat idoneus,& postea casualiter perdita est pecunia,tunc propter præcedentem culpam debitoris ex quo creditor in nulla fuit si perdita est casualiter,pertineret periculum ad debitorem secundū Iaco.de are.& Ray.qui alleg.s̄.de fideicō.li.l.sed si alienare.quod satis ratio notabile videtur.Secundum dictum in ver.cum tamē.dico esse verū qñ debitor qui elegit caret omni culpa: quia elegit illum quem quilibet diligens elegisset:si casualiter perdatur licet ipse elegerit,ex quo creditor fuit in culpa recipiendi,periculum pertinet ad creditorem. & liberatur ope exceptionis:vt j.eo.l.qui decē.secus si fuisset in culpa malæ electionis,& propter illam culpam perderetur:qa licet creditor fuit in culpa,vel mora recipiendi,ipse tamē debebat esse diligens in deponendo pro creditore,sicut deposuisset pro se

2 arg.in l.j.circa fi.s̄.e.†In tertio casu in ver.[in qua specie.] No.

a illud ad quod semper alle.quod[a] obligatio facta nō congruo loco vel tempore non prodest:sed habetur perinde ac si facta non esset.& creditor habet iustam causam recusandi.nec cōstituitur in mora:ideo periculū ptinet ad debitorē.etiā si in nulla culpa fuit,quando tenebat̄ in genere vel quātitate quātum ad personā idoneā,nā sufficit q̄ fuerit in culpa offerendi.& sic

3 habetur oblatio pro non facta.†In quarto casu in ver.[his consequens.]No.limitationem ad id quod habetur in l.Iulian⁹.§. offerri.de ac.emp.vbi habetur quod emptor non potest petere rem.nisi soluatur pretium,nec econuerso debitor pretium nisi tradat rem quod si inuicem non confidant:& neuter vult incipere remedium est q̄ fiat depositum:& tunc neuter est in culpa deponendi:quia neuter tenetur deponere:in hoc tamē differunt:quia si pecunia deposita perdatur,licet debitor non fuerit in culpa,nec in deponēdo nec in eligēdo,ex quo tñ nec etiā aduersarius fuit periculum pecuniæ ptinet ad ipsum debitorem,

torem,qui tenetur in quantitate: et sic casus ipsum nō liberat: sed Bar.videt̄ sentire cōtrarium,q̄ si elegit personam idoneā penes quā qlibet diligens deposuisset,non pertineat periculū ad eum:arg.in l.argentum.s̄.cōmo.& l.eum qui.sed ibi in debitore certæ speciei:quia cōmodatū erat argentū in vasis:vt etiā hic dicit̄ in venditore,qui tenet̄ in specie:sed in debitore quātitatis non puto verum dictum suum,per rōnem quā dixi.nisi eo casu quo creditor fuerit in culpa recipiendo.vt in secundo

2 casu huius l.†Sed opp.quia debitor quantitatis offerēdo,assignando,& deponēdo, statim est liberatus ipso iure: vt l.obsignatione.C.eo.ergo licet postea pareat, nō debet reincidere in obligationē iā extinctā.licet neuter ipsorū sit in culpa.Sol. & tene menti perpetuo.illud est verū quādo pecunia deponitur & cōsignatur cum libera potestate credendi data de recipiendo quandocūq̄ vult:& ad eius beneplacitum: sed si non datur libera potestas:sed ita demum si aliā rem tradit, tūc per depositionē & cōsignationē non liberat̄ debitor ipso iure añ interitum pecuniæ:nec etiā post.vt est casus sing.hic quē ppetuo tene mēti,secundum do. Est etiam alius casus in quo licet deposuerim simpliciter cū libera potestate recipiendi:tamē remanet obligatus et si postea reciperet depositū à depositario, ipse depositor deponēs non reincideret in obligationē iā sublatam vtilem,tāquam non directam:vt in l.acceptam. circa fi. C.de vsur.non sunt alia hic dicenda:quia satis in materia obligationis supra,dictum est.

LEX XL.

SI pro me quis. Etiā si tertius soluat debitū, liberat̄ pignus tam cōuentionale quā prætoriū. & nascitur & acquirit̄ debitori pignoratitia, vel aliud remediū ad recuperationē pignoris.hoc d.Non intelligas q̄ istæ actiones acquirantur sibi per factum tertij.cum per liberam personā non poterit alteri quæri actio sed propter factum illius tertij acquirit̄ pignoratitia, quæ orit̄ ex traditione pignoris facta per eum.Et sic orit̄ ex contractu debitoris,licet propter factum tertij:cū non oriat̄ nisi facta solutione:vt l.si rem.§.omnis.de pig.act.ecce casum.nō sunt alia.

LEX XLI.

REo criminis. Accusato vel inquisito de crimine de quo veniant bona publicanda,non videt̄ interdicta administratio bonorū suorum pendente accusatione vel inquisitione,quominus debitores sibi soluendo liberentur.et ipse etiam alij soluere poterit.h.d.cum l.seq. An etiam poterit bona alienare, dic vt in l. post contractum.de don.Nam quod hic dicitur contingit fauore liberationis.Fallit tamen in casibus hic no. per glo.posito ergo q̄ cōfiscatio subsequatur,non poterit fiscus iterum cō uenire debitores: etiam si scientes accusationem proposita sibi soluerunt:quia liberati sunt.per rationem de qua hic,quia si aliud diceremus, posset cōtingere quod ille moreretur fame tamen erat innocens.& secuta fuit absolutio:quia nullus pendente accusatione vellet soluere timore ne sequatur condemnatio.

LEX XLIII.

IN omnibus. Qñ principalis obligatio tollitur ipso iure, tollunt̄ etiam accessoriæ tam personales quā reales. Itē sub accessoria per cōfusionē tollit̄ principalis,nec ipso iure,nec ope exceptionis.h.d.Et sic ponit duo dicta æque principalia. Primū qñ tollit̄ principalis,an tollantur accessoriæ? & vult quod si tollitur ipso iure,tollāt̄:si autem ope exceptionis,gl.j.dicit quod nō semper tolluntur.q̄ dic vt in in ll.alleg.per eam.secundū dictū econuerso quādo tollitur accessoria ipso iure,an tollatur principalis:& dicitur q̄ si tollitur iure cōfusionis: vt quia creditor succedit fideiuss.nō tollitur principalis: subaudi nec ipso iure, nec ope exceptionis:vt supra,de fideiuss.l. hæres à debitore. §.quod si idem stipulator.sed si tolleretur iure solutionis veræ vel fictę,tunc tolleretur principalis ope exceptionis,non ipso iure:per id quod plene not.in l.Papinianus.supramand. & in

a hoc differt a primo casu, in quo sublata principali[a] ipso iure, tollūtur accessoriæ etiam ipso iure:sed sublata accessoria ipso iure,nō tollitur principalis ipso iure:sed bene tollitur ope exceptionis in casu prædicto quando ita tollitur iure solutionis: & de ratione dic vt not.in dicta lege, Papinianus. Et iste est verus intellectus:licet glo.hic tam prima quā penul.videantur sentire contrarium, dicentes quod istud ver. [præter quam.] venit exceptiue:& sic innuit q̄ sicut prin

2 ¶ Sublata principali. Adde docto. in regula accessorium.de regu.iur.libr.vj.

cipali sublata ipso iure,tollitur accessoria ipso iure,ita econuerso.præterquam in casu de quo hic:quando tollitur iure confusionis:sed hoc non est verum,salua pace glo.per not.in dicta l. Papinianus.& dicas quod hic non venit exceptiue à regula prima:sed ponitur aliud dictum eque principale.Quando autem principalis tollitur ipso iure,qualitercunq̄ tollatur siue iure solutionis veræ vel fictæ siue confusionis,tolluntur accessoriæ ipso iure: vt si creditor succedat debitori : nam liberantur fideiussores : & pignora data à debitore,ne pro eodem apud eundem remaneant obligata.quod esse non debet:vt not.in l. si quis pro eo.§.j.s̄.de fideiuss.nec ob.s̄.eod.l. cū quis.§. fi. quia creditor non succesit:sed debitor succesit fideiussori:& principalis non erat ibi extincta.ibi sic. Item ibi in pignore dato à fideiussore non in dato à principali sed etiam si à fideiussore: idem est.

2 ¶ *Cum arbiter condemnauerit partem ad vendendum vel locandum alteri: & illa vendidit vel locauit:postea non seruat contractum,sed venit contra, an poterit ab ea peti pœna compromissi?*

3 *Si aliqua communitas fuit condemnata propter rebellionem ad destructionem murorum: & ipsa destruxit, an poterit postea reponere?*

LEX XLIIII.

IN numerationibus. †Eadem numeratio vel vnus & idē actus potest parere diuersos effectus non contrarios, quod quatuor probat̄ exemplis.h.d.in effectu.cōtrariosvero nō:vt s̄.eo.l.qui hominē.§.fi.quia si ibi induceret liberationē, cēsereț solutum vt debitum:& si inducit repetitionem, videt̄ solutum vt indebitum:& ista duo sunt contraria: ideo si inducit vnum,non inducit aliud:sed in exemplis de quib⁹ hic, nulla est contrarietas,si bene inspicitur.casus est iste. Et not.quod in primo exemplo vnus & idem actus.i.traditio vel dimissio pignoris tollit plures obligationes.In secundo eadem solutio liberat ab obligatione naturali, & parit soluenti actionem ex testamento ad legatum: quia conditio eius purificatur.In tertio similiter liberat ab vna obligatione : & obligat recipientē ad restitutionem : & sic inducit repetitionem, liberationem, non tanquam de indebitis solutis:imo erat debitum: & p hoc non ob.l.qui hominem.§.finali. In vltimo exemplo similiter liberat ab actione ex testamento hæredem, & obligat aduersarium actione ex contractu. Et inquantum dicit quod liberat ab actione ex testamento,patet quod si facta venditione vel locatione non traderet rem,non posset conueniri actione

2 ex testamento : sed actione ex vendito , vel locato. † propter hoc dicit Bart.se consuluisse cum arbiter condemnauerit partem ad vendēdum vel locandum alteri,& illa vendidit, vel locauit:postea non seruet contractum, sed venit contra : vtrum poterit ab ea peti pœna compromissi, quæ erat magna si veniret contra laudum,an pœna quæ erat apposita in cōtractu vēditionis quę erat parua:& dicit quod hęc secunda,non prima. quoniam ab illa fuit liberatus eoipso qđ vendidit, vel locauit. per illum tex. Et istam quęstionem plenius ipse examinat in l. si fideiussor.de lega.j.& Ang.alleg.pro dicta decisione.l.si cū fundus.de contrahend.emp.& de pact.l.ab emptione.in glo. mag. & quod not.in authē. sacramenta puberum. C.si aduer. vendi.in glo.fin.& in Specu.de arbit.§.sequitur.ver.sed pone

3 arbiter in contrarium alleg.†quod not.Cyn.in l.seruus.C. de pœnis.in questione illa,si aliqua ciuitas fuit condemnata propter rebellionem ad destructionem murorum, & ipse destruxit:an poterit postea reponere:nā videtur q̄ sic, quia destruēdo fuit liberata à conditione,secundum Bart. sed contrarium determinat Cyn.& dicit fuisse determinatum per illam.l.quia non videretur destruxisse,si destructio non duraret sicut non dicitur versum: vt l.si pro patre.§. versum.de in rem verso.vñ videretur vendidisse vel locasse,nisi perficiat contractum : & in perfectione perseueret. & pro hoc bene facit l. si hæres. in prima charta.de actione empti.& leg.si quis missus.ne vis fiat. quia non sufficit quem misisse in possessionem , nisi missum tueat̄ prætor.vnde dicit Ang.se valde dubitare de decisione

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ De notario q est condemnatus. Adde Bal.in l.depositū C.depos. Bart.in l. si quis.in prin.§. fin. de lega.in.& in lex militari. C.de testa. milit.

Barttoli:sed ipse Bartolus bene vidit ista & etiam alia, ideo dic per eum in dicta lege,si fideiussor.

Pro dote restituenda,an possint dari pignora.

LEX XLV.

VAmnis. †Cōuentio de dādo pignus insolutum pro debito,etiam facta ex interuallo,non valet ad agēdum, si debitor possidet.quia ea non ob.potest retinere & debitum soluere.h.d. & alibi non reperitur.& intellige etiā si sit stipulatione vallata:alias nō haberet dubium,sed si creditor non esset in possessiōe,bene valeret ad retinendum,postq̄ est facta ex interuallo:vt l. Titius.de pig.ac.alle.in glos.pro contraria:secus si à principio:quia esset pactum legis commissoriæ.q̄ in pignoribus est reprobatum.vt l.j.& ij.C.de pac.pig.Ecce casum.& p̄dicta quando agitur vt sit insolutum pro debito,cū possit longe plus valere.nam tunc distinguitur.aut à principio cum pecunia recipitur,non valet nec ad agendum,nec ad retinēdum. quia contra publicam vtilitatem.vt d.l.& ij.de pac.pi.aut post pecuniā receptam,& valet ad retinendum.non ad agēdū.sed si ageretur quod esset venditum pro iusto pretio, valeret etiā à principio:& quantum ad agendum si fundus.§.fi.de pigno. Item prædicta qñ ista conuentio fit inter creditorem & debitorem,si autem inter debitorem & fideiussorem eius,tūc etiā si à principio fiat q̄ iste fideiussor soluat,& q̄ possit retinere pignus pro debito insolutū,valet.vt in l.fi.in prin.de contrahen. emp.vbi est casus singularis,si autem non apparet an voluerit vel pro iusto pretio vel pro debito creditor retinere,recurrendum est ad verba quia fuit dictum quod si debitor non soluat infra certum tempus,pignus intelligatur venditū creditori:et tunc intelligitur pro iusto pretio,& valebit.Si autem dicatur q̄ habeat insolutū,videtur actum quod pro debito:& tunc valebit si à principio hoc fuit actum secūdum Bart.hic.† Vltimo inducitur iste tex.quod pro dote restituenda possint dari pignora:& eodem modo potuerunt dari fideiussores,& nō habebit locum titulus ne fideiuss.do.dentur:sed solum quādo dātur pro dote conseruanda,certe non puto illum debere sic intelligi,imo quando pro dote restituenda. Nō ob.hic,quia nō dicitur q̄ prædia essent pignorata:sed dicitur quod erant obligata,id est hypothecata:& sic erunt penes maritum.& non est dubium quod bona eius tacite obligant̄ pro dote restituēda.sed si traderet res pignori retinendas:non puto hoc valere. quia induceretur quædam perfidia inter vir.& vxo.quia vxor non consideret de viro:ista est ratio quare nō valet datio fideiussoris.de ista quæstione vide per Bar.in l.si cōstante.§.quoties.sol.ma.

Vtrum Notarius si est condemnatus ex delicto non concernente officium notariatus,an interdicatur sibi officium,ut non valeant postea instrumenta per eum confecta?

Si esset remotus ab officio,& hoc ignorabatur,& publice tenebatur pro notario.an instrumenta valeant?

§.Idem Frontoni. †Per promissum criminalem inchoatum contra tutorē, vel alium administratorē,non interdicitur sibi administratio.h.d. Et hoc quia non tangit officium tutelæ:sed si illud tāgeret:vt quia accusaretur de suspecto.secus.vt l.eū quem.C.de suspect. turo. Et dixi §.e.in l.quod si forte. Ecce casum.† & ista faciunt ad quæstionem de notario.q̄ si est condemnatus[a] ex delicto non concernente officium notariatus,non interdicitur sibi officium & valent instrumenta postea per ipsum confecta.sec⁹ si ex delicto concernente officium,vt quia fecit falsum instrumentum:nam videtur interdictum officiū notariatus,etiam si non fuit dictum expresse in sententia.nec valebunt instrumenta per eum postea confecta.Contrarium tñ videt̄ tenere Spe. in ti.de instru.edi.§.restat.ver.quid si tabellio.& Bal.in l.Iubemus.§.sane.C.de sac.sanc.ec.& Bar.in quodā consilio q̄ incipit.Ser.Io.q̄ nisi expresse sit remotus ab officio,valeāt instrumenta postea.de hoc vide per Bar.in l.ea.j.ad l.Iul.repetun.& per Inn.in c.fraternitatis.de hære.& per Bal.in l.ij.C.de sent. in l.ex militari.de test.mi.† sed etiam postquam esset remotus ab officio,si hoc ignorabatur,& publice tenebatur pro notario, videntur instrumenta valere per gl.sing.in authen.de tab. circa fi.Bar.tamen in d.l.ij. intelligit illam quando esset priuatus per l.vel statutum:si autē per sentētiā hominis,non valent etiam si ignoraretur.quæ est optima limitatio.& adde q̄ ipse idem no.in l.j.C.de testa.

Si duo vendiderunt simul cum pacto de retrouendendo,si infra certum tempus venditores restituerent pretium:& alter illorum offert partem suā:alter vero nō curat,non tenetur emptor reuendere partem:& alteram retinere.

Quid si ille paratus est totum reemere,& offert totum pretium?

Si datur species insolutū pro quantitate seu pecunia,& euincatur,an possit agi actione prima si expresse hoc vel non fuit actum?& quid si valebat plus,vel minus.

Quid si soluitur species pro specie,vel genus pro genere,species pro genere, aut genus pro specie?

LEX XLVI.

SI quis aliam. †Summarium istī⁹ l.colligitur ex versi.[tūc ergo.]& dicit q̄ si datur in solutū species pro specie,illa euicta in totum vel pro parte agitur actione prima insolidum.quia ex tunc apparet debitorē non,fuisse liberatū.h.d.& est singularis l.& famosa.venio ad casum.In tex.ibi,[et euicta fuerit̄res.]subaudi & illi debitori danti fuit denuntiatū q̄ veniret ad defendēdū. alias non posset creditor agere.sicut quando res vendita euincitur. In text.ibi,[tamen pro solido obligatio durat.]dic si tñ agat actione prima ad solidū primo debitum,debet restituere aliam partē non euictā.ar.j.e.l.si is cui.& l.si cum aurum.& de pig.act.l.eleganter.§.si reprobos.& l.cum aliter.§.si quis alienum.circa fi.de fideicō.lib.† In tex.ibi,[nam non accepisset.] præsumptiōe iuris:& no.hanc rationē.per quā Bar.dicit se cōsuluisse,si duo vendiderunt simul cum pacto de retrouendendo si intra certum tempus venditores restituerent pretium,& alter illorum offert partem suā,alter vero non curat:non tenetur emptor reuendere partē:& alteram retinere: quia non est verisimile q̄ a principio emisset vnam partē sine altera:facit l. tutor.§.j.ff.de mino.† Sed quid si ille paratus est totum reemere:& offert totum pretium,sed emptor non vult recipere, dicens q̄ non est obligatus vtrique.& si volunt rem habere ambo ventāt.breuiter puto q̄ bene dicat:nisi consentiret alteri:& cederet sibi ius suum:quia licet nunc curet,poterit mutare p̄positum:vt l.deberi.C.de fideicom.libe.vnde nō debet alter præoccupare ius suum sine sua voluntate. In tex.ibi,[sed & si quis per dolū.] subaudi debitoris tradētis.Et no.q̄ hic res data insolutum non fuit euicta in totum,vel pro parte:sed min⁹ valebat quam res sibi debita:& si creditor sciēter accepisset,imputandum esset sibi.Idē si ignoranter,& non interuenisset dolus debitoris: eo autem interuēiente locum habet quod hic dicitur,cum non dicatur liberatus ab actiōe prima.& poterit cō uenirī ad fundū primo debitum,nisi refundat quatenus minus valet.In gl.j ibi,[licet esset alij obligata.] vult dicere gl.in effectu quod si euincitur ratione dominij,potest agi actione p̄ia: vt hic:secus in actione hypothecæ:vt in contrario.quę solutio non est bona per l.si rem meā.§.eo.vbi agitur actione prima,licet sit euicta iure hypothecæ:quia tenebat̄ ad duo, scilicet ad transferendum dominium:& taliter quod euelli non posset: & licet fecerit primum,non fecit secundum.ideo non est liberatus:tene ergo solutionem positam in fin.gl.quæ est bona ad vtrunque contrarium formatum in glo.quia hic loquit̄ quādo fuit data insolutum species pro specie,quo casu cēsetur quędā permutatio.in qua venit trāslatio dñij,& si trāsferē,nō p̄ficit p̄mutatio:si ergo est euicta:apparet q̄ nō fuit trāslatū, vel nō p̄fecte,vt l.j.de rerū p̄mu.iō nō est recessum ab actione prima. cōtrariæ vero gl.loquūt̄ qñ fuit data in solutū spēs p̄ pecunia quo casu est q̄dā emptio.in qua vēditor nō pōt trāsferre dñiū sed solū rē tradere.si tradidit,licet postea euincat̄,ex hoc nō apparet vēditionē nō fuisse p̄fectā:imo fuit.& p cōsequēs fuit recessum ab actione prima:& debitum primum fuit conuersum in causam secundam,& in pretium istius rei.merito re euicta nō est redeundum ad actionem primam à qua fuit recessum: sed agendum ex hoc secundo cōtractu,scilicet vtili ex empto ad recuperationem pretij,& interesse.gl.† tamen ponit aliam solutionem quæ est etiam bona in se,& singularis:& procedit etiam in isto casu quando species pro quantitate. quod si fuit actum expresse vt non recedatur ab actione prima, nisi fuerit effecta perfecte creditoris,nō recederet:qā no.pro do nationibus insolutū quæ quotidiæ fiunt,quia cautū est apponere dictū pactum,per quod cōseruat̄ actio prima,in qua forte sunt fideiussores, vel pignora. & non sunt in secunda. & ista glosſ.semper allega. & alia quæ est in l.libera.C. de sentē. Est etiam vnus casus specialis fauore dotis,in quo etiam cum datur species p̄ pecunia, nō recedit̄ ab actione prima,nisi res efficiat̄ perfecte accipiētis.etiā si nō fuit expresse dictū. vt j. e. l.qui res.in prin.& vnum scias,q̄ quando ex contractu transactionis datur species insolutū:ea euicta indistincte non agit̄ actione prima,sed præscriptis verbis,vel alia actione,odio litium à qua semel fuit recessum ne amplius ad eam redeat̄.etiā si fuit data species pro specie.vt l.si pro fundo. C.de transact. Cætera vide hic per Bar.qui ponit vnam longā distinctionē. Adde tertium casum.in quo data est in solutum species p̄ pecunia,& tamen non recedit̄ ab actione prima, nec cōtrahitur emptio,quę ponit̄ in fi.huius l.quādo fuit data pro maiori ęstimatione quā valeret interueniente dolo debitoris, nisi refundatur creditori quatenus minus valet quam sibi debeat̄. & sic est in potestate debitoris facere vt actio prima tollatur,& contrahatur emptio ex interuallo:licet non fuerit cōtracta à principio.nam ille finis generaliter loquitur: & sic potest intelligi etiam hoc casu,sed si non interuenisset dolus debitoris,tūc esset distinguendum an interuenisset deceptio vltra dimidiam iusti pretij, vel non:vt primo casu poterit rescindi, secūdo nō & creditor habebit damnum,quia pro tāto videt̄ emisse. Adde quartum casum.de quo habet̄ in lege si non sortem.§. si centum supra de condi.inde. quando est data res maioris æstimationis quā esset debitum per errorem:vt si putabat se teneri in ducentis, cum non teneretur nisi ad centum,& dedit rem valentem ducenta:nam non fit cōfusio partis rei pro debito:sed redditur datio nulla.& potest debitor rem condicere,& solvere debitum. Et antequā soluatur nō teneť creditor restituere, & si creditor vellet soluere residium pretij vt haberet rem,nō puto quod debitor teneretur rē dimittere: quia si à principio sciuisset se non teneri nisi in cētum, verisimiliter hanc rem nō dedisset:sed potius pecuniam procurasset.arg hic in vers.[nā non accepisset.]in ratione sui:& in hoc differt à casu præcedēti.in quo est in potestate debitoris facere q̄d creditor retineat rem:& non agat actione prima:& istud in quo debitor est deceptus:quia non est in potestate creditoris impedire eius repetitionem:et ista no.singulariter pro donationibus in solutum, quæ quotidie fiunt:quia si in aliquo est erratum, vel ex parte creditoris,redditur datio nulla.per hanc l.in fi. & per illum §. si centū.secundū Bar.ibi. Quid autē si nō est erratū,quia tenebat̄ in centū:& sciebat se nō teneri in plus,& dedit in solutum rē valentē minus,nec fuit erratum in faciēdo æstimari,quid iuris,vel quid si valebat plus? Breuiter,aut dilatio facta est p̄ debitorē:& tunc cōtrahitur emptio statim. Sed an poterit rescindi? dic aut est deceptio vltra dimidiam vel nō. si vero facta est per principē:dic vt in l.fi.§.si autem minus.C.de iur.do.impetrādo.si vero per iudicem.dic vt l.à diuo.§.si pignora.de re iudi.per Bar.& tene mēti ista:quia quotidiana sunt:& ista.l.red dit̄ famosa propter ista.non sunt alia.† Vltimo in l.si quis aliā. distingue secundum Bar.aut vnum soluitur pro alio ex causa transactionis:aut ex alia causa. Primo re euicta non agit̄ actione prima fauore minuendarū litium:vt l.si fundo.C.de transa. Secundo casu,aut soluitur spēs pro spē: aut genus pro genere aut species pro genere:aut genus pro specie. Primo casu aut euincitur ex causa dominij:& sine dubio potest agi actiōe prima,siue ab initio non fuit facta accipientis, siue ex postfacto desinat per alicuius cōditionis euentum:vt hic & §.e.tit.l.cum quis.§.qui hominem.& C.de sen.libera.aut euincitur per hypothecariam,vel aliqua actione personali:& tunc aut ille qui soluit de euictione promisit, & est liberatus actione prima: & debet agere de euictione: vt lege finali.de condictione ob causam. aut de euictione non promisit, & debet agi actione prima à qua non fuit liberatus.vt lege,si rem.supra eodem. Si vero datur genus pro genere,idem: quia debet agi actione prima secundum distinctionem præcedentem: vt l.deferre.§.fin.& l.seq.j.de iure fisci. Tertio casu quando species pro genere,aut illud genus consistebat in pecunia numerata,& re euicta non potest agi actione prima. sed a vtili ex empto.vt l.si prædium.C. de euictio.& l.eleganter.in princip.supra,de pigno.act.si vero non consistebat in pecunia,tunc nō potest esse emptio:ideo agetur actione prima à qua non fuit liberatus.vt l.qui concubinam.§.si hæres.supra de legatis tertio. Quarto casu quando soluit genus pro specie,tunc indistincte tenetur facere rem accipientis:vt l.si à substituto.§.hæres.de leg.j.&.§.si hæres.ideo si non facit,debet agi actione prima.

¶ Locuplex dicitur. Adde glo.in authē. præterea.C.vñ vir & vxor. & in l.vbi adhuc.C.de iure do.

LEX XLIII.

IN pupillo. Quādo aliquem esse locupletem est causa actionis dandæ vel denegandæ,inspicitur an sit locuplex tempore lit. contest.

a Item locuplex dicitur [a] ille qui ex eo quod solutum est,emit rem sibi necessariam:licet postea illa sit perempta.hoc dicit.venio ad casum.In tex.ibi,[tempus quo agitur.] dic,quia si tunc non est locupletior:licet primo fuerit, nō prosit agēti vel excipienti contra eum: & se fundat in hoc quod locupletior est. si autem nunc esset:licet prius non fuerit,videtur sufficere agēti vel excipienti.dummodo etiam duret vsque ad sententiam inclusiue,& hoc modo intelligitur contrarium formatum in glo.d.l.si à patre.§.quo tempore.de peti. hære. Vel dic secundum Barto.quod ibi erat causa condemnationis moderandę: ideo inspicitur tempus sententiæ:vtrum que dictum potest sustineri. De secūdo pone:vt lege, Nesennius.de re iud. In tex. ibi,[quam necessario de suo erat empturus.] Si autem nō erat necessaria:licet esset vtilis,& sic fuit effectus locupletior à principio: sed hodie tempore litis contesta.non est,quia est perdita,locum habet quod dictum est supra:quia non sufficit agenti vel excipienti,sed in casu isto sufficit.& istud dat intelligere hanc legem:quia si istam pecuniam non accepisset, tantundē de suo erat expensurus. non sic quando non erat necessaria. In tex.ibi,[locupletior.] dic hoc fallit inter coniuges sibi inuicem donantes. Nam reuocata donatione potest repetī quatenus donatarius factus est locupletior.nec prodest volēti repetere quod in rem sibi necessariam expenderit hodie non extat,quia inter eos tanquā inter infestos agendum est. & sic loquitur aliud contrarium gl.de l.si sponsus.§.concessa. de don. inter vir.& vxo. In tex.ibi,[mutuam pecuniā acceperit.] subaudi & antequā conuerteretur in illam perdita est. Nam sufficit primum,vt cesset senatusc̄sultum Macedonianum. quod est odiosum:sed non daretur actio vel exceptio contra pupillum in casu præcedenti,si antequam esset consumpta in illam causam perderetur:vt in glosſ.fina.sed requiritur quod in illā expendatur:& postea non curatur quod illa deficiat.

Vtrum ille q̄ percipit fructus ex re,censetur eam in dubio tenere et possidere tanquā dñs.

An hoc sufficiat ad probationem dominij,quod tenuit & possedit?

Creditor quod aliquando lucretur fructus pignoris,prætorij.

LEX LXIIII.

ITia. †Fructus percepti ex pignore prætorio, conuertūtur in vsuras:& postea in sortem debitā. hoc dicit. In tex.ibi,[omnia pro domina egit.] dic iste tex.semper allega.per aduocatos † quod ille qui percipit fructus ex re, censetur eam in dubio tenere & possidere tanquā dominus:licet iste actus sit indifferens:quia possunt percipi p̄ colonum vel inquilinum sicut per dominum.& sic nomine alieno:& tamen in dubio censet̄ percipere per se & suo nomine.† An autem hoc sufficiat ad probationem dominij quod tenuit & possedit? dic vt plene no.per Barr.ol.in lege pen ſ.de constit.institu. In tex.ibi,[pro soluto enim magis habendum est.] dic potius quām vt cedant lucro eius,sicut & fructus percepti ex pignore conuentionali:vt lege prima.& C.de pign. actio.& hoc postquā sunt consumpti. quia compensatur cum debito.prius autem non videtur facta compensatio.iuxta no. in lege diuortio.§.ob donationes.soluto matrimonio.& in dicta lege prima & secunda.† aliquando tamen creditor lucratur fructus pignoris prætorij: licet non conuentionalis, propter nimiam contumaciam debitoris. vt lege, Fulcinius.§.finali,supra,ex quibus causis in possessione.eatur. In textu ibi,[vsurarum nomine.] dic istæ vsuræ debebantur olim vxori finito tempore dotis restituendæ, quod erat olim annua, bima,tri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Prouidetur mulieribus. Adde diffuſe per doc.in c.poſt miſerabilem.de vſuris.
b ¶ Dictio in. Adde Alber.de roſ.i dictionario.in verbo,in.

ma die.hodie annus: vt C.de rei vxoriæ actione.l.j.§. exactio.ſed durante illo tẽpore non debebantur vſuræ:ſed alimenta. vt ibi no.in l.ſicut.de ope.lib.hodie idẽ in alimentis ſed in vſuris ſecus: quia trãſacto tempore non debentur vſuræ mulieri etiã morã paſſæ de iure canonico:vt no.Bart. in l.inſulam.§.vſuras.ſ.ſo.ma.nec etiam alimenta:quia poteſt dotem repetere.de hoc articulo dic vt in l.diuortio.ſol.ma.per Bar.per ſtatuta tamen prouidetur mulieribus[a] vt quouſq; dos reddatur,aliquid annuum debeatur:puta viij.vel x.pro centenario:quod quaſi vbiq; ſeruatur,licet ſit dubiũ an valeat,qa permittit vſuram:ſed quia proprium patrimonium eſt mulieris ex quo viuere debet.& propter fragilitatem ſexus vbique tolerantur talia ſtatuta.& redditur ei ius de tali commodo.In gl.ſuper verbo,[magis habendum eſt.]ibi,vt hæres.ſubaudi putatiuus hic non ſubaudi ſed vt creditor.& hic vera,quia qñ vt creditor percepit voluit ſibi ſoluere:non quãdo vt creditor ſed vt dominus.vt ibi.

2 ☞ *Quando uerbum ſolutio iungitur cum uerbo obligationis,uel ponitur ſimpliciter ſine adiuncto:ponitur pro omni liberatione ab obligatione.*
Qui liberatur per acceptilationem,non dicitur proprie liberari per ſolutionem ſed per ſatisdationem.
3 *Promittens ſoluere intra certum terminum ſub pœna ſi non ſoluat,ſed per acceptilationẽ liberetur,an euitet pœnam.*

LEX XLIX.

1 SOlutam. †Verbum,[ſolutam.]iunctũ cũ verbo pecuniã,importat verã & naturalem ſolutionem.per quam debitor liberatur ipſo iure. ſiue ſoluat creditori,ſiue eius legitimo adminiſtratori,ſiue cuicunq; alteri de voluntate creditoris:ſed verbum ſatisfacio,importat etiam ſolutionem fictam:quæ fit per acceptilationem.
3 h.d.tota l.†Sed quando verbum ſolutio,iungitur cum verbo obligationis,vel ponitur ſimpliciter ſine adiuncto ponit pro omni liberatione ab obligatione.& hoc dicit l.ſolutionis.j.eo. quę debet iungi cum iſta.no.in ſi.q; ille qui liberat per acceptilationem,non dicitur proprie liberari per ſolutionem,ſed per ſatisdationem.& hoc inducitur per Dy.†ſi aliqs promiſit ſoluere intra certum terminum ſub pœna,& infra illum non ſoluit vere:ſed per acceptilationem liberatur:an euitet pœnam? iſte tex.innuit quod non fecit quod promiſit.Dy.tamẽ determinat contrarium:quia odio pœnæ largius ſumitur.vt cõprehendat ſolutionem etiam fictam.Bar.tenet deciſionem quod non incidat:ſed non tenet ratione eius quod ideo non incidat:quia videatur ſoluiſſe.arg.huius tex.ſed ex eo quia p creditorem ſtetit quominus ſolueret,cum ipſum liberauerit p acceptilationem.Ang. allegat.Dy.in l.iiij.§.ſoluiſſe.de re iudi. facit l.iiil,de condi.& demon.nã conditio debet impleri in forma:& ſic etiam conditio ſoluendi videtur impleri compẽſando vt ibi patet.licet non ſit vera ſolutio,ſed ficta.

3 ☞ *Soluens ſcienter indebitum,etiam eo caſu quo uidetur donare non repetit per modũ agendi.*
3 *Vbi ſubeſt alia cauſa quàm donationis,non præſumitur donatio,*

LEX L.

1 SIcum aurum. †Si ſoluitur aliud p alio creditore nolẽte, nõ liberat ſoluẽs & ſi fuit ſciens,non repetit p modũ agendi:ſed p modum excipiendi recuperare poteſt,ſi creditor agat ad debitum.h.d.†In tex.ibi,[quod ſciens feci.]No.q ſciẽter ſoluens indebitum etiam eo caſu quo videtur donare,non repetit per modum agendi.nam hic donare non videtur.quod patet:qa per modum excipiendi recuperat. quod nõ eſſet ſi videret donaſſe:& tamen non repetit:quia ſcienter ſoluit.quod no,& ſic debet intelligi.l.j.de condictio.indebi.& l.cuius per errorẽ de regu.iur.†Itẽ no.& ad hoc allegatur iſta lex quod vbi ſubeſt alia cauſa quàm donationis,non præſumitur donatio hic eũ ſuberat debitũ:pro quo tollendo videbatur ſoluiſſe.Ideo non præſumitur quod voluerit donare:ſed quando nõ ſubeſſet verum debitum:tunc ſcienter ſoluendo videtur donaſſe:& ita loquitur l.cuius per errorem.quia non poteſt dici quod ſoluat vt ſe liberet,cum ſciat ſe non teneri.facit.l. Papinianus.de opc.li. & l.eleganter.§.qui reprobos.de pigno.actio.

LEX LVI.

SVi ſicſoluit. Solutio quæ debet durare mẽto ex pacto habito inter partes,non liberat ſoluentem.h.d.& hoc quãdo nulla vtilitas reſultat recipienti.alias ſecus:& ita loquuntur contraria. allega.in glo.ſi vero non eſſet actũ inter partes, adhuc poſſet operari liberationem.vt j.eo.l.ſi quis duos homines.in fi.

2 ☞ *Si promittis mihi centum libras in florenis auri, an poſſum petere aurum?*

LEX LVII.

1 SI quis ſtipulat.fuerit. †Iſta eſt ſingularis lex & non eſt alibi.& hoc d.facultas ſoluendi aliud pro alio competens ex contractu & etiam facultas ſoluendi adiecto finitur p lit.conteſt.factam ſuper eo quod eſt in obligatione,vel facta a creditore.hoc dicit.Et nõ eſt alibi in vtroq; dicto.& dicit Bar. ſe nunquam intellexiſſe niſi tunc cum ſcripſit. veniamus ad caſum.In textu.ibi,[ſed ſi ſemel actum ſit.]ſubaudi ad x.tãtum vel ſimpliciter non facta mentione de melle.Sed ſi dixiſſem peto à te x.in pecunia vel melle:tunc poſſes offerre mel etiam poſt litem conteſtatam,quinimo etiam poſt ſententiam:quia ita debet ferri ſententia ſicut petij,ſ.quia debes condemnari ad x.ſoluenda,ſeu mel:ergo in executione ſententiæ habes facultatem ſoluendi mel ex ipſa ſententia.& ita voluit hic Bart. & bene.In tex.ibi,[quamuis ante li.cõte.poſsit.]ſubaudi etiã me prohibente:vt ſ.e.l.vero,p curatori.§.j.& j.eo.l.aliud.& ſic plus operatur lit.conteſt.ad impediendũ ſolui adiecto quã expreſſa prohibitio.& eſt ratio ſecundũ Ray.quia conteſtatio fit ex neceſsitate:,phibitio vero ex voluntate.ad q; ſ.de noua. l.aliã.& de re.iur.l.non ſolet.licet contra hoc videat gl.in l.eũ qui.de ver.obli. Ray.plus etiã operatur conteſtatio quam conſtitutum ſimpliciter factũ creditori:per quod nõ tollitur facultas ſoluendi adiecto.vt j.eo.l.ſi ita ſtipulatus ſim mihi.& etiã plus partis repetitio.vt j.e.l.cum x.mihi.in prin.alias tantũ valeat partis perceptio quantum conteſtatio.vt l.iij.C.de noua. venio ad gl.[ideſt aut mel.]& ſic vult gl.ĩ hoc exemplo quod
b iſta dictio[b] in,ponitur pro aut:& quod in ſtipulationẽ nõ fuit dictum in:ſed fuit dictum aut:& tunc conuenit cum ſequenti caſu.vbi fuit dictum mihi aut titio.Sed op.extra gl.quia ſi fuit dictũ aut,vtraq; eſt in obligatione.vt in l.ſi duo.ſ.de ver.obli. Sol.ſecundũ Bar.notabiliter ibi illud eſſet verũ quãdo quodlibet de alterna.eſſet certum.ita q; ſtipulatio facta de illo valeret vt p mittis ſtichũ aut Pamphilum:vel x.florenos,aut x.cados olei:ſed ſi alterum eſt certum, alterum incertũ vt l.libras, aut mel,non expreſſa quantitate:tunc mel non eſt in obligatione: quia ſi ſolum mel eſſet deductum in ſtipulatione nõ expreſſa quantitate,non valeret ſtipulatto vt l.triticum.& l.ita ſtipulatus.de ver.ob.Nunc autem valet p pter certitudinẽ quantitatis pecuniæ,& mel cenſetur adiectum ad ſolutionẽ fauore debitoris tm:& ſi in obligatione,& electio eſſet debitoris, poſſet variare etiam poſt litem cõte.& poſt ſnĩam.quod dic.vt l. eum qui certarũ.§.fin.de ver.ob.Sed nunc non poteſt poſt litẽ conteſt.ſuper quantitate offerre mel. In gloſſa ibi,[lege miles.§.decem.& de petitione hæreditatis.Item veniunt.§.cum produximus.]dic illæ leges portus contradicunt ſecũdũ Bar. quia dicunt facultatem ſoluendi durare etiam poſt ſententiam quouſque actum ſit actione iudicati.Sed reſponde ſecũdũ eũ quod ibi quando facultas ſoluendi competebat ex legis diſpoſitione.nam quantitas ibi erat in obligatione.& facultas dandi ſeruum pro noxa erat in ſolutione ex diſpoſitione legis. & benignius agitur cum l.quam cũ homine. Quæritur quid autem ſi competebat ex diſpoſitione teſtatoris,quæ æquiparat legi:dic vt lege,ſi quando.§.hæres.de legatis primo.& ibi vide per Barto.Sed oppo.quod etiam quando ex diſpoſitione contrahentium poterit offerre poſt litem cõteſt.vt C.de trãſactionibus.lege ſi maior cum ibi notatis. Solutio:ſecundum Angelum ibi contractus, ex quo competebat hæc facultas, ſcilicet tranſactio, fuit facta poſt litis conteſtationem ſuper actione prima. vnde conteſtatio præcedens non aufert facultatem ſoluendi:imo durat vſque ad ſententiam ſequentem

quentem:vt ibi no.& in l.ſiue apud acta.in ſi.gl.C.de tranſac. hic vero factus fuerat ante cõte.Addo.legem ſed & addes.§. ſi dominus.ſ.locat.In ea.gloſ.ibi,[vel poteſt dici.]hæc vera.vt
2 verba ſtipulationis fuerint cõcepta ſicut dicit in tex.†Ex qua no.ſi promittis mihi centũ libras in florenis auri, nõ poſſum petere aurum.quia non eſt in obligatione, ſed in ſolutione tñ potes aurum offerre.Bar.tamen dicit hoc exemplum hic procedere,quãdo nõ fuit expreſſa quãtitas mellis,ſed ſi fuiſſet expreſſa,puta promittis x.in melle ad rationem vnius pro qualibet menſura.& ſic x.menſuras,vtrũq; eſſet in obligatiõe.ſicut fuit dictum in primo exemplo. Quando enim non exprimit quantitas,nõ videt illud dictũ eſſe fauore creditoris. Ang.vero vult q; vtroq; caſu videat dictũ fauore debitoris. nã & pretium mellis,& florenorũ auri variatur ex tẽpore & ſic vult q; neutro caſu mel vel aurũ ſit in obligatione:vt ſi fuiſſet dictum centum libras in xx.ducatis:ſed in ſolutione tantum. mihi videt ſiue quantitas exprimat ſiue nõ, poterat dici fuiſſe dictũ fauore vtriuſq;:nã & poteſt intereſſe creditoris habere in auro,vel in melle,vel in alia ſpecie,potius quã in pecunia.& nihilominus propter modum conceptionis verborum non ſit in obligatione ſed in ſolutione duret facultas vſque ad litem conteſtatam.

LEX LVIII.

SI quis offerenti. Soluens ei qui nũquã habuit mandatũ à creditore,nõ liberat niſi ſecuta ratihabitione creditoris, & ſi credidit ſe ſtatim liberari,poteſt ſtatim repetere condictione ob cauſam:quia non eſt ſecuta cauſa ob quã dedit:ſed ſi nõ credidit ſtatim ſe liberari:ſed cũ creditor ratum habuerit. nõ põt ſtatim repetere:ſed poſtquã tranſiuit tepus quo potuit ratum habere,& non habuit.h.d.Et de diſtinctione huius legis facit Bar.magnũ feſtum:vt l.ſi,p curatori faiſo.de condi.ob.cau.In tex.ibi,[nũc liberari.]ſubaudi ipſo iure:ſiue ille receperit bona mente,vt ad me portaret.ſiue mala,vt ſibi retineret: vt.j.de fur.l.ſi vendidero.§.ſi titi⁹.i fi.Sed Ang.j.e.l.diſpẽſatorẽ. dicit eũ ipſum liberari ope exceptionis. per l. quo eũ.§.j.in fi.rẽ ratiha.Sed ſalua ſui pace errauit:quia ibi non loquit de liberatione de debito ſoluto:ſed ab intereſſe.vel à pœna promiſſa: & loquitur de ipſo procuratore vel geſtore recipiẽte, & ,p mittẽte de rato.quia ſi dominus nõ habet ratũ:incidit in pœnã.ſed ſi poſtea ratum habet aduerſus petitionẽ bene habet exceptionem.Ipſe autem ſoluens liberatur ipſo iure,vt etiã patet.j.circa fi.ibi,[& tũc demũ extingui.] In tex.ibi, [vt ſtatim debitor liberaretur.]dic q; eſt qñ credebat illum habere mandatũ,quia ſi eſſet verum,liberaret ſtatim ſoluens.ideo ſi nõ eſſet verum, repetit per condictionem ob cauſam: quia nõ eſt ſecuta cauſa ob quã dedit.Et etiam per cõdictionem furtiuam, ſi ille recepit mala mente:vt in l.cum quis.§.ſi debitorem.ſ.e. Iſtæ tamẽ condictiones extinguntur ſecuta ratihabitione. quia ſoluens liberetur.vt j.ea.l.in verſi. [& tunc demũ.] & in d.§.ſi Titius. ſed ſi ſciebat ipſum non habere mãdatũ, nõ videt ſoluiſſe hac intentione vt ſtatim liberetur:ſed demum ratihabitiõe ſecuta: ideo non ſtatim repetit:ſed tranſacto tempore quo potuit ratum haberi,& nõ fuit habitũ.vt ſequitur.Sed cõtra,q; etiã tũc non poterit repetere:quia ſi ſciebat ipſum nõ habere mãdatũ, videt donaſſe.vt dixi in §.ſi debitorẽ.& no.in d.l.ſi procuratori falſo.in gl.j.Sol.verũ eſt quando ſoluit ſibi tanquam non habenti,& ſub ſpe q; faciat ratum haberi. Et iſte eſt caſus hic limitãs illam gl.q; etiam colligitur ex dictis Bar.j.eo.l. diſpenſatorem.Idem Bar.in l.ſi procuratori.Intelligit iſtum tex. etiam ſi erat verus procurator. ſi ſoluens non ſoluit ſibi vt procuratori vero,ſed cum pacto q; faciat ipſum per dominum liberari.nam tunc ſoluit vt ſecum contrahenti:et videtur contractus innominatus,do vt facias.& ſi non facit,repetitur per condictionem ob cauſam.Et de hoc facit magnum feſtum per iſtã l.tamen re vera loquitur in non habente mandatum, puto tamen eius dictum eſſe verum per rationem quã dixi ſupra.

2 ☞ *Geſta nomine prælati,an poterunt rata haberi per ſucceſſorem?*
3 *Geſta nomine Vniuscanonici,an poſſint haberi rata per alium qui poſteà ei ſucceſſit?*

1 §.Si creditor. †Facultas habẽdi ratum tranſit ĩ vniuerſalem ſucceſſorem eius, qui debet ratũ habere:& ſufficit ratihabitio illius h.d.& ſic patet q; trãſit in monaſterium,& etiam in hæredẽ.qui poteſt ratum habere geſtum nomine defuncti.vt no.Dy.in regula ratum.de regu. iur.& Bar.j.rem ra.l.bonorum.In tex.ibi,[procuratori.]i.pro curanti.ſeu geſtori ſine mandato.vt in prin.l.Dy. Si enim eſſet verus procurator,nõ eſſet neceſſaria alia ratihabitio. vt in l.ſi procurator.de cõdi.inde.niſi ſe expreſſe obligaſſet ad hoc ipſe procurator,vt in caſu quem dixi.ſ.proxi. ſecundum Bar. In tex.ibi,[rata ſolutio eſt.]& non tenetur procurator ad pœnam quã promiſit,ſi creditor non haberet ratum:quia hic licet creditor non ratificet: ratificat tamẽ pater adoptiuus,qui loco eius ſuccedit.Et idem in hærede eius ſi mortuus erit antequã
2 ratum haberet.†Vltimo quæro vtrum geſta nomine prælati poterunt rata haberi per ſucceſſorem?Dy.in c.ratum. de reg. iur.in vj.dicit quod ſic in vlti.q.ſi fuit geſtum nomine prælati tanquam à prelato:& ſic cõtemplatione eccleſiæ.vel dubitat. ar.l.annua.§.vlti.de annuis lega.ſecus ſi nomine prælati tanq; priuatæ perſonæ,quod aliter ratũ haberi nõ poteſt q; eccleſię nomine nõ eſt geſtũ.qđ ſatis placet Bar.in l.bonorũ.j.rem ra.
3 hab.†An autem geſta nomine vnius canonici poterint haberi rata per alium qui poſtea ei ſucceſsit?Inno.dicit q; non:nam in iuribus canonicis ſuccedit capitulum:licet alius ſuccedat in præbenda.ita no.Inn.de cleri.coniuga.c.ſicut.in gl.in ver.propter bonum.quod eſt no. Adde no.in c.fin.de teſta.lib. vj.per Ioan.Andr.in gloſſ.fin.in ver.quid ergo.

§.Et ſi duo rei. Poteſtas ratificandi non perdit facto alterius quã debentis ratũ habere.hoc dicit in effectu.& loquitur in terminis præcedẽtis tex. quando non erat verus procurator: ſed negotiorũ geſt. venio ad caſum.In tex.ibi,[in pendenti eſt poterior ſolutio.]quia ſi ille cuius geſtori ſolutum eſt ratũ habeat:perinde eſt ac ſi à principio geſtor habuiſſet mandatum quo caſu ſolutio illi facta liberaſſet debitorem,& ſequens ſolutio tãquã indebite facta retractaretur:ita & nunc retractabitur:ſed ſi non habeat ratum, tũc retractatur prima ſolutio.& repetitur ab illo geſtore. Sed contra.quia poſtquã alteri ſolutum ſit antequã ille ratum habeat,nõ videtur q; poſtea poterit ratum habere: quia nũc poſt ſolutionẽ alteri factam non poſſet alteri ſolui in præiudicium illius qui primo recepit: cum ſit liberatus ab vtroq; per primã ſolutionẽ: ergo nec iſta de qua hic poteſt fingi retro legitime facta.arg.j.rem ra.hab.l.bonorum.Solutio,ibi predicta erat facultas ratum habẽdi propter lapſum temporis: & ſic propter tacitam renuntiatiõem debẽtis ratum habere:hic vero in nulla culpa vel negligentia fuit ratum habendi. vnde non debet ſibi auferri facto debitoris alteri ſponte ſoluentis,ſecundum docto.quod eſt ſubtile:ibi ergo per lapſum temporis erat excluſus à potentia gerendi actum. ideo excluditur etiam à potentia ratificandi, hic vero non erat excluſus. Non ſunt alia.

2 ☞ *Fideiuſſor uel mandator poterit ſoluere adiecto, ſicut principali: licet in obligatione ipſorum de adiecto non fuerit facta mentio.*

LEX LIX.

2 habui de facto Florẽtiæ. †Nam maritus reliquit vxori vsumfructum omnium bonorũ suorũ si dotẽ suã nõ petierit ad hæredibus. vel quousq nõ petierit. hæredes volebant potius sibi soluere dotẽ quã q illa haberet vsumfru. bonorũ multorũ: obtulerunt sibi eam. Illa dubitabat recipere, ne vsumfructum perderet: sed potius ipsum volebat. Bar. hic determinat q si recipiat vsumfructum: vel aliud legatum. nisi obtulerit se liberaturam hæredes a petitiõe dotis. Bald. in l. j. C. de lega. tenet contrarium. dicens im putandum esse hæredi quare sponte solvit. Ang. distinguit an præcesserit obligatio vxoris de liberãdo. vel non. nihil videtur esse distinguendum. vt ff. dixi an præcesserit petitio vxoris etiam extraiudicialis: & tunc si hæredes soluunt sponte, perdit vxor vsumfructum & aliud legatũ. per istum textum. ita intellectum. vt dixi ant non præcesserit petitio vxoris, sed obligatio hęredum. & tunc secure poterit recipere. etiam si non fuerit potestata. & etiam si non obtulerit se hæredes liberaturam: non perdit legatũ. & ita distinctio habet colorem: & etiam saporem plus quã verba dictorum doc. Tenementi. quia quotidiana quæstio est. Sufficit. Hic est vna gl. quę format sex contraria. Primum de l. procurator ad exhibendũ. §. fi. ff. e. per quã videt q per solam petitionem etiã ante contemittatur stipulatio. & respondetur: vt ibi dixi. q in stipulatione de rato, quæ citius committitur. Secundo de l. si decẽ. cum petiero. de ver. ob. per quam videtur quod etiam ista cõmittitur statim quod fuerit petitum etiam extra iudicium. gl. non clare respondit. Sed tu dic q istud verbum refertur ad stipulatorẽ. vt promittis mihi cum petiero. vel promitto tibi cũ petieris. quo casu illud verbum ponitur ,p admonitione. i. cum te admonuero. vel cum me admoueris: vt no. Bal. in l. consentaneũ. C. quomodo & qñ iudex. & ibi vide qualiter limitatur ista l. quod etiam ante contest. dicor petere. vt j. e. in vlt. colũ. & largius sumit. quia in fauorem stipulatoris apponitur. hic autẽ refertur ad promissorem. vel ad alium. & opponitur ad odiũ: vt faciat stipulationem committi contra promissorẽ: ideo strictius sumit. Tertio op. de l. quãuis. de in ius vo. Sol. bi in eo q tenebat nõ vocare in ius sub pœna. vnde eo ipso q vocat, incidit in pœnã. licet lis nõ sit contest. hic tenebatur nõ petere q strictius sumitur. Quarto dic l. si qs maior. q de trãs. Solute nebat nõ venire cõtra. vñ qual'rcũq veniat etiã dando l. be lũ dũtaxat vel iudici. vel principi, incidit in pœnã. vt ibi, nã tuã

est, ,mittere nõ venire cõtra: quã ,mittere nõ petere. Quinto op. de l. Papinia. §. meminisse. de inoffi. test. cũ aliis alleg. in gl. In quibus nõ incurrit quis pœnã etiã per contest. nisi perseueraret in lite vsq ad sententiã inclusiue. Sol. ibi in pœna legali. nos loquimur in cõuẽtionali. & mitius agit cũ l. quã cũ homie.

Itẽ fortior est prouisio propria quã generalis. vnde citius cõmittitur pœna cõuentionalis quã legalis. arg. in l. si filius. §. erat rubriano. de fideicõ. liberta. Vltimo opp. de l. stipulatio ista §. sed quatenus. de verb. obli. vbi sufficit talisqualis controuersia vt cõmittat stipulatio: sed ibi in stipulatione habere licere,

3 quæ est alterius naturæ. †Cætera vide hic per Bart. qui ponit de pluribus alij vocabulis: vt si aliquis promisit nõ mouere cõtrouersiã, quãdo cõmittatur ista stipulatio: vt de pluribus alijs vel si promisit amplius nõ agere: an sit idẽ q promittere nõ pe

4 tere: vide in l. si postea. de pecu. †Vltimo alleg. iste tex. in fi. sibannitus prohibetur petere ex forma statuti, vel etiã excõicatus. an si ab eo petatur. poterit obijcere exceptionem compensationis. quare sic excipiendo videatur petere? Et hic videtur tex. q non poterit obijcere: quia videtur petere. Doc. tamen determinant contrarium: quia si excipiẽdo principaliter tendit ad defensam sui: & ipsi prohibẽtur offendere, nõ se defendere: vt in c. cũ inter. de excep. inducitur etiã †si aliquis fuit

5 excõmunicatus nisi soluat infra tot dies. an incidat in excommunicationem si non soluat, sed compenset. vide hic per Bar.

LEX XVI.

SI indebitum. Si soluitur indebitũ falso procuratori, statim põt agi ex hac stipulatione, vt vel restituat, vel faciat dominũ ratificare, vt ab eo repeti possit. h.d. & hoc ideo: qa interest soluentis statim alterum de istis duobus fieri. cum in omnem euentum sit repetendum solutum: sed quando soluit debitum, non agitur, antequam dominus improbet factum falsi procuratoris: quia non interest ipsius agere: sed sufficit quod non molestetur: vel posset esse dubium an molestetur vel non.

2 *Si dominus uendiderit, & dominium transtulerit in emptorem antequam ratum habeat quod fecit procurator falsus, an dominium translatum abdicetur ab emptore?*

§.Si procurator. †Factum illius qui habet à me causam, reputatur factũ meũ. & facit cõtra me stipulationem cõmitti. h.d. facit ff. de verb. ob. l. si seruũ. post prin. ibi, [idemq fiet & si per aliũ &c.] & in l. Titius. ff. de seruis expor. & qđ no. gl. in l. iij. §. opus. de alie. iud. & Cy. C. de cõdi. ob. causam. l. ea. lege. venio ad casum. In tex. ibi, [& cauisset.] subaudi & reus postea fuit absolutus. & sic obstaret excep. rei iu. dño si haberet ratũ factum falsi: procuratoris. & etiã habẽtis causam ab eo: sed nõ habuit ratũ: ideo exceptio nõ obstat. & per cõsequens cõmittitur stipulatio: quia

2 intererat possessoris q haberet ratũ. †In tex. ibi, [eũq emptor peteret.] sed qualiter debuit petere: quia domin' qui fundum nõ possidebat non potuit emptori tradere: & sic nec dominium transferre. l. traditionibus. C. de pac. Respon. licet nõ potuerit trãsferre possessionẽ quã nõ habebat, potuit tamen transferre dominium qđ habebat inducendo emptorẽ in fundum in tex. & glo. potuit etiam huic actori cedere rei ven. quã habebat: nõ tamẽ per hoc emptor efficeretur dñs ante adeptã possessionem, vel reductionẽ. de qua. ff. vt no. in l. si culpa. ff. de rei ven. & l. hæc si res. hic est vna gl. quæ semp alleg. & incipit, [quid si vendiderit.] quærit emẽ si dñs vẽdiderit, & dñũ trãstulerit in emptorẽ anteq ratũ habeat fecit ,curator falsus. vtrũ dominiũ trãslatũ abdicet ab emptore: vt sic nõ poterit agere? Et primo videtur tenere q nõ. pro quo facit l. si partẽ. §. fi. quẽ admo. ser. amit. quia nõ põt ratihabitio trahi retro in præiudiciũ illius cuius erat quæsitũ. Nã hodie cũ ratũ habet nõ posset ab illo auferre: nec potest fingi à principio ablatũ, vel nõ trãslatũ: quia fictio requirit extrema habilia, q act' possit agi tũc cũ ratũ habet: vt j. eo. l. bonorũ. & ff. e. l. si is cui. & ista partẽ cõiter videnť tenere Doct. & Spe. in ti. de obli. & sol. §. j. versi. Itẽ pone obligasti. & ver. Itẽ pone te. Alij dixerunt cõtrariũ. pro quibus facit l. cũ decẽ mihi. §. fi. ff. de sol. & ibi tetigi. de hoc posset distinguí an actus fuerit celebratus nomine ratũ habentis: & tũc posset ratificari in præiudicium tertij: vt ibi: & sic in casu huius l. melior esset sequens opi. an non fuit celebratũ noie

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca

2 ¶ Ille q succubuit an succũbens præsumatur calũniari. vide per doct.in c.calumnia.de pœnis.

ratũ habẽtis:vt si obligasti rẽ meã tanquã tuam,& postẽ ego vẽdidi alteri,vel obligaui,ratificato obligationem tuã,& tunc non trahitur retro in præiudicium illius in quem transtuleram ius & ita intelligitur quod no.in l.si fundus.§.j.ff.de pigno.

3 ¶ *Si debes mihi decem,possum petere quinque,& an ad petitionem suam possim cogi totam summam petere?*

3 *Si habeo electionem in alternatiua,possum constituere procuratorem ad eligendum, & ipse eligere poterit id quod sibi uidebitur.*

4 *Petendo quis partem unius ex alternatiuis,censetur tota res illa electa,& illa sola fingitur fuisse in obligatione.*

LEX XVII.

1 VM debitore. †Ratihabitio põt fieri pro parte ratum habeatur. Itẽ ad interesse particulare potest pluries committi.h.d.vsq; in fi.casus est iste in gl. iij. super verbo stipulatio,vel hic non fuit pecunia promissa.ibi sic. hæc vera. Dy.nam licet factum sit diuiduum:si tamen fuit promissa pœna,non potest promissor principalis pro parte facere vt stipulatio pœnalis pro parte committatur,& pro parte nõ: licet vnus ex hæredibus eius poterit: & non committitur nisi contra alios:ita loquitur eo.§.Cato.de verbo. oblig. sed pœna quando non est promissa:& sic committitur ad interesse,tunc si factum est diuiduum siue pro parte fiat ab vno ex hęredibus siue à principali promissore,non committitur nisi pro parte: vt hic.& ff.ea.l.proxi.licet hic re vera non loquatur in promissore:quia promissor fuit ipse falsus procurator.tamen doc.idẽ dicũt in ipso promissore:quia est eadem ratio: vt nõ potuerit committi vltra quã interfit:sed stipulatio pœnalis bene potest committi vltra quã interfit. In glo.ibi, [Item contra.]ſ.q etiã si sit pœna promissa,poterit ipse promissor facere pro parte vt cõmittatur stipulatio,pro altera tm̃ parte.& sic ad partem pœnæ:vt l.si seruus.§.si plurium.ff.si quis cau.Sed solue q̃ in præparatorijs iudiciorũ,in quibus mitius agitur: vt ibi plene not. Sufficit. In glo.seq.[in l.si duo.§.fi.] dic vbi semel tantum cõmittitur ad pœnam.nisi fuerit dictũ q̃ toties cõmittatur quoties interest.Sed aliud in pœna aliud in interesse particulari: nam pœna apponitur loco totalis interesse.& in aliud nõ admittitur nisi semel:vt in seq.contrario gl.de l.cũ quærebat.ff.ti. j.de ista materia dic:vt ff.de verb.ob.l.si sic stipulatus sum nec per te,& c.per Bar. In glo.quę incipit,[id quod conuocatis.] ibi,[à suis negotijs.[No.& signa istam glo.sing.secundũ Bar.

2 a nam sentit q̃ †ille qui succubuit in causa,nõ solũ debet cõdẽnari in expensis litis,sed in omni interesse q̃ prætendit victor reus ex eo quod propter litẽ auocatus est à suis negotijs.& sic si erat artifex:& non potuit lucrari,poterit recuperare tale dãnũ.q̃ perpetuo tenemẽti. Et vidi in ista ciuitate quædam petere aduersarium condemnari.habui etiam in ciuitate Bononiæ: quia quidã lata sententia agebat pro tali interesse. Cy.in l.Sancimus.C.de nup.in vij.q.videtur tenere quod nõ poterit peti:ideo tunc recusaui aduocationem.tamen erat etiã alia causa:quia licet poterit peti ante latam suiam, postea vero videtur q̃ nõ poterit peti p̃ modũ agendi:quia venit officio iudicis mercenario,qđ extingitur lata sniã:vt in l.iij. C. depo. sed ante latam sententiam videtur q̃ poterit peti. & si iudex non condemnat,facit litem suam per hanc glos.Tenemenți.

LEX XX.

1 NOn solùm. Procurator de cuius mandato dubitatur,cauet de rato: etiam cũ implorat iudicis officium nobile.h.d. In text.ibi,[verum in stipulationibus.]i.in officio iudicis quod implorat pro stipulationibus interponendis.Nam loco actionis proponitur. & ex hoc sumptum est c.fina.de offic.iudi.non sunt alia.

2 ¶ *Statur scripturæ porrectæ per aliquem in iudicio,uel coram principe quo ad ipsum porrigentem.*

LEX XXI.

1 NE satisdatio. †Quando cõstat de mandato, nõ cauetur de rato: sed de iudicato soluendo.sic fi est ,pcurator rei.h.d.& vide bonã gl.quæ est in l.nõ solũ.§.qui alieno.de ,pcu.& ista l. principaliter alle.ad hoc.& l.si ,pcuratorẽ absentẽ.e.ti.casus est iste. †In

2 text.ibi,[se fecisse procuratorẽ.] No q̃ stat̃ scripturæ porrectę per aliquẽ in iudicio,vel corã principe quo ad ipsum porrigentem.facit l.cum precũ.de lib.causa.quæ solet ad hęc allegari.& alibi dicit gl.q̃ nõ põt corrigere errorẽ.C.de omni agro deser to.l.cura.li.xj.vide ad hoc.ff.fa.erc.l.in familiæ.in tex.ibi,[q̃ si iudicatum soluí.]ratio diuersitatis est:quia quando cõstat de mandato procuratoris actoris,satis est cautũ reo qui possidet. cũ snia lata cõtra verũ ,pcuratorẽ pariat sibi exceptionẽ contra dominũ:ideo non cogitur de rato cauere:sed non sic est cautũ actori:licet constet de mandato procuratoris rei: nisi cauetur sibi de iudicato:quia licet sententia præiudicet dño, tñ posset eẽ q̃ exceptionẽ nõ haberet ,ppter defectũ facultatũ domini. cõtra primũ dictũ facit l.pxi.§.cũ aũt. cõmittitur stipulatio ad sumptus litis.ergo videtur,q̃ etiã si verus erat procurator qui cauit de rato:quia non probabat plene de mandato, si dominus non habet ratum de facto, cõstat de mandato: quia tamẽ dñs de facto potest venire contra:saltem propter sumptus litis,debeat ista stipulatio interponi.Ista oppo.semper facit me dubitare tanquam in illo §. Non sunt alia.

2 ¶ *Exigere an dicatur quis ab inuito,& sic in iudicio.*

3 *Procuratori constituto ad exigendum poterit solui sponte extra iudicium.*

LEX XXII.

1 SI sine iudice. †Lex ista prosequit̃ vnã materiã vsq; ad §. si procuratori. qñ falsus vel ver9 ,pcurator exegit pecuniã debitã,vel indebitã,& postea dominus non habet ratũ qualiter & ad quid stipulatio ista cõmittit̃, & primo loquit̃ de procuratore falso vsq; ibi,[quoties.]postea de procuratore vero. Itẽ ista prima pars loquitur quando exegit extra iudiciũ,vsq; ibi, [q̃ si procurator.]postea quando in iudicio per sententiam diffinitiuã, & q̃libet particula cõtinet duos casus principales.prio qñ exegit indebitũ,secundo quãdo debitũ,& partes per se patent,& ista prima pars.hoc dicit.si dominus non ratificat solutio. falso procu

procuratori extra iudiciũ,stipulatio ista cõmittitur,siue pecunia erat indebita, siue debita ad totũ id q̃ fuit per procuratorẽ exactũ, ad expensas factas postea in lite mota per dominum. sed si ratificat,non cõmittit̃,si tamen pecunia erat indebita, repetit̃ à domino per con.ii.inde. Si vero debita, nõ repetit̃: sed

2 liberatio contingit h.d.vsq; ad §.si procuratori. † In text. ibi, [exegerit.] & sic istud verbũ verificat̃ etiã in solutione extraiudiciali sponte facta de largo significato, vt hic.& l.si quis seruo. ff. de sol. licet de proprio significato solum in iudiciali quæ fit ab inuito.vt l.fideicõmissa.§.si rem.de leg.iij. Quod facit ad quæstionem de qua dixi in d.l. si quis seruo. & per Barto. in l. hoc iure.de solu.an procuratori constituto ad exigendum potuerit solui spõte extra iudicium.& videt̃ quod sic,per istũ tex. In tex.ibi,[petere instituerit.] subaudi maxime. nam idẽ si nõ petat,sed solutionẽ ratam nõ habeat.vt ff.eo.l.quo enim. §. Iul. venio ad glo. In glo. quæ incipit,[indebiti.] Quæro ,p eius declarationẽ,hic dicitur quod si cõmittitur ista stipulatio, peri mitur condi tio quę cõpeteret si stipulatio nõ esset interposita. & cõpetit actio duntaxat ex illa stipulatione.quæritur quę cõ ditio cõpeteret,si stipulatio nõ esset interposita.certe ll. videnť in hoc variare.nam l.creditor.C.de condict.inde.dicit competere cõdictionem indebiti.& illa cõpetit quando aliquid soluí tur ob causam de prꝛterito falsam.l.autẽ si procuratori falso.di cit cõpetere de condict.causa data. condictionem ob causam: quæ competit quando aliquid soluit ob causam de futuro quę nõ est secuta.& sic illæ ll.videtur inter se cõtrariari.sed l.falsus. C.de fur.dicit competere actionẽ furti, & cõdictionem furtiuam.& ista videť contrariari præcedentibus.nam si sic est.sequitur quod in ipsum non fuit translatũ dominũ:quia si translatũ fuisset,nõ posset cõmittere furtũ in re sua.vt l.penul. de condictio.ob causam.& si hoc est falsum,videtur quod cõpetat cõdictio indebiti,vel ob causam.quia nemo condicit rẽ suam: vt in stitu.de actio.§.sic itaque.timore harũ contrarietatũ glo.distinguit tres casus:& male loquit̃,prosequendo eundem errorẽ in quo fuit in l.si procuratori falso.primo inquantũ distinguit an fuerit translatũ dominiũ in procuratorẽ, & cõpetere possunt primæ duæ.an nõ,quia fuit electus vt nuntius:& tunc competit tertia.certe si soluit̃ sibi vt procuratori simplici: licet non vt nuntio.non propterea censetur in ipsum translatũ dominium: quia soluens intendit transferre in ipsum dominũ nõ in ,pcur. Et ita esset,si esset verus procura.vt l.per procura.C.de acqui. possed. si ergo non est dominus, nec habet ratum, tunc nec in dominum est translatũ: quia nõ potuisset transferre sine eius voluntate. nec in procuratorem: quia soluens noluit.remansit enim penes ipsum soluẽtem iuxta no.ff. de solu.l. qui hominẽ. §.si debitorẽ.& sic cõmittit furtũ: quia cõtrectat rẽ alienã præter voluntatem domini. cum intentio soluentis non fuerit qđ penes se ille retineat.& nihilominus competit̃ condict.ob causam : quia liberatio ob quam soluit,non est secuta:nec poterat sequi:quia non consistebat debitum.& constat condictionem competere etiam cum soluerit ob causam de futuro.quæ sequi non potest.vt in l.iij.§.si liber homo.de condic. ob causam. nec curo an soluens speraret eam sequi ex interuallo, vel incontinenti facta solutione vera etiam tunc est de futuro: quia præcedit solutio:licet ista glo.videatur sentire contrarium:& nõ bene.competit etiam condict.indebi. quia soluitur ob causam de prꝛterito falsam,quam soluens putabat veram. Nec ob. q̃ istę condictiones non competunt ei qui dominus est.vt l.iij.§.subtilius.de condi.ob causam.quia nemo condicit rem suam:quia verum est prꝛterquã à fure.contra quem degenerat omnis cõdictio,& concurrit cum condictione furtiua.vt d.§.sic itaque. & iste est verus intellectus l.si procuratori falso. In glos. seq. in fi.ibi,[Aliꝫ dicunt perimitur per nouationem præsumptã.] Et pro ista facit tex.in l.j.§.j.de prꝛt.stipu. vbi dicitur q̃ stipulationes prætoriæ interponuntur vt fiat nouatio:& glos.mag. ibi exemplificat per istum tex.dicens q̃ per stipulationem ratinouatur condi.indebi.quæ competeret si stipulatio non fuisset interposita. Breuiter dic q̃ vtraq; expositio est bona.nam aut stipulatio interponitur tempore solutionis. & tunc nõ oritur condi.inde.ex ipsa solutione:sed dũtaxat actio ex ipsa stipulatione per l. quam glo.alleg.de noua.si ita fuero.§.fi.cum l.seq. & tunc bona est expositio perimit̃.i.locũ nõ habet.& tunc nõ corrigitur iste tex.per l.fi.C.de noua.aut ex interuallo : & tũc fuit orta ex ipsa numeratione:sed per stipulationem subsecutam perimitur iure noua.vt in ista secũda expositione: & tex. staret proprie sed hodie corrigeretur per l.fin.quia denominatio non prꝛesumitur:nisi expresse agatur.

2 ¶ *Si debitor soluit,& postea conuentus,& non ualens probare solutionem condemnatus est,& iterum soluit:deinde peruenit ad manus eius instrumentum solutionis an sit dare remedium quo poterit repetere?*

3 *Falsus procurator si recipiat solutionem,& promittat de rato:ad quas expensas teneatur,si dominus non uult habere ratum?*

1 §. Quod si procurator. †Si dominus habet ratã solutionẽ factã falso procuratori per sententiã iudicis,si pecunia erat indebita,stipulatio ista nõ cõmittitur de rigore:sed de æquitate,si vero debita,& cõmittitur etiã de rigore.h.d.vsq; ad §. cũ autẽ. Et ista differentia de rigore vel de æquitate nõ fit quãdo soluitur extra iudiciũ:quia tũc indistincte cõmittitur tã de rigore quã de æquitate:vt in præcedenti tex.& quæ sit ratio, patebit ex seq.venio ad casum. In tex.ibi,[siue ratum dominus habuisset.] dic ille casus nõ habet dubiũ:sed dũtaxat sequens.qñ non habuit ratũ.& propter illum factus est ille §. In tex.ibi,[vel quia.]assignat duas rationes quare de rigore nõ cõmittit̃ isto casu stipulatio, posito q̃ dñs nõ habeat ratum. prima ratio sic formaťstipulatio non debet cõmitti ,ppter defectũ conditionis impossibilis:sed in casu isto cõdictio stipulatiõis erat si dominus nõ haberet ratũ:sed certe dñs non põt habere ratũ, etiã si vellet:ergo nõ cõmittitur stipulatio cõtra procuratorẽ, qui promisit facere q̃ ipse ratificaret:quasi promiserit impossibile q̃ nõ poterit ratificare, ,pbať:quia postẽ pecunia erat indebita,negotiũ istud nõ pertinebat ad dõm:ergo nõ poterat ipsum ratificare. Secũda ratio est:quia ista stipulatio committitur ad interesse:vt ff.e.l.in stipulatione.quatenus stipulatoris interest fuisse ratificatũ:sed in casu isto nõ interest sua:qa ex ratificatio ne nullã vtilitatẽ sentiret:sed potius dãnũ,q̃ patet. nam facta ratificatione non liberatur soluens à debito,cũ debitũ nõ subsisteret,nec pecuniã solutã repeteret.cũ sit soluta virtute sententiæ,quæ de indebito facit debitũ.& nõ cõpetit cõdictio.inde. pro tali solutione facta virtute snię:vt l.si fideiussor. §. in omnibus.ff.mã. Nã per ratificationẽ perinde est ac si solutio fuisset facta ipsi ratificanti,quo casu nõ repeteret:vt dixi quinimo sentit dãnũ:qa si dñs nõ ratificasset,saltẽ posset repetere à ,pcuratore,qñ erat pecunia indebita per l.si procuratori falso.ff. de cõdi.cã data.& tũc à ,pcuratore:nec à dño repetit. tamẽ his nõ obstãtibꝰ q̃ ,pcedũt de rigore, ne soluẽs afficiaťiniuria, dicit posse repeti de æqtate.si aũt pecunia erat debita,tũc intererat soluentis q̃ ratificareť: qa ex ratificatione sentiebat vtilitatẽ,liberationis à debito.nũc nõ sentit:iõ cõmittit̃ etiã de rigore.Sufficiat.veniamus ad gl. In gl.j.in fi. ibi,[vel dic.]hæc vera.nã licet ante ratificationẽ domini negotiũ istud ad cũ nõ pertineret:qa pecunia nõ erat sibi debita:nõ tamẽ sequit̃ q̃ nõ poterit ratificare.nã etiã negotiũ ad me pertinens ante ratificationẽ,possum ratificare:& ipsum meũ facere:vt patet in omni negotio qđ est per ratihabitionem.per eã enim efficit̃ nostrũ, non ante:& ita est hic:quia si ratifico,efficit̃ meũ:vt sic videat̃ ac si esset mihi facta solutio. quo casu si nõ interuenisset snia, posset à me repeti:vt in tex.præce.ver.q̃ si dominus : vt patet in l.quã gl.alleg.de neg.gest.ff pupilli.§. Itẽ quærit̃.prima autẽ positio gl.nõ tollit cõtrariũ. Et ſcda expositio nõ est vera: qa iudiciũ nõ erat nullũ:licet nulla actio cõpeteret:vt l.cũ putarẽ. ff.a.erc.tene ergo secundã rationẽ iurisconsulti, quæ est subtilis & bona. Venio ad sequentẽ gl.pro declaratiõe huius gl.quę incipit,[Nam si.] opp.cõtra secũdã rationẽ:quia imo videtur q̃ intersit stipulatoris q̃ dominus habeat ratũ:quia si haberet, posset pecunia ab eo repeti:vt ff.in tex.præce.ver. quod si dominus. Sol.ibi quando soluitur sine iudice.hic quando cũ iudice.quo casu etiam à domino non posset repeti:vt ff.dixi. Sed tunc oppo.pro declaratione glo.seq.si ita est q̃ non interest stipulatoris dominum habere ratum .sequitur quod nec de rigore,nec de æquitate committitur stipulatio, cũ cõmittaťad interesse:vt ff.e.l.in stipulatione.& vbi non interest necq; de rigore,necq; de æquitate,debet cõmitti.l.si procuratorẽ. §. mandati.ff.mãd.propter.h.d.gl.seq.quæ incipit,[hoc de rigore.] q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet non interfit sua quãtũ ad cõdictionẽ indebiti, interest tñ sua quãtũ ad condictionẽ sine causa: quia si ratificaret, saltẽ per cõdictionẽ sine cã posset peti ab ipso domino: licet nõ per cõdictionẽ indebiti: certe si hoc esset de rigore cõmittere. cuius cõtrariũ hic dicitur. Præterea falsum est ꝙ indebitũ solutũ per sententiã poterit repeti per cõdictionẽ sine causa: quia veniret cõtra sniam, & redargueret snia de iniquitate, qđ fieri nõ põt. Nec ob. l. si fullo. de cõd. sine causa: quia ibi reperitur ex causa de nouo superuenienti & sic nõ redarguit sententia de iniquitate. & hæc est cõis opi. doc. vt not. per Cy. in l. j. C. de cõdi. inde. Remanet ergo cõtrariũ insolutũ. dic ergo ꝙ solutione huius cõtrarij, ꝙ de rigore ideo nõ cõmittit: quia vere non interest stipulatoris, per rationes quas. ŝ. dixi: sed de æquitate ideo cõmittitur: quia licet sua vere nõ interfit. põt tñ dicere ꝙ imo interfit à procuratore, nõ poterit replicare: nã potuit dicere ꝙ illa pecunia erat debita. Et ꝙ si dominus habuisset ratã solutionẽ fuisset ab eo liberat⁹: sed quia nõ habuit, nõ est liberat⁹. & sic est idẽ qđ quãdo vere erat debita: vt in seq. ver. [quod si debita.] & si procurator dicat, imo nõ erat debita: & sic nõ fuisset liberatus, nõ debet audiri: quia impugnaret sententiã latam pro se. vt l. si seruus plurium. §. j. de leg. j. fuit enim cõdemnatus tanꝯ verus debitor: licet nõ esset, nec procurator qui obtulit põt cõtradicere, & hãc rationẽ tenent doc. est & alia ratio: qa iste debitor putatiuus nõ debet esse deterioris cõditiõis interposita stipulatione ꝙ esset si nõ fuisset interposita: quia interposuit eã vt sibi proficeret, nõ vt noceret: vt ŝ. de præto. sti. l. j. post prin. ver. cões. ibi, [hoc enim agit in stipulationibus &c.] Sed si nõ fuisset stipulatus de rato, postꝯ dominus, nõ habuit ratũ, posset repetere à procuratore vel per rei vendica. si pecunia nõ est cõsumpta, vel per cõdictionẽ sine causa si est cõsumpta. Et si tu dicas hoc est cõtra illud ꝙ statim dixisti nõ cõpetere etiã cõdictionẽ sine causa. Respondeo nõ est: quia qđ ŝ. dixi procedit qñ vellet repetere à domino ratũ habẽte. Nã tunc haberet necesse impugnare sententiã. nõ enim possum dicere pecuniã istã esse apud eum sine causa: nisi ex hoc capite: quia non erat debita: & sic snia fuit iniusta: sed quando vult repetere à procuratore falso: domino non habente ratum, nõ habet necesse hoc dicere: qa si etiã esset vere debita posset ab eo cõdicere: quia non soluit sibi vt remaneret apud eum: sed vt perueniret ad dñm creditorẽ: & nũc peruenit postꝯ nõ habet ratum. & sic remanet apud eũ sine causa, & etiã posset proponi condictio ob cãm asserendo ꝙ illa pecunia erat debita, licet re vera non esset. Et quod si dñs habuisset ratũ, fuisset liberatus: sed nunc nõ est. & sic deficit causa ob quã dedit. †Et ex his remanet intellectus huius tex. ex quibus etiã rñdet ad qõnẽ vulgarẽ. Si debitor soluit: & postea conuentus, & nõ valens probare solutionẽ cõdẽnatus est: & iterũ soluit: deinde peruenit ad manus eius instrumẽtũ solutiõis, an sit dare remediũ ꝙ poterit repetere? quidã dixerũt ꝙ sic vt agat cõdi. sine causa: licet indebite non poterit per istam glo. cũ ŝ. sed falsum est vt dixi: alij dicũt ꝙ agere põt actione de dolo. & ita dicit Ang. se obtinuisse: ego dico ꝙ melius & pulchrius remediũ est: vt repetat quod primo soluerat per cõdi. sine causa: quia licet soluerit ob causam debiti: tñ illa cã redacta est ad nõ cãm postꝯ creditor solutioni non stetit: sed iterũ egit & exegit per l. eleganter. §. si post. de condi. inde. vbi est casus in fi. & per gl. quæ est eo. tit. l. Iul. circa med. mag. gl. & ibi tetigi. Sed pro secũdo loco soluit virtute sniæ nõ põt agi cõdi. inde. vel sine cã. ita loquunt. not. per doct. in d. l. j. C. de cõdi. inde. & istud nõ tangit per aliquẽ: & tetigi in eisdẽ locis nec etiã istud vidit Io. An. in addi. Spec. vbi etiã de hoc quærit: & alse. in eisdẽ locis. Sufficit. In gl. se. ibi, [nec ob. quod sequitur.] sin seq. §. cũ autẽ. †In ea. ibi, [domino nocere potuit.] supple: & procuratori nihil põt iputari, si dñs ratificat: quia hoc non facit de iure: sed de facto postquã dederat mandatũ: sed qñ est falsus ꝓcurator, bene põt sibi imputari: quia tunc dñs facit de iure. nõ enim tenet ratificare factũ falsi ꝓcuratoris, si non vult: nec illud de iure nocet: vt l. in causæ. §. sed & si procu. ideo tũc cõmittitur cõtra eũ stipulatio ad totã summã solutã falso procura. & etiã ad expensas factas in lite postea mota per dñm, quas ab ipso dño recuperare non poterit: quia iuste mouit litem: imo etiam tenetur sibi soluere expensas quas faciet dñs, et ambas recuperat iste debitor à falso procuratore: sed qñ erat verus, non committitur ad sortem solutam: sed dũtaxat ad sumptus: vt in §. seq. per rationes quæ ibi assignantur secundũ opi. Roge. quæ est vera: licet Io. contrarium senserit: vt no. ŝ. eod. l. procurator ad exhibendum. §. j.

2 ☞ *Si procurator succubuit & dominus postea egit, & obtinuit, an & ad quid cõmittatur hæc stipulatio? & nu. 3.*
Quid si etiam procurator prius obtinuit?
Quid si procurator prius succubuit, & postea dominus?
Quid si procurator prius egit, & obtinuit & postea dominus egit, & succubuit: & quid si dominus adhuc non obtinuit: sed pendeat lis?

3 *An utilius sit reo quod procurator non faciat fidem plenam de mandato: & faciat sibi caueri de rato, quam si plenam fidem faceret?*

1 **§. Cum autem procurator.** †Si verus ꝓcurator exegit debitũ, vel indebitũ: & dñs ratũ nõ habens iterũ agat, siue obtineat, & iterũ exigat, siue succũbat non cõmittitur stipulatio cõtra procuratorẽ, & eius fideiussores, nisi ad sumptus factos in lite mota per dñm. h. d. vsq; ad §. si procuratori. & prio loquit qñ dñs egit, & obtinuit. vsq; ibi, [Marcellus.] secũdo qñ succubuit. Quid aũt fecerat ꝓcurator, text. nõ aperit. solũ dicit ꝙ petijt: vñ gl. q̃ sunt hic, intelligũt duob⁹ modis, s. qđ petijt & succubuit. & sic debitori cõpetebat exceptio rei iud. cõtra dñm, vñ si ipsum opposuit: & nihilominus iniuste succubuit, hic iniuria sibi facta per iudicẽ nõ debet nocere vero ꝓcuratori qui nõ dedit in hoc cãm: vt in l. exceptionẽ. ŝ. de fideiuss. siqe nõ opposuit, & tũc hoc accidit sui culpa, q̃ similiter procuratori nõ debet nocere. & istas rationes ponit gl. ma. q̃ incipit. [s. cũ debitor &c.] vnde dicit Ang. ꝙ si esset casus in quo nec iniuria iudicis: nec culpa debitoris, & si ignorabat debitor exceptionem sibi cõpetere: quia sententia fuerat lata pro eo cui ipse successerat quã potuit iuste ignorare. quo casu etiam sententia nõ fuisset iniusta, nec iniuriosa exceptione non opposita. tenet ipse & bene, ꝙ cõmitteretur stipulatio ad totã summã cõtra verũ ꝓcuratorẽ: quia cessarẽt rõnes de quibus in gl. †Secũdo mõ põt intelligi ꝙ iste verus ꝓcurator egit, & obtinuit & etiã exegit. Et ista intelligit prima gl. mag. quæ incipit. [iniuria enim.] ver. [Item dicam.] Et isti duo intellectus ita cadũt in secũdo casu in ver. [Marcellus.] sicut in primo. ex quib⁹ colliguntur quatuor cõbinationes quas hic recolligit Bar. Prima qñ verus ꝓcurator erat, & succubuit, & dñs postea egit, & obtinuit. Secunda qñ verus procurator primo egit, & obtinuit & dominus postea egit, & similiter obtinuit. Tertia qñ verus procurator primo egit, & succubuit. postea dominus egit, & similiter succubuit. Quarta combinatio est: quando verus procurator primo egit, & obtinuit. & postea dominus egit, & succubuit. adde quintam. qñ dñs postea egit & adhuc nec obtinuit, nec succubuit: sed lis pẽdet. In quibus quæritꝰ an stipulatio cõmittit. & ad qđ & easdẽ cõbinationes repeteret in falso ꝓcuratore, quas ꝓsequere: vt hic per Bar. qui etiã limitat secũdũ intellectum, quem glo. ponit ad primum casum. quãdo verus procurator prio egit, & obtinuit vt dominus: postea egit, & similiter obtinuit: vt tunc committatur ad sumptus litis, qñ procurator qui primo obtinuerat: etiam exegerat: quia tunc dominus iterum agere nõ poterat: sed sibi obstabat exceptio rei iudi. sicut si fuisset absolutus: vt in l. euidenter. & ibi not. de except. rei iudi. sed quando adhuc non exegerat, poterat dominus iterum agere. nam & si obtinuisset ipse sententiam, & adhuc non fuisset executioni mandata, tũc prohibetur iterum agere actione primæ: licet fatue faciat: vt not. in l. duobus. de excep. rei iudiç. & imputet sibi debitor si litẽ cum eo ingreditur; cum sciat se condemnatum, & ipse potius non offert, non ergo tunc recuperaret expensas à vero procuratore. & ista limitatio colligit ex dictis Bar. Sufficit. venio ad casum. In tex. ibi, [recte petit.] gl. j. dicit ꝙ erat verus procurator, sed si hoc erat, quare cauit de rato: vt l. proxi. Respondeo: quia non potuit plene de mandato probare: ita intelligit gl. ŝ. e. procurator ad videdũ. §. j. sup verbo amiserit. circa fi. Itẽ si hoc est, quomodo potuit pecuniam exigere: licet enim præstita cautione rati admittatur ad agendum, non sic ad solutionem recipiendam: vt no. in gl. l. nõ solũ. §. qui alieno. de procu. & Cy. in l. j. C. e. ti. in ix. q. per tex. in auf. de col. §. eos. & sic non videtur ꝓcedere secundus intellectus gl. ꝙ hic procurator egit, & exegit. Solu. po

lu. posito ꝙ à prin. nõ, pbauerit de mãdato, & ideo cauit. Postea vero plene probauit: alias nõ fuisset admissus, & hoc voluit illa glo. quæ incipit. [iniuria.] ver. [Idem dicã.] dũ dicit. [cũ & de hoc haberet mãdatum.] supple. & plene ꝓbaret ex postfacto. Bar. autẽ est in cõtraria opi. quia imo sicut admittit ad agẽ dũ cum cautione rati: ita & ad solutionẽ recipiẽdã, per istũ tex. & l. iij. ŝ. eo. in prin, & ad §. eos. respõdit, ꝙ ibi loquit in officiali publico qui nõ admittit cũ cautione: sed debet ostendere de mandato, plus placet præcedens opi. & securior est, & ad istos tex. patet responsio ꝓ ea quæ dixi. In tex. ibi, [nõ debet ꝓcurator præstare.] subaudi totã summã: quã exegit, vel à qua debitor fuit absolutus per rationem quę sequit, sed sumptus litis sic. vt j. subijcit. In tex. ibi, [nisi in impensis litis.] sed contra quia si ostẽdisset à prin. de mãdato, nõ cauisset de rato: & si dominus postea perperã egisset, nõ recuperaret debitor à ꝓcuratore vero expensas factas in litẽ: quare ergo nunc recuperat: nã videt ꝓcuratori sufficere docere ex postfacto se fuisse verũ ꝓcuratorẽ, maxime antequã dñs ageret, si volebat exigere. nõ em debet esse deterioris cõdõnis pstita satisdatiõe si postea docet se verũ ꝓcuratorẽ, quã fuisset si docuisset à principio. Nam promissio de facièdo ratificari videt in se habere cõditionem, si expediẽs fuerit, quia nõ ꝓbauero mãdatum: sed si nõ est expediens, quia ꝓbatio de mãdato nõ videt necessaria per l. si ꝓcurator. de cõdi. inde. Doc. nõ tangunt hoc dubiũ. Et ego dixi in l. præced. ꝙ non videbã bonã sol. nisi vt dicamus ꝙ postquã non docuit a prin. de mãdato, sicut fuit grauatus in satisdãdo: ita & in eo ꝙ venit in consequentiã: quia illa satisdatio & promissio importat plus, quã ostẽsionẽ mãdati, videlicet ꝙ faciet dominum ratificare de iure & de facto: primum facit ostendẽdo mandatum, & propter hoc euitat solutionem sortis. Secundum facit si faciet dominum non venire contra de facto, & si hoc non fecit, tenetur ad expensas litis. Ex hoc sequitur † qđ 3 vtilius est reo quod procurator non faciat fidem plenã de mãdato: & faciat sibi caueri de rato, quam si plenam fidẽ faceret, propter commodum de quo hic, sed posset esse aliud incõmodum si procurator & eius fideiussores non essent soluendo: nã si non apparet de mandato, non potest se tueri aduersus dominum, nec ab illis recuperaret: sed si appareret de mandato, nõ tenebitur aduersus dominum. Not. ista: quia per alios nõ tanguntur: sed si cauisset, & postea de mandato fidem faceret, haberet reus vtrunq; commodum, sis ergo cautus tu procurator rei. Sufficit. In fin. §. ibi, [nihil præter impendia.] dic multo magis in isto casu quam in præcedenti: quia hoc non interest rei, postquam obtinuit cum domino: siue cum procurator simiter obtinuit, siue non. sed quare hoc casu, cum hic non subsit ratio de qua ŝ. de iniuria iudicis. Respondeo, licet illa non habeat locum: alia habet locum de qua ŝ. quia sua interest. Sufficit. In glo. quæ incipit, iniuria. ibi, [& quod.] ibi, [dicit.] pro declaratione istius versicu. opponit contra textum. dum dicit. [ne iniuria iudicis dominus aliquid consequatur.] nam istud quod dicit. [dominus.] videtur inepte dici. Non enim dominus consequeretur aliquid ex stipulatione rati, si illa committeretur, cum eam ipse non interposuerit, sed ipse debitor. ꝓpter hoc glo. exponit duobus modis, & secũdum duas primas textus stat impropriè, & vult dicere in effectu ne iniuria iudicis debitor aliquid cõsequatur, proper id quod fecit dominus iterũ agendo, secundũ tertiã stat ꝓprie, & vult dicere ꝙ postquã dñs iterũ egit, & exegit, nõ põt a ꝓcuratore repetere pecuniã quã ipse procurator exegit per actionẽ mandati: quia esset hoc iniuriosum ꝙ haberet vtrancq; pecuniã. Doc. reprobãt: quia cũ illã tuerit cõsecutus virtute mãdati, tenetur eã restituere dño. vt in l. qui ꝓprio. §. procurator. ŝ. de procu. habebit ergo dominus vtrãq; pecuniã: quod videt iniquũ. & Doc. nõ dant hic aliquod remediũ, vnde põt dici vt ŝ. dixi. ꝙ debitor poterit repetere ab ipso dño pecuniã primo loco solutã ꝓcuratori: & postea sibi per condictionẽ sine causa: quia causa ꝓpter quã primo loco soluit, cũ ei creditor non steterit, iterum exigẽdo redacta est ad non causam, & tunc cessabit omne incõueniẽs: nõ enim allegat iniquitatẽ alicuius de prædictis sententijs, & solũ dicit causam finitã: quantũ ergo ad text. tene primas expositiones, quia nõ põt negari quin text. aliqualiter ꝓprie loquatur. In gl. super verbo. [hoc casu.] ibi, [sed vbi falsus procurator.] in hoc ver. gl. tãgit duos casus in falso procuratore. primus est, dominus primo egit, & succubuit. postea domin⁹ egit, & obtinuit. quo casu cõmittitur stipulatio ad totũ ꝙ debitor soluit domino. vt ŝ. e. l. iij. §. fi. licet gl. illũ tex. nõ alleget. & hoc vsque ibi, [quæ æque &c.] in illo ver. qui põt intelligi duob. mod. tãgit aliũ casum. Et primo potest intelligi ꝙ tãgat casum ecõuerso: quãdo falsus procurator primo egit: & obtinuit, postea dominus egit & succubuit. & tũc idem. Et iste casus ponitur in l. procurator ad exhibendũ. §. j. ŝ. e. & etiã ꝓbat gl. arg. huius §. nã in vero ꝓcuratore cõtra quẽ non cõmittit nisi ad expensas litis, nõ distinguit an dominus egit, & obtinuit, vel succubuit: vt in hoc §. cũ seq. [Marcellus & c.] ergo nec in falso debet distingui. in quo cõmittitur stipulatio ad totã sortẽ: in hoc enim sola est differentia inter verũ & falsum. Certe est alia differentia: vt j. tangã. põt etiã intelligi iste ver. alio modo. vt ponat casum quãdo vterq; egit, & succubuit. & istud videtur de mente gl. in seq. ver. [firmius probo.] vbi gl. tãgit illũ casum. quærẽdo an stipulatio cõmittat. & ad quid. & tenet idẽ ꝙ committatur ad totã sortẽ: licet neutra fuerit soluta tali ratione. nam si falsus procurator primo egit, & succubuit: si esset verus, competeret debitori absoluto exceptio cõtra dominũ: sed qa nõ est verus, nõ cõpetit: ideo si dñs postea incipiat agere, statim stipulatio est cõmissa ad totã sortẽ: quia intererat debitoris in tota sorte nõ agi per dñm, propter dubiũ euẽtũ cõdẽnatiõis: etiã anteq; aliqua sententia feratur per l. ꝓcurator ad exhibendũ. §. fin. añ fi. ibi, ex quo aũt dñs &c. & ibi tetigi: licet ergo postea succũbat dñs: & debitor iterũ absoluatur, illa stipulatio semel cõmisse nõ resoluitur: quia licet nũc cesset interesse nõ tñ desinit actio cõpetere. q̃ ꝓpter interesse semel fuit orta: vt l. q aũt. §. illud. ŝ. si qs cau. doc. tenẽt cõtrariũ dicẽtes, ꝙ hoc casu nõ cõmittit nisi ad sumptus litis factos cũ dño: qa sua nõ interest in pl⁹ nec ob. ꝙ semel interfuit: qa tũc hoc sufficit: vt stipulatio cõmissa nõ extinguat, qñ licet hodie cesset interesse: nõ tñ cessat ẽt dãnũ de ꝑterito. ita loquitur l. alle. in gl. sed qñ cessat etiã dãnũ de ꝑterito, tũc cessat etiã actio cõpetere: vt ibi no. per l. si cũ. §. qui iniuriarũ. e. ti. sed in isto casu nõ subest aliq̃ dãnũ de ꝑterito: ergo illa stipulatio resoluit, cũ nõ det nisi ante ĩteresse: vt ŝ. e. l. in stipulatiõe. & sic in tribus tñ casibus cõmittitur hęc stipulatio ad totã sortẽ in procuratore falso, s. quãdo procurator primo egit, & succubuit. postea dñs egit, & obtinuit: secũdo qñ econuerso, & isti duo tacti sunt ŝ. ltẽ qñ vterq; egit, & obtinuit, multo magis: quia adhuc plus interest debitoris, cũ bis soluerit. in quarto vero casu quãdo vterq; succubuit, in effectu non cõmittitur nisi ad sumptus litis. In quinto vero casu qñ adhuc dñs nec succubuit, nec obtinuit: sed lis pẽdet, cõmittit statim ad totã quãtitatẽ: vt d. l. ꝓcurator. §. fi. sed an cũ effectu, pẽdet ex futuro euẽtu: qa si obtinebit, etiã cũ effectu si nõ obtinebit, resoluet: & hoc in falso ꝓcuratore: sed in vero cõtra quẽ nõ cõmittit nisi ad sumptus litis in primis quatuor cõbinationibus dicidẽ quãtum ad dictos sumptus: sed in quinta quando lis pẽdet: quia adhuc nõ constat quod sumptus fient, non cõmittitur stipulatio: sed expectat finis iudiciꝭ: & hoc voluit glo. in l. alias. circa fin. mag. gloss. ŝ. de iureiur. Et ex his remanent declaratę combinationes quas fecit Barto. Sufficit.

§. Si procuratori. Gestũ nomine defuncti põt ratificari per eius hæredẽ. ad hoc alle. hoc tñ verũ in his quæ trãsmittunt ad hæredẽ: alias secus: vt ŝ. e. l. si is cui. & per Dy. in reg. ratũ. de reg. iur. li. vj. venio ad casum. In tex. ibi, [mortuus erat.] post diẽ legati cedẽtẽ. & sic trãsmisit ad hęredẽ legatũ. Dy. mãdatũ aũt huius ꝓcuratoris per mortẽ dñi re integra erat finitũ: ideo hæres soluẽs sibi nõ liberat ab hęrede legatarij, nisi hęres ratificet solutiõẽ. iõ tenet iste ꝓcurator facere hęredẽ ratificare: sed cõtra, q̃ imo libereꝰ: vt l. cũ quis. §. j. de solu. Sol. scũm Bar. intellige hic ꝙ hæres soluens, sciebat mortẽ legatarij, & sic mãdatũ reuocatũ: sed certe tũc videt donasse per l. si nõ sortẽ. §. si filio. de cõdi. inde. & per no. in l. si ꝓcuratori falso. ŝ. de cõdi. causa data. vnde stipulatio nõ videt cõmitti: licet nõ faciat hæredẽ ratificare: iõ videt melius dicẽdũ ꝙ iste nõ fuit verus ꝓcurator: licet se asseruisset. & cauit de rato. alias difficille est respõdere ad dictas op. & tenẽdo esset hic casus ꝓ eo qđ no. Bar. ŝ. e. l. si ꝓcuratori cauenti de rato sit fienda solutio: nisi dicat ꝙ hic fuit facta spõte: non autẽ

Universidad de Sevilla
Biblioteca

poterat cõpelli,& hoc patet:quia dicit.[sine iudice.]Sed opp. q̃ hæres nõ poterit ratificare: q̃a gestũ nomine defuncti post eius mortem est ipso iure nullum:vt in l.fi.seu pe.quæ senten. sine ap.rescin.& in l.eius qui in prouincia.§.quod si stipulatus. ẽ.si cert.pet.ergo nõ potest ratificari,quia non reperitur ratificabilis.tunc enim habet locũ ratificatio,quãdo aliquid non est nullũ:sed pẽdet nã & cõfirmatio nõ valet:quia electio est nulla,sed postũ q̃ valet:& adhuc nõ est perfecta:vt l.si constat. de appel.Sol.secũdũ Bar.cõtrariũ ꝓcederet in his quæ sunt iuris vt in stipulatione vel sententia:quia si cõcipiãtur in personã iam defuncti,ipso iure nõ valẽs:vt in cõtrarijs. hic in solutione,quæ cõsistit in facto.vnde nõ potest dici nulla quãtũ ad id quod facti est:ideo potest ratificari. si autẽ actus geriẽ aliquo viuente eius nomine,& ipse decedat antequã ratificet: nõ est dubiũ q̃ hęres eius potest ratificare quando actus fuit validus in se.& ita loquitur determinatio Dyn.in regula ratum, quod gestum nomine defuncti potest ratificari per hæredem,& his diebus habui de facto,& ita respondi obiectionibus cuiusdã, qui dicebat contractum nõ fuisse per defunctum ratificatum, & ideo hæredem ex eo agentem esse repellendũ. quod est falsum:quoniã hęres potest ratificare:& agendo ex eo ratificare videtur:vt §.de fideiuss.l.si seruus alienus.& eodem modo prælatus gestũ nomine antecessoris:vide per Bar.in l.bonorũ.j.e.

§.Si in stipulatione. Si in stipulatione ratã p dolum cauẽtis omittaẽ mẽtio hæredũ agitur ratiõe doli:secus si nullus dolus interesset.h.d. Casus est iste. In tex.ibi,[Lucium Titium.]subaudi tantum: vt l.dũtaxat,& sic non cõprehendebatur persona hæredis. & iste Lucius Titius mortus est anteq̃ procurator cõmode posset ipsum facere ratificare:petebatur ab eo q̃ faceret ratificari per hæredẽ.ipse dicebat se nõ teneri:quia dictio taxatiua excludit hęredẽ,& hoc est verũ si de cõmuni cõsensu ita fuit actũ inter eos:sed si dedit ad intelligendũ alteri parti q̃ non obstãte dicta dictione taxatiua comprehendebatur hæres, tunc tenetur ad interesse ratione doli,si autẽ illa dictio nõ fuisset apposita,tunc cõprehendebatur hæres, & ideo in dicto casu tenetur facere hæredem ratificare:alias cõmitteretur stipulatio: vt est casus.ẽ.proxi.§.potest autẽ altera pars cum recipit talem cautionem,petere quod fiat expressa mentio de hæredibus, & cæteris vniuersalibus successoribus:vt j.l.proxima.

§.Si procurator. Si dominus petat id quod petere nõ poterit,si ille qui cauit fuisset verus procurator,committitur hæc stipulatio.h.d.& no.bona reg.casus est iste. In tex.ibi,[egisset.] subaudi & succubuisset cauerat tamen de rato.Dy.& sic si fuisset verus procurator,obstaret domino exceptio rei iudica. super hæreditate: & super qualibet re hæreditaria. In tex.ibi,[fundum ex ea hæreditate petierit.]subaudi tanq̃ hæres:& sic petitione hæreditatis,prout egerat falsus procurator.Idem si rei vendicatio, prætendens duntaxat dominium ex causa hæreditaria. secus si ex alia causa diuersa:quia non veniret cõtra factũ procuratoris:vt l.procurator ad exhibendum.in princip.ẽ.eod.de glo. quæ sunt hic parum curo.

2 ☞ *Pater an possit approbare factum procuratoris filij, ut non sit necesse cauere de ratihabitione filij?*

1 **§.Qui patris nomine.** †In cautione ratifienda est mentio de eo in quem potest lis pendens transferri.h.d.in effectu, & permitte quod ex iniuria facta filio nascũtur duę actiones: vna prętoria,quæ competit patri:& est ipsius quo ad proprietatẽ & exercitium altera ciuilis ex l.corne. quę competit filio,& eius est proprietas.exercitiũ tñ est ipsius patris,nisi sit turpis persona. tunc enim competit filio.& similiter si pater moriatur, vel filium emancipet redit exercitium ad filium:vt hæc habentur in l.sed & si vnus.§ interdum.j.de iniu.§.sed & si pater.de ista aũt ciuili debet intelligi ille tex. secundum verum intellectũ: quia quidam procuratorio nomine patris intentavit exercitiũ huius ciuilis:& quia non constabat de mandato, habuit cauere de rato:dicitur hic q̃ nõ solum debet cauere quod pater habebit ratum:sed etiam quod filius, si contingebat filium efficiri iuris antequam pater ratificet:quia tunc lis inchoata per patrem,vel eius nomine,transfertur in filium vt filium:quia trãsfertur exercitium illius actoris in filium.ergo & lis inchoata super illo exercitio.& iste est verus intellectus, quem ponit gloss.mag.super verbo,[filij.]in ver.[vel secundũ Dyn.] licet in fi.videatur non tenere hanc lect.sed male secundũ Ang. Si autem intentasset prætoriã competentem patri,non esset fiẽda mentio de filio vt filio:quia non transfertur in eum vt filium:sed demum post mortem:vt in hæredem.vnde bene esset fienda mentio de patre & hæredibus eius:vt j.l.proxi. circa fi.†Et no.q̃d si pater ratificasset antequam lis transferatur in filium,non esset necessaria alia ratificatio filij, cũ pater potuerit factum illius procuratoris approbare:& trãsire iudiciũ cum illa approbatione.Sufficit.Glo.tamẽ ponunt alios duos intellectus,ſ.quod ille procurator intentauit actionem competentem patri,& competentem filio,vel competentem patri tantum,quod non potest sustineri,propter id quod dixi.

2

Sed oppo.quod etiam cum intentatur exercitium actionis competentis filio,non sit necesse caueri de ratihabitione filij: vt in l.non solum.§.si pater.de procu.Sol.vt in prin.illius glo. mag. quia ibi quando ageret ipse pater,quem constat habere exercitium hic quando procuratorio nomine patris, quem non comstabat habere mandatum. si enim cõstaret,tũc nec de patre nec de filio teneretur cauere:sed contra adhuc extra gl. quod imo etiam ipse pater quando intentat exercitium actionis competentis filio,ipso filio absente teneatur cauere de ratihabitione filij, sicut quando agit actione de dote, quæ est communis patri & filiæ:sed exercitiũ est ipsius patris: vt d.l. non solum.§.si de dote.& l.ij.§.fin.Sol.mat. nam pater adhuc plus iuris habet in act.de dote quam in actione iniuriarum cõ petente filiæ,cum prima sit communis quo ad proprietatem. Secunda non:sed solius filij.Breuiter licet contrarium sit difficile.Respondo quod in actione de dote non datur per l. exercitium patri:nisi cum modificatione,ſ. consentiente filia: sed cum abest,& ignorat,non videtur consentire: sed duntaxat quando est præsens & tacens in actione autem iniuriarũ datur simpliciter absq̃ consensu filij.

2 ☞ *Forma huius cautionis.*

LEX XXIIII.

1 **Procurator.** †Factũ falsi procuratoris non facit cõmitti stipulationem de rato.h.d.& nõ est alibi ista l.secundum Dy.ecce casum. Oppo.quod committatur stipulatio faltem ad expensas litis: licet ille secundus procurator nõ potuerit agere de iure:sed de facto:vt ẽ.l.proxi.§.cum autem.Sol.ibi loquitur in vero domino agente contra factum falsi procuratoris, qui poterat mero iure agere:hic nõ poterat,vnde non facit committi stipulationem etiam ad sumptus litis.& hoc vult glo.super ver.[pertinebit.]quam no. †Vltimo no.in fi.formam huius cautionis: quia debet promittere dominum,vel quemlibet alium ad quẽ ea res vel actio pertinebit,ratum habiturum,& sic comprehẽditur persona hæredis,vel vniuersalis successoris, vel etiam filij.in casu præceden.§.sed an comprehendatur persona creditorum ipsius domini.casus est singu.quod non in l.non solum. §.quæritur.de procu.licet prætendat interesse:quia si procurator succumbebat,tanto minus erit in facultatibus ipsius domini,ex quibus est eis satisfaciendum:tamen ad eos non pertinet actio.& hic non debet caueri nisi de illis ad quos actio pertinebit ex vniuersali successione,vel etiam ex particulari per successorem.

2 ☞ *Si aliquis appellauit meo nomine infra decẽ dies à sententia lata contra me,an possim ratificare post lapsum decem dierum?*

3 *Si aliquis interfecit hominem meo nomine,an possim ratum habere,ut tenear perinde acsi interfecissem?*

4 *Si superuenit impedimentum in personam ratum habere debentis, uel illius qui actum gessit:an impediatur ratihabitio?*

5 *Si aliqua communitas fecit pacem pro se & suis adhærentibus,cum promissione de non offendendo sub pœna:& antequam adhærentes ratificent offendantur per alteram partem,postea ratificantibus,an uideatur altera pars feciſſe contra partem,ut incidat in pœnam uel ut uideatur fregisse pacem.*

6 *Casus in quibus ratihabitio non trahitur retro.*

LEX XXV.

1 **Bonorum.** †Non valet ratihabitio, si fiat eo tẽpore quo ratũ habẽs nõ posset actũ per se gerere:secus si posset per se:licet nõ per illũ qui gessit

gessit eius nomine.h.d.nota.Et deberet scribi literis aureis,secundũ Bar.quia nõ est dare meliorẽ in sua materia. & primo loquitur qñ superuenit defectus in personã ratum habentis: quia suũ ius fuit extinctum anteq̃ ratũ haberet:licet post actũ gestũ eius nomine:vsq̃ ibi,[an autẽ.] Secundo qñ superuenit in persona illius qui gessit actum:quia mortuus est,vel est effectus furiosus. Et sic hodie cũ ratũ habetur,nõ posset illũ iterũ gerere,vel cũ pœnituit,volũtatẽ mutauit.& sic licet posset hodie tamen nõ vult:& in istis casibus nõ impeditur[a] ratihabitio. si ius ratum habẽtis erat saluum.& cũ primo dicto cõcordat l. seq.in §.ꝓcurator.& l.si is cui.ẽ.e.venio ad casum. †Per primũ dictũ huius l.patet q̃ si aliquis appellauit meo nomine.j. x.dies à sententia lata contra me,nõ possum ratificare post lapsum x.dierum.Sed quæro,quæ est ratio huius l. dicũt quidã: quia permittendo labi tẽpus,videor renũtiasse iuri meo:ar. in l.alienationis.de ver.sig.ideo ad ipsum nõ daẽ amplius regressus.arg.in l.fin.C.de remissio.pig.& l.quæritur.§.si venditor. ẽ.de ædil.edi.quæ ratio nõ placet Bar.& bene.nã idẽ est si ius meum extinguitur morte mea,non lapsu temporis:vt in l.si is cui.ẽ.eo.& tunc nõ potest dici q̃ videa renũtiasse. Quid eẽ si ignorabã bo.pos.míhi delatã.Itẽ per text. in l.cum decem.§. Item si ignoraẽs.ẽ.de solu.vbi ratum habens renuntiauerat iuri suo anteq̃ ratum haberet.liberando debitorẽ suum per acceptilationẽ,ignorans q̃ alteri soluisset.& hoc nõ obstãte põt ratam habere solutionẽ,& acceptilatio euanescit.est ergo ratio quę hic colligitur ex tex.quia ratihabitio facit haberi perinde ac si hodie cũ ratũ habetur actus geretur.& fingitur retro gestus de voluntate ratum habentis.oportet ergo ad hoc vt valeat,q̃ extrema sint habilia,ſ.q̃ tempore quo habetur ratũ posset fieri:alias nõ posset fingi fieri:quia fictio nõ est sup̃ impossibili:vt no.in l.gallus.§.si eius.de lib.& posthu.& etiã q̃ tempore quo factus fuit potuerit fieri:alias non potest secundum extremum trahi ad primũ,nec ecõuerso:vt in l.fi.cõmu.præ. & l.potior.& l.qui balneũ.§.Titia.qui po.in pign.hab. †Sed contra.nam si aliquis interfecit hominẽ meo nomine, possum ratum habere.& perinde teneor ac si interfecissem:vt in l.j.§. deiecisse.de vi & vi arm.& plene no.de hoc in l.nõ eo minus. C.de accusa.per Cy.quæ omnino vide.& tamen nunc cũ ratũ habeo nõ possem ipsum interficere:quia mortuus est: ergo illa ratio nõ est bona.Sol.secundũ Ange. illa ratio procedit qñ vellẽ ratũ habere ad mei commodũ. ita loquitur hic nõ qñ ad mei incõmodũ:vt in cõtrario,quod no.licet cõtra. nã sententiã latã cõtra ꝓcuratorẽ meũ possum ratã habere ad mei incõmodum:vt l.licet.ẽ.de iudi.& tñ hodie cũ ratam habeo: si lapsum erat tempus instantiæ nõ posset ferri.Sol.secunda quã.ẽ.dixi, procedit in his quæ veniũt gerẽda per partẽ:sed sententia non fertur per partẽ ratũ habentẽ:sed per iudicẽ,& sic nihil ad ꝓpositũ.†Item opp.cõtra secũdũ dictũ in ver.[an autẽ.]vbi Iriscõsulẽ vult q̃ si tẽpus nõ erat lapsum,licet gerẽs actũ esset mortuus,posset habere ratũ:vt patet in fi.cõtra de eo q̃ no. ẽ. eo.tit.l.si indebitũ.§.fi.So.potest haberi ratum: nisi interim sit alteri ius quæsitum:quia tunc in ꝓiudicium illius non põt: vt ibi no.sed cõtra.de d.l.cũ decẽ mihi.§.Itẽ si ignoraẽs.de solu. vbi erat alteri ius quæsitũ per acceptilationẽ.& tamen põt haberi rata sol.& euanescit acceptilatio.Solu.in præiudiciũ alterius,cũ quo ratũ habes,nõ gessit actũ,nõ põt ratũ haberi:sed in præiudiciũ illius cũ quo gessit,secus:vt ibi,& idẽ si sit alius qui reputetur eadẽ persona:vt l.si quis offerenti.§.fi.eo.tit. Et ex his collige distinctionẽ:quãdo superuenit impedimẽtũ habentis,aut est impedimẽtũ legale.& impeditur ratihabitio:vt hic.& j.l.proxi.§.fi.aut procedit facto hominis,& tũc aut tẽdit in præiudiciũ illius qui actũ gessit:puta tu debitor meus solusti alteri nomine meo,postea te liberaui per acceptilationem, postea volo ratũ habere in tui præiudicium qui gessisti actum cũ illo,& possum,idẽ in præiudiciũ alterius q̃ reputatur eadẽ persona tecũ:vt in duobus reis debendi.aut nõ gessisti tu actũ cũ illo:sed ego tecũ.& tũc in tui præiudiciũ nõ possum ratũ habere:vt in casu quẽ ponit gl.in d.l.si indebitũ.§.fi.si autẽ impedimẽtũ superuenit ex parte rei:super qua actus fuit gestus: q̃ peremptа est,impedit ratihabitio:vt in l.eũ qui. §. fi. de verbo. obli.& l.necessario.§.q̃d si pẽdente.de peri. & cõmo. rei vẽ. si autẽ superueniat impedimẽtũ ex parte illius qui gessit actũ nomine alterius, nõ impedit ratihabitio, vt hic in secunda parte huius l.& ista faciũt ad q.de qua per Dy.& Bar.in l.si vxor.§. antepe.de adult. †Si aliqua cõmunitas fecit pacẽ pro se & suis adhærentibus, cum promissione de non offendendo sub pœna.& anteq̃ adherẽtes ratificent,offenduntur per alterã partẽ, postea ratificãt.an videatur altera pars feciſſe contra pacẽ,vt incidat in pœnã, vel vt videatur fregisse pacẽ?Bar.ibi tangit,& nõ soluit:sed ad solutionẽ istius quæstionis facit quod dicã:vnde opp.cõtra vltimũ dictũ,ver.[sed & illud.] q̃ si ille qui actũ gessit,pœnitet, nõ posim eo inuito ratũ habere.ar.in c.si tibi absenti.de preb. lib.vj.Sol.& tene menti si ille qui requisiuisset me q̃ ratũ haberẽ,& ego recusassem,vel tacerẽ:& ipse assignari fecit termi nũ,& infra illũ habeã ratũ,& sic reprobaui actũ expẽsse vel tacite,nõ possẽ postea ratũ hẽre illo inuito:vt ibi. sec⁹ si nõ reprobaui expẽsse tacite:vt hic.& iõ si aliqs egit noĩe meo,nõ põt renũtiare liti me inuito,si non reprobaui actũ. nec auferre mihi potestatẽ ratificandi semel acquisitã ex eius actu. & itẽ si aliquis appellauit meo nomine:& postea vult renuntiare appellationi anteq̃ ratificẽ,nõ põt:& hoc facit ad solutionẽ illius qõnis. q̃ offendens inciderit in pœnã.vel videaẽ fregisse pacẽ: quia nihil debebat innouare pendente ptãte ratificandi. arg. hic de hoc etiã tangit per Bal.in l.fi.C.ad mace.vbi ponit.†Casus in quibus ratihabitio nõ valet,nec retrotrahitur melius quã alibi habeatur:& inter alios casus est quando actus esset de se nullus.vt in processu facto coram aliquo tanquã delegato cũ non esset.nã nõ posset superior ratũ habere:vt valideturː quia fuit ipso iure nullus cũ defecerit vna ex ꝓsonis necessarijs in iudicio,scilicet iudex:vt no.per Inno.& alios in c.prudentiã.de of fi.dele.& no.ĩ l.licet.ẽ.de ꝓc.& c.de iu.fis.l.ĩstar.li.x.& ẽ.d offi.ꝓcon.l.obseruare.§.fi.& tetigi.ẽ.eo.l.si sine.§.si procuratorí. Requiritur ergo q̃ actus nõ sit nullus.sed pẽdeat eius effect⁹ ex ratiabitione:videtur tamen q̃ si gerens actũ significauit alteri qui debet ratũ habere,nisi statim cũ potest ratũ habeat videatur reprobasse ꝑ l.quo eĩ.§.Iul.ẽ.eo.& per l.ratũ. de solu. & facit l.non erit.ẽ.de iureiu.& sic nõ poterit postea ratificare illo inuito:sed eo permanente in eadem voluntate possit per c.licet.de procur.libr. vj. Tene menti:quia non omnia ista tanguntur per Bar qui etiam dicit hic quod gestum nomine prælati potest haberi ratum per successorem sicut per hęredẽ.

[a] ¶Istis casibus nõ impeditur. Adde Dyn. in regu.ratihabitio. de regulis iuris. libro vj.

2 ☞ *Dos quãdo matrimonium est solutum morte filiæ remanentibus liberis,an debeat ad patrem redire,an remanere penes liberos, uel penes generum propter liberos: & quid si est solutum morte generi?*

LEX XXVI.

1 **Pater dotem.** †Si ius illius qui debeat ratum habere peruenit ad ꝓmissorẽ nõ requiritur alia ratihabitio:sed hic solũ ratihabitiõe habetur.h.d.venio ad casum. †In tex.ibi,[absente filia petit.] subaudi solu.mat.per mortẽ generi vel per diuortium. & sic nihil facit iste tex.ad q.ad quã gl.eũ allegat.quæ incipit,[nõ distinguitur.]ẽ.notata in l.dos à patre ꝓfecta.C.solu.matr. quia illa loquitur quando matrimoniũ est solutũ morte filiæ remanentibus liberis,an debeat ad patrem redire:an remanere penes liberos,vel penes generum ꝓpter liberos,quando autem diuortio,vel morte generi nulli dubium est quod ad patrem redire debet,etiam extantibus liberis:vt possit dari pro ea in secundo matrimonio. In tex.ibi,[rem ratam & habituram eam cauit.]dic q̃ facere debuit postq̃ filia erat absens & ignorans:quia poterat habere iustam causam contradicẽdi: vt quia pater erat turpis persona:& sic sibi non competebat exactio: vt ẽ.de procu.l.non solum.§.si de dote.& solu.matri.l.ij.§.fi.cũ ibi no. In tex.ibi,[mortua est.]subaudi & pater erat turpis persona:vt habeat dubium:& sic videbatur requiri ratificatio filiæ si mortua non esset:alias soluens non esset liberatus: si enim non esset turpis persona tunc etiam si viueret, & ratum non haberet liberatus esset:quia filia non posset contradicere sine iusta causa:hic autem nõ requiritur alia ratihabitio posito q̃ pater esset:turpis persona postq̃ ius filiæ consolidatum est in patrem per mortem filiæ: secus si non esset consolidatum: vt quia filia fuisset emancipata antequam ratum haberet: & sic in ea fuisset actio consolidata vel decessisset remanentibus filijs qui sibi in dotem succederẽt.nam cõmitteretur stipulatio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Sapientis. An sententia lata ad consilium sapientis possit quandocunque retractari per consilium magis peritorum consultorum appositum vide per Iaudo. Roma. consi. ccxxix.

nisi pater faceret illos ratificare: vt l.si sine. §.si procuratori.ff.e.

1 2 ☞ *Si actio erat perpetua de sui natura, & per præscriptionem xxx.anno. fuit sublata iure. C. an soluens poterit repetere?*

1 §. Procurator. †Non valet ratihabitio facta eo tpe quo ius ratum habentis erat extinctū tpe.h.d. & sic idem q̄ l.bonorum. in princ. venio ad casum. In text.ibi, [procurator.] subaudi falsus: si ēm fuisset verus, & habuisset mandatum recipiēdi, liberatus esset solues per solutionem illam. vnde amplius per lapsum tēporis non liberaretur: & illa pecunia per procuratorem deberet restitui domino per actionem mādati nō autem soluēti. cuius contrariū hic dicitur, q̄ soluēti & nō domino ratificāti. In text. ibi, [qui tempore liberaretur.] hoc pōt intelligi dupliciter. Primo q̄ tps erat appositū a cōtrahētib⁹. vt q̄a obligasti te mihi vsque ad annū. & nō vltra. & tūc clare ꝓcedit iste text. nā tūc appositio tpis habet vim pacti de nō petēdo post annū. vt l.eum qui ita.§.qui ita.de verb.obli. per q̄d pactū tollit naturalis, & elidi tur ciuilis. vt in l.si vsus.§.pactus ne peteret.ff.de pac. & ideo solutū per errorē iuris vel facti post annū posset repeti per cōdictionē indebiti. sed si interpositā est stipulatio rati, cessat illa cōdictio: & repetitur actione ex illa stipulatione: vt j.sequit: & no.ibi inver. [argu.] illud quod dixi in l.si sine.§.q̄ si ꝓcurator. ff.eo. quod non debet esse deterioris conditionis qui stipulationē rati interposuit, quā si nō interposuisset. Itē q̄ cōdictio q̄ re contrahitur, cessat q̄n interposita est stipulatio. secundo modo potest intelligi q̄ erat tps legale: vt in actionibus ptorijs annalibus: vel in actione de dolo. q̄ durat biēnio, sed tunc est dubiū: q̄a hoc casu per lapsum tpis nō tollit naturalis obligatio: sed ciuilis tm: & ito vī q̄ solutū nō poterit repeti nō interueniēte stipulatione. cui⁹ cōtrariū hic dicit: q̄ aūt remaneat naturalis, ꝓbat in l.at q̄ natura. de neg.ge. & no.gl.in l.peculus. q̄ statim p̄cedit. Sol. duobus modis. primo vt possit repeti si fuit solutū p errorē facti, q̄ inducit repetitionē vniuscuiusq̄ indebiti. vel dic idē si per errorē iuris in casu huius §. q̄a hic erat solutio facta falso ꝓcuratori: & sic vt nō remaneret penes eum: sed vt peruenīret ad dñm: & nūc nō pōt puenire inuito soluēte: post quam ius dñi erat extinctū antequā ratum haberet: sed si facta esset sol. ipsi dño post lapsum tpis p errorē iuris. fateor q̄ non posset repeti. si dicim⁹ obligationē naturalē durare, & nō esse elisam. q̄d videt tenere Bar. & statim dicā. † Quid aūt si actio erat perpetua de sui natura per præscri.xxx.an. & fuit sublata iure. C. An soluēs poterit repetere? gl. hic inducit istum text. q̄ sic. & sic istud sine dubio esset verū si per errorē facti qui inducit repetitionem etiam ei qui est vsus exceptione odiosa. vt in l.sina.ff.ad maced. Si vero per errorē iuris. hic est dubiū. nā per talē præscriptionē nō pōt dici q̄ tollat naturalis, quæ est de iure gen. & præscriptio est de iure ciuili. sed ciuilis bene tollitur: quia procedit a pari potentia. naturale aūt debitū per errorē iuris solutū non repetitur. in l.error. C. ad leg. Fal. & sic ista gl. non videtur verū dicere: maxime quia exceptio talis præscriptionis est odiosa. sic non inducit repetitionē solutī per errorē iuris. vt l.qui exceptionē. de cōdi.inde. cū talis præscriptio dicatur mere odiosa: quia inuenta propter negligentiam nō petentis. vt not. in l.edicto. C. de edi.di.adri.tol. circa fi. Et istam partem tenuit Pe. vt refert Cy. in l.cum quis. C. de iur. & fact. igno. in vij.q.q̄ etiam tenet Ange. hic. in contrariū videtur veritas. quia per talē præscriptionē licet nō tollatur naturalis, tamen elidit ur: cū ll. dicāt q̄ debitor lapso dicto tempore consequitur plenissimā liberationem. vt l.omnes. & l.sicut. C. de ꝓscri.xxx.an. & sicut per pactum, de non petendo. quod est de iure gentiū tollitur naturalis. & elidit ur ciuilis. ita per præscriptionē quæ est de iure ciuili, tollitur ciuilis. & elidit ur naturalis. Et ista elisio facit vt illa naturalis nō habeat effectum repetitionis impediendæ, sed quare magis elidit ur per hāc præscriptionē, quam per illā quæ inducit ur ex natura actionum tēporaliū, nō video. ideo etiā in isto casu videtur dicendū q̄ tale debitū naturale solutū etiā ipsi creditori per errorē iuris poterit repeti, p hūc tex. vbi videt esse casus. Intelligēdo secūdo modo quō s. dixi. non enim potest intelligi in præscrip. xxx. ann. quia illa erat cognita hoc iure: vt no. in l.qui occidit. in prin. ad l.aquil. Restat ad vnū respondere. dū dicit q̄ illa exceptio præscriptionis est odiosa: nā hoc erat verum de iure ciuili, quo etiā malę fidei debitor vel possessor pōt præscribere. vnde nisi negligentia nō petētis pōt dici inducta: sed hodie nō nisi bonæ fidei debitor vel possessor pōt præscribere de iure canonico. vnde pōt dici q̄ nō sit odiosa, sed ob fauorē publicū introducta: ne homines semp sint in incerto: vt l.j.de vsuca. Ideo in hoc puncto puto distinguendū, an ille qui præscripsit sit bonę fidei. & potest repetere solutū per errorē iuris: an malæ fidei. quo casu licet de iure cōmuni nō poterit præscribere: ex forma tī statutorū interdū præscribet. quæ licet nō valeant de iure: seruantur tamen de facto. & tūc putarē opi. Petr. & Ant. veram. & non poterit repetere tanquam tutus exceptiōe odiosa: sed quando erat præscriptio sui natura currens, vt in actionibus temporalibus, illa non dicitur odiosa: ideo repetereē indistincte tenendo vt dixi, q̄ per illam elidatur naturalis.

De appellationibus & relationibus. *Rubrica.*

2 ☞ *Differentia inter surreptum & obreptum.*

3 *Sententia licet sit lata secundum consilium sapientis: tamen potest appellari.*
Pro consilio sapientis quod debeat mitti causa plene instructa.

4 *An talis consultatio debeat fieri post conclusionem in causa?*

LEX I.

1 APpellandi. †In tex.ibi, [nihil à nobis prænoscitum esse videbitur.] per tex. videtur q̄ rescriptū principis sit nullum etiam ad lites si est obtentum per falsi suggestionem: quia non censetur emanasse de voluntate principis vt hic patet: sed contra.d. c.certū. & quod ibi no. Inno. & alij extra de rescript. qui dicūt q̄ valet ipso iure: sed ope exceptionis rescinditur, si opponat, & istud est magni effectus. vt ibi no. Sol. potest probabiliter dici q̄ cōtrariū ꝓcedit q̄n fuit obtentū: quia fuit receptū tacita
2 veritate: † & tunc proprie dicitur surreptū: sed si expressa falsitate dicitur obreptū: vt l.si quis obreplerit. ff. de fal. & tunc est nullū: vt hic quod no. nam nō daret iurisdictionē delegato si ad hoc emanasset & in eo gesta corā eo essent nulla, etiam si à partibus scientibus: quia nō tenet iurisdictio eius qui nullā habuit. vt l.priuatorū. C. de iurisdi.om.iud. † Vltimo per istum
3 §. determinant doc. q̄ licet sententia sit lata secundū consilium
a sapientis, a tamen potest appellari etiam si partes consenserint in sapiēte, & etiā in pūcto: vt j.eo tit.l.ex cōsensu. in prin. & pl⁹ videtur q̄ etiā si cōsenserunt: aut etiā statutū disponat q̄ feratur secundū cōsiliū sapientis, & q̄ iudex debeat ius sequi. nam nihilominus pōt pars ꝓappellare, vt ea quæ nō probauit in causa principali, possit dicere vel probare in causa appellationis: vt l.eos. C.eo. & l.per hāc. de tempo.ap. Super glos. in verbo, [quæsitum.] ibi, [& hoc casu princeps non dat dilationē.] nec recipit nouas probationes, vel instrumenta: vt in l.quā gl. allegat: quia causa debet mitti plene instructa: alias punitur iudex
4 vt l.j. C. de rela. † & sic talis cōsultatio debet fieri post cōclusionē in causa: quia tūc partes non possunt aliquid plus dicere in facto: vt in c.pastoralis. cum ibi no. de causa pos. & proprie. & postquā audiuit aduocatos statuta tamen in consilio sapientis interdum aliter disponunt scilicet quod petatur anteq̄ publicentur dicta testium, si qua vult petere. & nō sine mysterio: iudex etiam postquam principem consuluit, vel causam misit ad consiliū m sapientis, non potest instrumenta aliqua recipere. nec aliquid innouare: vt l.ex eo tempore. C. eo. secundū vnam lectu. quam Barto. ibi dicit esse notandam.

2 ☞ *Si ille ad quem appellatur non esset maior eo qui tulit sententiam: quod indistincte appellatio sit nulla: quid si esset æqualis?*

3 *Nomen iudicis ad quem appellatur, an sit necessario inserendum in appellatione?*

4 *Consules qui non exercent iurisdictionem contentiosam sed voluntariam, si de mandato principis dant iudicem in aliqua causa, quod ab illo delegato debeat appellari ad ipsos consules delegantes.*

5 *Si appellans simpliciter dicit appello: non exprimendo ad quem, an ualeat appellatio, & quid si dixit appello ad iudicem competentem?*

6 *Si appellatio interponatur alternatiue ad talem, uel ad talem, an ualeat attenta incertitudine?*

1 §. Si quis in appellatione. †Error in appellando ad aliū iudicem quam debuerit, non officit appellāti: dummodo ille sit maior,

maior, vel æqualis cum eo ad quē debuit appellari: secus si minor. de appellatione tamen non cognoscit ille ad quem fuit appellatū, cū sit incompetens: sed ille ad quem debuit appellari.
2 h.d.no. † Et no. q̄ si ille ad quem appellatur nō esset maior eo qui tulit sententiam, indistincte appellatio esset nulla: etiā si esset æqualis: vt est tex. in auē. de app. §. fi. col. iij. sed quādo est maior eo. nō tamē est ille ad quem debuit appellari, habet locū iste tex. vt si est maior, vel æqualis, valeat: li verò minor ille ad quem debuit appellari: licet maior eo qui sententiam tulit, non valeat: si tamen adhuc est j. tempus appellandi, iterum potest appellare ad competentē: quia nō præstat impedimentum appellatio illa nulla: vt in reg. nō præstat. de re. iur. iūcta l.
3 accusaturus. §. de adul. † Per istum tex. videtur q̄ nomen iudicis ad quem appellatur nō sit necessario inserendum in appellatione: quia si esset necessario inserendū, & inserereē, non cōpetēs appellatio, nō valet: prout habetur in simili in alijs quæ necessario sunt inserenda in libello appellatorio: vt infra proxi. §. & quia necessario non est inserendum, non vitiatur si inseratur non competens. prout in simili dicitur in l.scio. j.eo. & in §. j. & hoc modo sanè debet intelligi dictum Specu. in iij. parte Spe. ti. de appel. §. j. vbi dicit q̄ nomen iudicis ad quē debet inseri, & ita videtur supplere. §. seq. sed intellige vt dixi:
4 aliàs non bene loqueretur per istum tex. † Item not. hic q̄ si consules qui non exercent iurisdictionem contentiosam, sed voluntariam de mandato principalis, dant iudicem in aliqua causa quod ab illo delegato debet appellari ad ipsos consules delegantes: vt patet hic in ver. [consules amplissimi.] videbatur contrarium, quod delegatio nō censetur facta ab ipsis: sed a principe postquam ipsi non habent cognitionem illius causæ, & sic debet appellari ad principem: sed si haberent cognitionem illius causæ: licet de mandato principis delegarent, cēsetur ab eis facta delegatio: quia censeretur potius excitata iurisdictio eorum quam data de nouo, & sic actus assumeret vigorem ab eis: vt in cap. licet. de offic. ordi. tamen iste text. vult quod etiam si non habeat cognitionem causæ: quia tamen iurisdictionem habeant potius in habitu quam in actu per excitationem factam a principe delegato, sumant vires ab eis: vt hic est casus: & ideo si dominus legatus committeret ancianis huius ciuitatis, qui non habent exercitium iurisdictionis contentiose, quod aliquam causam committent, a tali commissario deberent appellari ad ipsos ancianos. & si appellaretur ad potestatem, vel ad alios: deuolueretur ad istos canonicos: vt per se cognoscant, vel alios committant: casus est hic, quē per-
5 petuò tene menti. † Quid ergo si appellans simpliciter dixit appello, non exprimendo ad quem: an ualeat appellatio, vel quid si dixit, appello ad iudicem competentem? Respondeo sic, de iure ciuili. nec pōt dici ista appellatio incerta: quia non est dare nisi vnum iudicem competentem, scilicet immediatum superiorem, si appelletur ab ordinario, vel delegante: si appelletur à delegato, & ad illum censetur interposita vtroque casu, & probatur in l. Qui Romæ. in §. Seia. de verborū obligatio. & no. in l. cum proponas. de bonis aut. iudi poss. C. sed de iure canonico est magis dubium: quia est dare duplicē iudicem competentem, scilicet immediatum superiorem, & Papam: & sic redditur appellatio incerta, quæ incertitudo vitiat regulariter omnem actum, maximè quia tendit in præiudicium aduersarij, qui non est certus coram quo debeat comparere pro defendendo sententiam suam. In contrarium videtur quòd ualeat, & quòd censeatur in dubio interposita ad papam propter excellentiam: arg. in c. si à sede. de præben. lib. vj. Econtrà q̄ imò censeatur interposita ad immediatum superiorem: quia illa est via magis ordinaria, & minus præiudicialis alteri parti: nam ad papam iure quodā ordinario est appellandum, quo in dubio appellans non censetur vti. arg. in l. in testamento. in fin. C. de mil. testa. vbi miles in dubio non cēsetur vti priuilegio militis: sed iure communi, & ista pars videtur mihi æquior & melior quantum ad hoc vt aduersarius excusetur quòd non comparuit corā papa: quia non debuit præsumere fuisse ad eum appellatum: si tamen appellans prosequeretur coram Papa, & faceret illum citari ad prosequendū, deberet ibi comparere: valet ergo, & presumitur quod voluerit appellare ad immediatum superiorē: a ¶ Aduersarij. An licitum sit dare pecuniā aduersario meo, vt desistat à lite. vide per Paul. de cast. in l.j. in j.column. C. de pœna iudi. qui malè iudi.
6 ista tamen præsumptio recipit probationem in contrarium. † Ex prædictis respōdetur quid iuris sit, si appellatio interponatur alternatiuè ad talem, vel ad talē. an ualeat attenta incertitudine: & certè de iure ciuili valet: quia non redditur in- b
certa, dummodo vnus de illis sit iudex competens, vel maior, aut æqualis cum cō petenti: secus si neuter cōpetens, & vterque minor competente per istum tex. De iure autem canonico si ambo sunt inferiores ad papam idem per omnia: quia in illis est appellandum gradatim: vt in c. dilecti extra. eo. ti. si verò appelletur ad papam vel archiepiscopū, alternatiuè seu ad alterum inferiorem: tunc siue inferior non erat competēs, valet: quia papa est competens: & ad ipsum cēsetur interposita: sed si alter erat competens: & sic duo sunt cō petentes: videtur q̄ sit nulla propter incertudinem. arg. ff. de stip. ser. l. sed & si ita. in fi. vel potest dici: vt §. dixi. Si tamen appellans reseruasset sibi electionem: & postea durante adhuc termino ad appellandum eligeret, & aduersarium certificaret clarum esset: si hoc non faceret, credēdum quod. §. dixi de isto articulo vide per Ioan. an. in c. is cui. de offi. deleg. in glo. lib. vj. & in regula in alternatiuis. in mercurialibus. & in addi. Spec. de appel. §. nunc tractemus.

2 ☞ *Appellatio an debeat fieri in scriptis?*

3 *Quod debeat continere personam appellantis, quid si est procurator?*

4 *Appellatio censetur interponi etiam aduersus iudicem qui sententiam tulit: & an ille iudex sit citandus in prosequutione appellationis, & sufficit quod exprimatur nomen appellatiuum. puta officij: ut contra sententiam latam per uos dominum potestatem.*

5 *Tenor sententiæ debet rescindi in scriptura appellationis, & an debeat rescribi de uerbo ad uerbum?*
Qualis libellus detur iudici qui sententiam tulit, & qualis iudici ad quē fuit appellatū?

6 *Appellatione facta una uice: si postea infra tempus appellandi quis appellet iterum in scriptis, quam appellationem debeat prosequi?*

7 *In appellatione an debeat exprimi causa propter quam appellatur?*

8 *An expressa una causa in appellatione, possit appellans ab ea recedere, & aliā prosequi.*

1 §. Libelli qui. †Appellatio quando non fit incontinenti post latam sententiam, ad hoc vt ualeat, requiruntur quatuor, scilicet quod fiat in scriptis, quæ scriptura dicitur libellus appellatorius, & quòd contineat personam appellantis, & personam iudicis, qui sententiam tulit, & sententiam à qua appellatur, hoc primo: sed si fieret incontinenti apud acta. id est, an tequam iudex surgat à bancho, nullum istorum requiritur: sed sufficit q̄ dicat
a viua voce appello, hoc secundo. Nomen verò aduersarij a cōtra quem appellatur necessario non debet exprimi, & ideò si sunt plures aduersarij in eadem causa, & exprimatur nomen vnius tantum, appellatio fortitur effectum etiam quo ad alios non expressos, non sic si sunt plures aduersus quos lata est sententia: quia si nomen vnius tantum continetur in appellatione, cæteri non videtur appellasse. hoc tertio. Causa etiam pro-
b pter quam appellatur, b non est necessario exprimēda: & ideò si exprimatur vna, potest appellans ab ea recedere, & aliam allegare, vel cum illa adiungere. hoc quartò & vltimò vsque ad leg. ab executore. & sunt tex. no. Specu. autem eod. titu. in iiij. parte Specu. videtur addere alia quatuor, scilicet quòd contineat nomen iudicis ad quem appellatur: sed de hoc dic vt dixi in præce. §. Item diem latæ. & hoc bene placet, & ad hoc vt videatur an appellet infra tempus appellandi. Item diem appellationis interpositæ: sed hoc non placet, quòd ipse appellās in scriptura appellationis quam dat, debeat hoc exprimere, dicendo hodie appello: quia intelligitur, etiam si non dicat. §. de verborum obligatio. l. liber homo. §. decem. sed notarius qui rogatur de interpositione appellationis, bene debet tempus appellationis interpositæ interponere: quia illud est etiā tempus instrumenti. Item addit & quartum, quòd petat apostolos in eadem scriptura: sed certè licet istud sit de more, & quotidie solet fieri, non tamen est necessarium: vt voluit hic gl. fi. huius §. quia statuitur tempus xxx. dierum ad ipsos petendos post

Universidad de Palermo
Biblioteca

a ¶Scriptis.adde tex. & ibi doc.in c.quãtis.de elec.lib.vi. & c.cordi.de appel.eo. li.Doc.in cle.appellanti.eodem titu.

appellationem interpositam,quod dic vt 2 extra eod.c.ab eo.li.vj.†Circa primum de scriptura quam dicit hic requiri.no.q̃ reqũritur q̃ appellans portet eam in manibus cum appellat:nec est curandũ an sit scriptura publica vel priuata.debet tamẽ facere notarium rogatum de conceptione talis scripturæ.& notari⁹ ponet tenorem illius de verbo ad verbum in suo instrumẽto. ita quod si postea perderetur originale, staret instrumento.vt C.de testa.l.publicati.nec sufficeret si scripturam nõ portaret, & viua voce diceret appello,& faceret redigi in scriptura per notarium:quia ista non esset appellatio in scriptis,sed viua voce in scriptura redacta.nisi notarius in instrumento adijceret ista verba.in scriptis appellauit.vel nisi illam scripturam postq̃ eam confecit in præsentia appellantis & iudicis legat. & hoc fuit de mente Specu.in d.ti.§.j.in quarta parte Spec.sed quando portat scripturam:& facit notarius rogatũ de conceptione non expedit quod tũc legatur coram iudice: vt est hodie casus in c.appellatio.extra eo.ti.li.vj. Appellatio vero ab interlocutoria, siue fiat incontinenti siue ex interuallo, debet fieri in scriptis.ª vt est hodie casus.eo.ti.c.j.lib.vj.licet gl.hic in l.seq.in fi. a
primæ glos.teneat,quod siue incontinenti,siue ex interuallo, nõ requiratur scriptura,sicut nec in ipsa interlocutoria,q̃ posset procedere forte de iure ciuili:quia non reperiebat expressum.sed de iure canonico secus.tamẽ ius canonicum vbique. In hoc etiam in terris imperij seruat̃:quia vbi deficit ius ciuile recurritur ad canones:vt no.in c.j.de ope.no.nũ.& in l.priuilegia.C.de sac.sanc.eccl.†Circa secundum de persona illius qui 3
appellat notandũ quod si appellat procurator contra quẽ lata est sententia,non debet exprimere nomen domini:sed suũ:quia ipse est qui appellat potest tamẽ appellare vel noĩe domini vel suo proprio nomine:tanq̃ dominus litis vt est tex.cũ glo.j.eo. l.ab executore.§.j.secundum Bar. An videtur ibi tenere contrarium.quod suo ꝓprio noĩe nõ debet appellare.quia sua nõ interest.ergo &c.vt j.de app.reci.l.j.cautius est q̃ dicat ego ꝓcurator talis appello.& censetur procuratorio nomine domi- 4
ni appellare.vt §.de instit.l.fi.†Circa tertiũ no.q̃ appellatio cẽ setur interponi etiã aduersus iudicẽ qui sentẽtiã tulit:& ex hoc videtur quod ille iudex sit citandus in ꝓsecutione appellationis:cõtrariũ tamẽ determinat Inn.nec prætendat interesse in cap.cũ specialis.extra.e.sed in recusatione bene citat̃,vt ibi:qa ſigillat personam. Item nõ est necesse exprimere nomẽ ꝓpriũ in appellatione:sed sufficit quod exprimat̃ appellatiuum,puta officij:vt contra sententiam latam per vos dominũ potestatem &c.†Circa quartũ no.q̃ tenor sententiæ debet reseribi in 5
scriptura appellationis,ꝓputa quod si nõ rescribatur de verbo ad verbum.dũ tamẽ contineatur effectus:& tales demõstrationes ex quibus reddatur certũ aduersus quã sentẽtiã appellet̃ur,quod hoc sufficiat:quia res sufficienter demõstrata alia demonstratione non indiget l.j.in fi.de do.prẽleg.& iste libellus appellatorius datur iudici qui sentẽtiã tulit.est & alius de quo non loquitur iste tex.qui postea datur iudici ad quẽ appellatũ fuit.in quo etiã narrat̃ de appellatione interposita,& petit̃ ꝓnuntiari bene appellatum,& male iudicatum.& de hoc libello nihil habetur hic nec alibi.nec est necessarius:licet sit de cõsuetudine.& ideo Spe.ponit eius formã in d.ti.sed sufficit illã appellationẽ interpositã corã iudice a quo ꝓducere corã iudice ad quem.& viua voce petere pronuntiari bene appellatum:& facere per notarium redigi in scriptis hanc petitionem absq̃ noua scriptura:ita sentit Inno.in c.cũ contingat.de offi.deleg. circa fi.magnæ gl.†Circa secundã partẽ in l.seq.de appellatio- 6
ne quæ fit viua voce. Quæritˢ,quid si postea.j.tempus appellet iterum in scriptis quã appellationem debet prosequi?& est vtilis inuestigatio:quia si primam, tempus prosequendi incipit a prima.si autem secundam,incipit ab illa.Iste passus est dubius:& tangitur per Barto.in l.cũ procurator.§.de ope.no.nũ. & per Bal.in l.appellatione.C.de appellatio.& per Cano.ī c. bonæ.extra eodem.& in c.dilecto.vbi dicũt quod geminatio appellationis prodest,& nõ nocet appellanti:sed istud nõ declarat hunc articulũ.& ego vidi cõsilia valentissimorum virorum super hoc.Breuiter,aduertẽdum quod si primo appellaui ab interlocutoria,& postea Iudex dat cõtra me diffinitiuam. & ego appello a diffinitiua,clarũ est quod possum prosequi vtranq̃ appellationẽ.ita loquitur quod no. Inno. in d. c. dilecto.& est hodie casus in cle.si ante.de dolo.& cõtu.Item si appellaui ab interlocutoria ex vna causa grauaminis:iterum appello ab eadem interlocutoria ex eadẽ cã nõ expressa. in prima clarũ est q̃ possum prosequi vtranq̃ : quia sunt diuersæ & neutra porrigitur ad cãm in ea non expressam.nec prohibeor si sum.j.tempus appellãdi interponere aliã,videor me defecisse in prima:quia nõ expresi omnes causas:& hoc est quod tãgit Bal.in d.l.appellatione.& bene:sed dubiũ est quando ambæ interponuntur ab eadem sententia diffinitiua:& tunc si altera earũ esset inutilis propter aliquã causam,habetur pro nõ facta,& debeo prosequi vtilem:quia nõ dicitur iteratũ quod primo nõ tenuit:vt in c.j.de sacramen.nõ iterã.secundum Bal. ibidẽ:sed si vtranq̃ sit vtilis,vel rite facta:tunc est dubiũ.in quo dic si primo appellauit viua voce,nec apposuit clausulã reseruato beneficio appellandi in scriptis:tunc prima fuit secuta effectum:quia rescindit sententiam:ideo amplius nõ potest rescindi.l.nã & si sub cõditione.de iniusto testa. secundo appellatio tanq̃ inutilis reiꝯcitur.& tempus prosequendi incipit ab interpositione primæ.& hoc est vtile:quia sunt statuta interdũ quæ volunt q̃ per appellationem interpositam debeat dari libellus.j.tres dies alias videat̃ deserta:vnde si nõ daretur.j.tres dies ab interpositione primæ:licet daretur.j.tres appellatio esset deserta.Itẽ si tẽpore primæ iudex assignaret terminum ad diem sequentem ad recipiendum apostolos, & appellans nõ comparuit:sed die sequenti comparet cum appellatione noua certẽ non debet audiri nec super prima:quia illã deseruit. cum non comparuit ad petendos apostolos:nec super secũda: quia prima deserta sententia transiuit in rem iudicatam:ita de facto fuit pronuntiatum secũdum Ang. Si verò apposuit clausulã reseruato sibi beneficio appellandi in scriptis:tunc ista verba possunt dupliciter intelligi,scilicet q̃ demũ vult appellare viua voce:si postea in scriptis nõ appellauerit.si ergo postea in scriptis appellat,prima habetur pro non facta:& incipit tempus ab interpositione secundæ:alius intellectus est, q̃ intẽdat facere duas appellationes.primam viua voce , & postea redigere in scriptis.& sic poterit exequi quã volet & istum intellectum videtur Bar.amplecti:sed mihi non placet:quia cõtradicit sibij ꝑsi.nã cũ prima sit sortita effectũ,si voluit illam facere necessariò sequit̃ q̃ secunda nõ põt amplius effectum sortiri:& sic tãq̃ superflua est nulla,& ideo præcedens intellectus magis placet. Bal.tamen in d.l.appellatione.& in vsibus feudorum:quando miles inuestituram repetere debet reprehendit Bar.sed infideliter iudicio meo:quia in effectu ipse concludit illud idẽ quod Bar.q̃ posit prosequi secundã: & q̃ per eã prorogetur tempus prosequendi,& dicit q̃ per primam non est sententia rescissa:sed suspensa,& quod semel est suspẽsum iterũ põt suspendi:& quod semel prorogatum,iterum prorogari:vt l.valerianus.de præto.stipul.quæ verba (salua reuerẽtia) non videntur habere saporem:nec est verum q̃ sententia non sit rescissa:imò verè est rescissa:licet si appellatio deseratˢ, 7
fingatur,nõ rescissa: vt dixi.§.ea.l.in prin. †Vltimò no.tex. cum gl.in l.scio.in fi.q̃ quando appellatur a diffinitiua non est necesse exprimere causam,supple in genere, dicẽdo appello a vestra sententia : quia est iniusta:imò sufficit dicere appello, imò etiam si non sit iniusta,valet tamen appellatio,vt posit in causa appellationis nõ allegatũ allegare,& non probatũ probare:vt l.eos.C.eo.& de temp.appel.l.per hãc.licet(vt audio) quidam q̃ de iure fforum hoc non erat:& vltra hoc dicunt, q̃ nisi sententia sit iniusta ex actis,non poterit isto iure appellari per l.j.in prin.§. e . vbi dicit̃ q̃ appellatio est inuenta ad corrigendum &c.sed certè hoc verum est principaliter,non tamen negatur quin etiam circunscripta imperitia & iniquitate iudicis propter hoc solum q̃ pars lædatur re:quia omisit allegare, vel probare:non posit appellare. Ista enim est causa . nec alia potest esse quare in tali appellatione non est necesse exprimere cãm. in interlocutoria verò gl.hic dicit in fi.q̃ de iure canonico requiritur expresio causæ: certè etiam & de iure ciuili eo casu quo poterat appellari:vt l.ait prætor.§.permittitur.vbi

per

perBar.qui etiã hoc dictum limitat.§.de mino.vbi omnino vide:dicebant tamen quidam causam exprimi generaliter: quia iniqua. Itẽ dicebant q̃ si exprimebaˢ vna,poterat iustificari ex altera:sed hodie cõtrarium in vtranq̃ decisum est,q̃ debeat exprimi specialiter:& q̃ non nisi expressa posit iustificari : vt in cle.appellanti.extra eo. Item etiam not . q̃ expressa vna causa in appellatione, potest appellans ab ea recedere,& aliã prosequi:secus in recusatione iudicis:vt no.in Spec.de recu. §.effectus.& §.Item quid si vna.& in c.postremò.de app.in nouel. Item secus in causa nullitatis:quia si dixi sententiam nullã ex vna causa,nõ potest aliam prosequi:vt not. Inno.in c.cum cõtingat.de offi.deleg.in mag.gl.ibi,dũ dicit,interdicimus &c. Item secus si ad illam causam expressam se astrinxisset,per ea quæ habentur in c.licet causam.de appel.& quod no.per Bar. in l.Diuus.§.de re iudi.

2 ¶Iudex pronuntiat articulos non esse, uel esse admittendos: & postea admittit, & non fuit appellatum à pronuntiatione:an poterit appellari ab admissione?
Quando iudex aggrauat de facto,an semper possint appellari:etiam post decem dies?
3 Appellatio non deuoluit nisi articulum qui uertebatur coram iudice à quo.
4 Quis dicatur mixtus executor.
5 An debeat appellari ab executore,an ab eo qui sibi commisit?
6 An & quis possit interpretari sententiam suam,uel alienam,& quid sit interpretatio?
7 Non est admittenda interpretatio quæ est omnino contraria significatui uerborum.

LEX IIII.

1 AB executore.†Ab executore sententię nõ appellatur,& ab iniqua interpretatione ipsius sic:& in cã talis appellationis dãtur ad iniquitate interpretationis cognoscitur:nõ autẽ de iniquitate sniæ.h.d.vsq̃ §.alio. In tex.ibi,[appellare nõ licet.] quia executio venit in necessariã consequentiã sniæ.vnde si à sententia nõ fuit appellatũ vel nõ potuit appellari : per consequẽs nec ab executione sniꝭ:quia snia nihil valeret:vel nullius vtilitatis esset:quia per indirectũ videret̃ appellari ab ipsa sententia,q̃ fieri nõ posset directò:& per hoc etiã dico q̃ si ferẽ
2 aliqua interlocutoria vt†si ꝓnũtiat articulos non admittẽdos vel admittendos,& postea admittit.si nõ fuit appellatũ à pronuntiatione,non poterit appellari ab admissione: quia fit per modũ executiuũ:licet doc.& Spe.ipsum sequẽdo in ti.de ap. dicãt q̃n Iudex aggrauat de facto semper põt appellari,etiam post x.dies, quia grauamen est successiuũ,& cõtinuũ:vnde licet x.dies fluxerint à principio grauaminis,nõ fluxerũt à fine arg.eius q̃d no.in l.j.C.de serui.& aqua.ante finẽ gl.mag.dũ dicit à pronuntiatione &c.sed istud dictũ ꝓcedit q̃n iudex nõ cepit à pronuntiatione:sed à grauamine:vt quia citat aliquẽ ad locũ nõ tutũ:nõ põt appellari,etiã post x.dies à die citationis: vel si aliquẽ ponit in carceribus: sed q̃n incipit pronũtiatione debet ab illo appellari.j.x.dies vt hic in gl.j.quã no.q̃d si factũ nõ fuerit,trãsit in rẽ iudi.licet interlocutoria vt c. dilecti . vt in fi.de renũ.& illud q̃d postea fit dicit̃ fieri pro executiõe ipsiˢ interlocutoriæ.ergo non potest appellari:vt hic.Tene menti.

In tex.ibi, [potestatem habuerit.]nã si nõ habuisset,nõ valeret interpretatio:& sic non esset necessaria appellatio : quia nõ incipit nisi ab actu valido qui potest trãsire in rem iudicatam,& ad impediendũ ne trãseat:sed actus nullus in rẽ iudi.nõ
3 transit ergo superflua est appellatio:vt j.e.l.constat.in fi. †In tex.ibi,[hoc solũ quæratur.]q.d.non de iniquitate sniæ. Et sic no.bonũ tex.q̃ appellatio non deuoluit nisi articulũ qui vertebatur corã iudice à quo:& propter hoc pluries reprehendi errorẽ quorũdã ꝓcura.qui in causa appellationis petũt sententiã reformari ex causa noua:vt cũ in prima instãtia egerũt ex vna cã puta depositi:vel intẽtauerunt vnũ statũ in cã appellatiõis dant libellũ super noua causa vel intentant aliud statutũ, & petunt sniam ex illis reformari.Sed iste est magnus error:quia talis cã noua vel statutũ nouũ cũ nõ fuerit intentatũ vel intentatũ corã primo nõ deuoluetur ad iudicem appellationis:sed solũ habet videre vtrum super causa vel statuto intentantis corã primo iudice fuerit bene iudicatũ vel non:quod etiã patet ex l.per hanc.cum ibi no.C.de tempo.app.vbi nõ admittitur nouus articulus non dependens à primis. In glos.j.ibi , [sed si pronuntiat exequendã.] dic,do.cõtra secũdũ Odofr.quia vtrobiq̃ est eadẽ ratio,& istũ tex.exponunt, [ab executore.] s. ab officio iudicis exequẽtis,vnde siue ꝓ a
nuntiat exequẽdã siue non ,pnuntiat: sed de facto cõmittit nũtio qũd exequatur , nõ põt appellari, nisi ex iusta cã, s.cũ excedit b
modũ,vt in glo.seq.nã ista executio est q̃dã interlocutoria,quæ post se non expectat aliquã diffinitiuã & ideo nõ põt appellari simpliciter eo modo quo à diffinitiua:sed dũtaxat expressa cã grauaminis,

cũ exceditur modus:vt quia non admittunt exceptiones quæ possunt opponi post diffinitiuam ad impediendũ executionẽ de quibus habetur in l.j.C.de iur.& fac.igno.vel si fiat executio ante tẽpus qũ daˢ iudicatis,vel pro maiori summa quã sententia lata sit vel in alia re q̃ fieri debet.& ita debet intelligi l. ab executione.C.quo app.nõ reci.& no.extra eo.ti. c. consti- 4
tutis.in gl.quæ incipit,ex hac.& c.causam quæ.in gl. vult†& ista procedunt in executore mixto ad quem pertinent tales exceptiones admittere & dicit̃ mixtus:quia potestas exequẽdi cõpetit sibi vt iudici:nõ tñ procedit vt iudex: sed vt executor:qa iã erat lata snia q̃ transiuerat in rẽ iudicatam. Est & alius executor mixtus,qui põt ꝓcedere vt iudex:vt qñ cõmittetur alicui executio antequã sit lata sententia:vt cũ superior scribit alicui cõquestus est nobis talis q̃ talis eũ spoliauit à possessiõe sua.& si ita est,mandamus vt facias ipsam sibi restitui.nã si ille fateretur se spoliasse , ꝓcedetur modo executiuo:& ista executio principaliter est cõmissa:si autẽ nõ fatereˢ: debet ꝓcedere vt iudex dato libello,& ita cognitio videtur cõmissa secundario:& de tali loquitur. l. & si non cognitio. C.si contra ius vel vti.pub.& ab isto sine dubio potest appellari tanquã à iudice,& à sua sententia.de hoc vide quod no.Bart.in l.ait prætor.in prin.de re iudi.& habetur in c.pastoralis.§.quia verò.de offi.dele.per gl.& per Inn.in c.de cætero.de re iudi. & de isto nõ loquitur iste tex.est etiã alius executor merus : vt nuntius cui iudex cõmittit:& ideo dicitur merus:qa corã eo nullæ exceptiones possunt opponi:etiã quæ habent impedire executionem:sed debent opponi corã illo qui sibi cõmisit : si tamen 5
grauat vltra debitũ,põt appellari . † Tamen est videndũ qũo debeat appellari an ab eo qui sibi cõmisit:& hic distinguitur, aut habuit certũ & limitatũ mãdatũ , & debet appellari ab eo qui cõmisit:qa ipse est q grauat.aut nõ habuit mandatũ certũ, & tũc appellatur ab eo:quia ipse est qui grauat:& ideo appellabitur ad ipsum qui sibi cõmisit,sicut à delegato ad delegantẽ:sed in præcedenti casu appellabitur ad superiorẽ cõcedẽtis.

6 †In gl.magna fi.recollige ex ista gl.q̃ aut quęrimus an quis
a posit interpretari sententiã[a] suã,aut quęrimus an posit interpretari alienam. Primo casu aut est delegatus. & non potest: quia functus est officio suo,& nulla remansit sibi iurisdictio. l. iudex.de re iudi.nisi sit delegatus principis,penes quem remanet potestas exequendi.j.annum:vt in c.quærenti. de offi . deleg.& executio non potest fieri, nisi declaretur id quod dubiũ erat:poterit declarari arg.in l.ad rem mobilem.& l.ad legatũ. §.de procur.aut erat ordinarius:& tunc aut de maioribus qui qui habebãt merũ & mixtũ imperium,vt præses ,puinciæ aut procurator cæsaris & tunc poterit:vt hic in glo.in ver.[sed an suã.]licet quidã tenuerint cõtrariũ:& adducit gl. plura similia. quę non sunt per omnia bona,excepto vltimo,&penultimo: dic tamen q̃ nõ poterit facere talẽ interpretationẽ per quã rescindatur sententia in totũ,vel pro parte per l.j.C.sent . rescin. nõ pos.sed talem per quã verbũ obscurũ, [declaretur.]si cõdẽnauit in c.libr.vel florenis:poterit declarare de quibus intelb
xit grosis,vel minutis.Interpretatio enim dicitur[b] verbi dubij declaratio:licet largè loquendo sumatur interdũ pro totali cõceptione,vel extensione:vt innuit gl.in l.j.§. qui operas. ad Tertu.si verò nõ habeat imperiũ:vt sunt magistratus municipales de iure cõi:licet ex forma statutorũ interdũ eis cõcedantur ea quæ sunt de imperio:vt sunt potestates terrarũ comitatus Florentiæ,& tales qui nõ habẽt imperiũ, nõ possunt interpretari propriam sententiã:quia pro interpretatione imploratur iudicis officiũ nobile:& sic de imperio mixto:quia tẽdit ad priuatã vtilitatẽ:vt no.in l.imperiũ.de iurisd.om.iud. & hoc est q̃d voluit iste tex.dũ dicit, [si tamen is &c.]& hic in gl. in ver.[de simplici. Secũdo casu aut quærimus an iudex ordi

Universidad de Pesto
Biblioteca

2 ¶ Non est admittenda interpretatio ad de quod interpretatio non admittitur, nisi sit congrua secũdum Ang. in l. Item veniunt. in §. aprãda. in j. no. ff. de petit. hæred.

narius possit interpretari sentẽtiã alterius scilicet sui delegati. & gl. ista indistincte tenet quod sic. siue sit de maioribus. vt ī prī. gl. siue de minoribꝫ: vt in fi. gl. ibi, [sed potest dici.] tamen ratio de qua. s. facit in contrarium cum etiam pro declaratione delegati imploret iudicis officiũ nobile. doct. tamẽ transeunt cum glo. Credo contrariũ de rigore iuris. Si vero quæritꝰ an possit ordinarius interpretari sententiam alterius ordinarij: tunc dic ꝙ alterius minoris potest, maioris vero vel paris non potest. & ita loquitꝰ glo. hic in ver. [Itẽ an quilibet.] & sic interpretatio se habet ad similitudinẽ restitutionis in integrũ quæ potest implorari corã eodem iudice qui sentẽtiã tulit. si est de maioribus: alias est recurrendum ad superiorẽ: vt l. præsenti. cũ l. seq. §. de mino. sed ī appellatione nunquam ad eundẽ, sed ad superiorẽ recurrendum
7 est. vt in authen. de appel. §. fi. † Vltimo no. gl. seq. q̃ semper al-
a legaꝫ, quod non est admittenda interpretatio[a] quæ est omnino contraria significatui verborũ. & eodẽ modo quando verba essent clara importantia vnũ, & interpretaret ab alio: vt l. le aut ille §. cũ in verbis. de leg. iij. & istud est vtile: quia interpretatio quando fit vt debet: quia non est contraria significatui verborum retrotrahit: & nihil fit de nouo: sed quod factũ est declaratur, vt dicitur in simili in l. adeo. §. cũ qs. de acq. re. do. vt patet in l. hæredes palã. §. sed si notã. de test. secus qñ esset oĩno extranea et fieret ab illo q̃ facere debebat eã. vt a principe. nam censeꝫ potius de nouo aliquid disponere, quam dispositum declarare: & ideo non inspiceret data primi rescripti sed vltimi declarantis, etiam si per modum declarationis diceret se facere.

2 ☞ *Infra quantum tempus possit tertius cuius interest appellare. an infra x. dies à die late sententiæ, an à die scientiæ?*
3 ☞ *Sententia lata contra unũ ex hæredibus ex causa hæreditaria: an præiudicet alteri?*
4 *Si frater contra principalem, an faciat plenum præiudicium fideiussori?*

1 **§. Alio condemnato.** † A sententia lata contra vnum si ipse nõ appellat, potest appellare alius cuius interest ratione pleni vel qualisqualis iudicij, & appellationem prosequi: & si ille appellauit, & alius cuius interest, habet illum suspectum. ꝙ non plene defendat cãm, põt illi assistere, & appellationem prosequi pro suo interesse. h. d. vsq; ad §. si procurator. cum l. a sententia. in prin. & §. j. vsq; ad §. si quis. j. e. qui tractãt de eadẽ materia. et iste §. vsque ad §. si procurator. loquitur quando ille tertius tractabat de pleno p̃iudicio. Lex vero a sentẽtia. in prin. quando de aliquali & modico. §. autem si hæres. loquitur adhuc quãdo de pleno vt plenissimo præiudicio, ga sententia lata cõtra vnũ faciebat ius contra illum tertiũ, & rescindebat ius alterius ter-
1 POst appellationem. †Nota in hac l. principaliter quatuor. ŝ. quod incumbat iudici [a] quo circa apostolos. [a] quia incumbit onus tradendi. & tex. in l. eos. C. de appe. dicit etiã
2 si ab eo non petanť. & sic debet offerre. sed tex. in c. j. de appel. li. vj. dicit quod debet tradere requisitus. pro quorum concordia dic si ipse admisit, & recepit appellationem debet tradere etiam non requisitus. & ita intelligitur tex. in l. eos. in fi. sed si non admisit non tenetur tradere nisi requisitus. & ita no. in Spe. de appella. §. sequitur videre. ante finem in tertia parte Spe. & istud est vtile: quia quandò non tradidit cum debuit, non valet quicquid postea fecit. vt ĩ c. ab eo appella. li. vj. & sic vr̃ quod si admisit appellationẽ, licet apostoli non fuerint petiti, si eos non obtulit, non posit quicquã facere. & si facit, non valeat: sed si non recepisset, tunc posset ad vlteriora procedere. si fuit appellatum ab interlocutoria. & valerent acta nisi requisitus expresse vel tacite nisi denegasset
2 vt d. c. ad eo & isto modo debet istud c. limitari. † quid autem quando appellatur extra iudicium, vel non in præsentia iudicis, sed honestarum personarum an tunc vendicet sibi locũ q̃d hic dicitur. dic quod sunt dandæ literæ testimoniales ab illis psonis. vt no. in Spe. de appel. §. de officio. ver. porro. cũ sequen.
3 in secunda parte Spec. †Secundo no. quod debeant continere istæ literæ. ŝ. q̃d tales appellauit supple. & quod ipse iudex admisit appellationẽ ob reuerẽtiã superioris. vel non admisit ex causa iusta, & debet illam exprimere. vt ŝ. titu. proxi. l. scien
4 dum. vers. eumque & plene in d. §. sequi videre. †Tertio not. in ver. [sufficit.] quid incũbat appellatori. certe quatuor. ŝ. q̃d petat apostolos. supple etiã si Iudex appellationem recepit. licet enim tunc Iudex teneat offerre vt statim dixi. nõ tñ excusatur appellator quin teneatur petere: & si non petierit. j. tẽpus debitum, censeretur deserta appellatio. vt l. iudicibus. C. de appella. & hic. quia isti tex. loquuntur indistincte. Secundo incũbit. vt petat intra tẽpus debitum. & istud tempus est xxx. dierum. vt d. l. iudicibus. nec aliquid in hoc immutatur de iure canonico. Tertio requiritur vt petat instanter: & istud non declaratur per gl. & do. Ego intelligo instanter. ŝ. vt petat respon sum a iudice. vtrũ velit dare, vel non. nec sufficeret dicere peto apostolos. & statim vertere terga, & recedere. quod not. q̃a si forte posset hoc probari quod nõ expectauit rñsum iudicis, perinde esset ac si non fecisset. Quarto incumbit quod petat sæpius: antiqui intelligebant quod deberet interuenire saltẽ interuallum vnius diei inter vnam petitionem & alteram: per l. inter accusatorem de publi. iud. & si eodẽ instanti diceret peto & iterum peto. hoc non videretur sufficere: quia non videretur pluries petijsse, sed pluries loquut⁹ fuisse prout dicit tex. in simili in l. Mæuius. §. eum qui. ŝ. de leg. ij. & per id quod no. gl. in l. si conuenerit. ŝ. de pi. actio. sed hodie per illam cle. cũctis in prin. declaratum est quod licet istud sit verum de rigore iuris, tamen propter consuetudinem litigantiũ quæ inoleuit vt eodem contextu pluries petant, videtur quod hoc sufficiat. tñ statim postea limitatur nisi iudex assignaret certum terminũ ad dandum apostolos. quia tunc appellator: licet vno contextu pluries petijsset per prius. debet postea in termino cõparere, & iterum petere: alias censeretur appellatio deserta. Idẽ si rñdit se daturum infra terminum iuris. q̃a debet appellator non obstante quod prius petijsset, & tale responsum habuisset, iterum infra terminum iuris petere. secus si Iudex dixisset se traditurum, & non dixisset quando, vel tacuisset, quia tunc sufficit prima petitio. & idem multo magis si tradidisset. Ista oĩa habentur in d. cle. quæ practicať ad vnguẽ. in quibuscũq; curijs
5 & in quibuscunque locis. † Quarto & vltimo not. q̃ si Iudex
b non tradit apostolos [b] cum debeat, non nocet appellatori: supple & ipse punitur in hoc quod processus postea factus nihil valet. vt in d. c. ab eo. & c. vt su p. q̃ est intelligendũ vt dixi quando expresse denegauit tradere. vel tacite, assignãdo terminũ & in illo termino non tradendo. vel si non assignauit terminum, non tradidit infra tempus iuris, qb⁹ casibus etiam si sibi nõ erat indebitũ per superiorem & fuerat appellatũ ab interlo
a cutoria, & ipse non detulit appellationi, [a] non valet quicquid postea faceret secus si apostolos non denegasset expresse. vel ta
c cite. quia tunc valerent acta per eum ante inhibitionẽ. vt in d. c. nõ solũ. si vero ps nõ petijt, vel nõ petijt vt debuit, vel oblatos nõ recepit, videtur appellationi renũtiasse. quod dic vt no. gl.
6 in d. cle. † Vltimo scias q̃ pẽdẽte termino ad dandũ Apostol. si adhuc Iudex non denegauit expresse, vel tacite, appellãs nõ põt prosequi suã appellationẽ. & sic non posset facere committi causam. & istis diebus habui de facto. q̃a opponebatur contra vnã commissionẽ quod non valuit. quia facta pendẽte termino ad dandum apostolos. nam facere committi cãm, est de prosequutione appellationis. vt dicit Spe. in ti. de appel. §. qualiter. ver. porro ante fi. in vlti. col. §. sed si denegasset expresse, vel tacite: quod quando sit patere potest per superiora. ex tũc potest prosequi & facere committi: & omnia probantur in d. cle. in fi. dum dicit ex tunc. quasi dicat non ante. & si vna erat op. Respondebatur quod Iudex respondit se daturũ apostolos, sed non dixerat quando. quo casu videbatur tacite denegare. vt extunc posit prosequi, vt ibi est casus expressus.

a ¶ *Circa Ap. Nõ admodum in his duobus diffiniendis, nẽpe, A posto. & litere dimiss. superstitiose insistendum est. vtimur eñ illis, tãquã tuto diplomate.*
b ¶ *Non tradit Apostolos. Adde Doct. in cle. fi. de appel.*
c ¶ *Pendente appellatione. Adde gl. sum mę. ij. q. vj.*

Nil nouari appella. interposita. *Rubrica.*

2 ☞ *Pendente appellatione quid & quando posit innouari, uel fieri? & nu. 6.*
3 *Quid in pendentia supplicationis?*
4 *Quis Iudex & quando debeat reuocare attentata pendente appellatione?*
5 *Attentata pendente causa nullitatis, an teneant retractanda antequam super nullitate sit pronuntiatum?*
An pendente causa nullitatis sententia debeat condemnatus haberi pro condemnato, uel non?
6 *Bannitus qui dicit bannum esse nullum, an posit interim tanquam bannitus occidi?*
Lapso tempore appellationis prosequendæ, an debeat citari appellans ad dicendum causam quare sententia non debeat executioni mandari: cum lapsa sint fatalia?

LEX VNICA.

1 APpellatione. †Pendente appellatione [c] a
c diffinitiua sententia nihil debet innouari per iudicem a quo super executione
2 sentẽtiæ. h. d. †Sed & si esset appella. ab interlocutoria, posset innouari quouscũq; per iudicẽ ad quem esset inhibitum. vt in c. non solum. de apel. lib. vj. nisi Iudex a quo denegasset apostolos. e. ti. c. ab eo. & dixi in ti. pce. vel nisi detulisset appellationi. e. ti. c. cum appellationibus. Fallit quod hic dicitur in pluribus casibus qui no. in spe. de appel. §. nouissime. Item limita hanc regulam nisi sint talia quæ pendente cã principali poterant fieri: quia tunc possunt fieri etiã pendente appellatione vt l. postq̃. §. Imperator. vt leg. nomi. ca. Itẽ est verum quod non debet fieri nouatio contra appellantẽ. sed contra tertium bene potest fieri. vt ŝ. man. l. creditor. in princ. Item est verum quando fieret innouatio contra appellationem, scus si id quod fieret non tendit contra appellationem. vt nota. per Inno. in c. quia propter. de elec. Item loquitur hic de executione facti, quæ non debet fieri per Iud. a quo penden. appel. sed executio iuris bene fit vt l. furti. §. j. ŝ. de his qui no. infa. vbi appellans a sententia sup famoso crimine, interim est infamis. & idem in sententia excommunica. vt ibi no. Item, pcedit. nisi sit notorium appel. non tenere. vt no. Inn. de offi. deleg. ca. pastoralis. In gl. ibi, [arg. C. cõmunia de leg.] de hoc est hodie casus. in c. non solum. de appel. li. vj. est tñ verũ vt dixi, quando pendet tempus appellandi a diffinitiua: si vero ab interlocutoria. licet pars grauata cõpareat corã iudice infra tempus appellandi, & petat supersederi in causa quouscũq; deliberet an velit appellare, vel non. Iudex non tenetur supersedere: vt no. glo. e. ti. c. fi. & fuit originaliter dictum Spe. in ti. de app. §. restat. in fi. Nimirum quia etiam si esset interposita ap. non teneret susspẽdere si nõ esset sibi inhibitũ. vt ŝ. dixi multo minus si nõ est
3 adhuc interposita. † In gl. se. ibi, [in authen. vt spõsalia. posita. C.

Universidad de Sevilla Biblioteca

a ¶ Bannitus. Adde Nel. infra de banni. vbi diffuse.

de preci. impe. offer. auf. que supplicatio. & solue vtin gl. quia pendẽte supplicatione contra sententiã bene potest fieri executio, præstita tamen satisdatione: vt ibi: & ratio est, quia talis supplicatio sententiam quæ in rem iudicatam transiuit, non rescindit, quouscp p iudicem qui de supplicatione cognoscit, sit pronuntiatum contra sententiam: & idem si petita est in integrum rest. contra sententiam: vt in c. ex literis. de rest. in integ. Sed appellatio statim rescindit sententiam: etiam antequã iudex appellationis pronuntiet bene appellatum: vt in l. j. in fi. ff. ad turpil. † In gl. seq. circa prin. ibi, [respondeo apud principẽ.] quando fuit ad principem appellatum, & debuit ad eũ appellari: al's secus per illum ad quem fuit appellatum: vel debuit appellari: vt §. titu. ij. l. eius. & ipse iudex appellationis est ille qui debet reuocare omnia attentata per iudicem à quo. etiam ante quam pronuntiet super appellatione: vt chirographis. §. fi. de admi. tut. & in Spe. de ap. §. nunc de officio. ipse etiam iudex à quo potest reuocare id quod male fecit, quia potius debet errorem suum corrigere, quã expectare per alium corrigi: vt est casus in c. cum teneamur: de app. & potest inhiberi parti quod nihil noui faciat appellatione pendente: p illum tex. facit c. venientes: in fin. de iureiuran. & de talibus attentatis qualiter & quando veniant reuocanda: vide plene per gl. in d. c. non solũ: & per Inn. de excc. c. dilectę. vbi etiam ponit formam petendi
3 reuocationem talium attentatorum. † Quid autem de attentatis pendente causa nullitatis: an veniãt retractanda antequam super nullitate sit pronũciatũ? Respõdeo nõ, quia nõ reperit iure cautum secundũ Inn. in c. cũ in iure. de of. deleg. licet Bar. sentiat cõtrarium in l. j. C. quando prouo. non est necess. tetigi in l. si expressim §. de ap. & ita no. Bal. in l. tale pactum. §. q. p uocauit. §. de pact. nisi forte p Iudicem qui cognoscit de nullitate principaliter intentata, fuisset inhibitum alteri iudici cp causa nullitatis pendente nil innouare: & istud pluries videri fieri: tamen de iure puto talem inhibitionem posse fieri: nisi ille cui fit, sit inferior: vt si episcopus inhibet archidiacono: vel præses prouincię magistratui municipali: vt in l. iudicium soluitur §. de iudi. secus si ęque principalis: vnde cõsuluit Fed. de Señ. cp episcopus non potest inhibere iudici seculari cp sententiam vel instrumentũ executioni nõ mandet quouscp decisa sit quæstio nullitatis, quæ coram eo vertitur super eis. ad quod vide quod no. Arch. xj. q. j. c. de persona. & adde circa istud articulũ an pendente causa nullitatis sententiæ debeat cõdemnatus haberi pro cõdemnato, vel non: qđ no. Inn. in c. solet: de sen. exc.
6 lib. vj. & Bar. post Dy. in l. iij. si seruus. de acquir. poss. & sic †an
a bannitus[a] qui dicit bannum esse nullum, potsit interim tancp bannitus occidi quod tetigit hic Dy. sed dic per Bart. in d. §. si seruus. In fi. gl. ibi, [& sic poterit statim exequi.] hoc intellige verum: nisi per iudi. appellationis esset inhibitum: vt in c. Romana. §. si autem. de appella. lib. vj. & quando potsit inhibere. dic vt ibi: & no. in Spe. de ap. §. de officio quocp. ver. sed quare: cum seq. & versi. sed quid si iudex appellationis. adde etiam qđ no. Bal. circa materiam huius l. C. de reb. credi. l. generaliter. §. sinautem. vbi dicit cp habet locum ista lex in his quæ tangũt appellationem: non in separatis. & idem Bar. no. in l. j. C. de bon. pos. secũdum tab. vbi dicit cp appellatio suspendit officium iudicis etiam in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. In gl. seq. ibi, [idem tametsi lapsa sint fatalia.] Nota istã glo. cp ille qui habuit pro se sententiam, lapso tempore appellationis prosequędæ potest comparere coram iudice à quo: & petere sentẽtiam executioni mandari: nisi doceatur p iudicem appellationis fuisse pnuntiatũ bene appellatũ, & male iudicatum: & habet fundatam intentionem: nisi appellãs hoc doceat. Est ergo practica cp citet appellãs ad dicendũ causam quare sententia non debeat executioni mandari: cum lapsa sint fatalia. & ita habetur C. de ap. l. cõtra maiorẽ. Sed habui de facto qstionẽ, quia erat appellatum ad curiam romanam: & erat lapsus annus: petebat sententiam executioni mãdari, nisi doceretur de prosequutione, vel de iusto impedimento: propter quod deberet habere aliũannũ: appellans dicebat se non teneri: cum habeat aliũ annũ ab ipsa l. Bar. tenet hic pro appellãte: cp nõ debeat fieri executio quouscp sit lapsum biennũ. In cõtrariũ facit cle. sicut. de ap. vbi p lapsum anni sentẽtia trãsit in rẽ iudicatam: nisi habuerit impedimentum: & breuiter forte de iure ista est melior opinio: & ita sentiunt Cano. in cap. ex ratione. de appell. licet opi. Barto. sit equior.

2 ☞ *In pluribus facinoribus prouenientibus ex diuersis factis an debeat delinquẽs de quolibet puniri, & quid si ex eodem facto?*

3 *Attentata pendente causa nullitatis non debent reuocari quando nullitas opponeretur incidenter.*

1 §. Si quis ex pluribus. † Maior pœna non debet differri propter mi-
2 norem sed econtra sic: vide Bar. in l. ij. de cust. reo. † In tex. ibi, [ex pluribus facinoribus.] s. prouenientibus ex diuersis factis. quo casu debet ex quolibet puniri: vt l. nũcp pluralia. §. de prua. delict. Si vero plura crimina descendant ex eodẽ facto, seu plures eiusdẽ criminis, tunc distinguit an se habeãt adinuicem vt genus & species: vt homicidium & parricidium: que puniũtur ex diuersis legibus: vt patet in ti. ad leg. corn. de sicar. & ad l. pompeiã de parrici. tamen homicidium se habet vt genus: et tunc non est puniendus nisi ex altero eorũ: vt l. senatus: & ibi no. §. de accus. Si vero se habeant vt species diuersæ: vt adulteriũ, & incestus: tunc ex quolibet debet puniri: vt in l. si adulteriũ cũ incestu. de adul. In tex. ibi, [differenda est pœna.] intelligit An. istum tex. quando pœna maior (si prius imponatur) absorbet minorem: vt si aliquis est condemnatus in amputatione manus ex vno delicto: & in amputatione capitis ex altero. nam si prius amputetur caput, non deberet postea amputari manus: quia pœna non est inferẽda mortuo: vt no. gl. j. si pẽden. ap. mors interue. l. j. super verb. in reddendis. Sed si maior non absorberet minorem: vt si esset condemnatus in amputatione manus, & in fustigatione: tunc licet appellaret à prima, non deberet differri fustigatio. per l. si cui. §. j. §. de accus. & ita etiam videtur colligi ex dictis Bart. in d. l. ij. de custo. reo. Sed mirabile est quare etiam in primo casu debeat differri pœna minor: quia postquã est condemnatus ad vtrancp, videtur qđ debeat ticipi à minore: vt sic vtracp imponatur. vt no. Bar. post gl. delato. l. omnes iudices li. x. vbi dicit cp si captus est aliquis bannitus in amputatione manus & capitis, primo debet amputari manus, & postea caput, si ita est: ergo licet appellauerit ab amputatione capitis, non debet differri pœna manus: cuius contrarium hic dicitur. Et ecõtra si appellasset ab amputatione manus, videretur debere differri amputatio capitis ad hoc vt vtracp locum habeat. cuius contrarium hic dicitur vers. seq. quod non differtur: breuiter per istum tex. videtur dicendum non esse verum id quod Barto. dicit in dicta l. omnes iudices. in fi. imo humanitatis gratia postcp debet mori: q pœna est vltimum terribilium: quantuncũcp fuerit condemnatus ad alias pœnas corporales minores, illa sola imponatur & nõ fiat executio in alijs: licet forte de cõsuetudine hoc non seruaretur. & istam credo fuisse mentem huius literæ nec alio modo scirem defendere istum tex. ab opinione prędicta, nec inducere ratio
3 nes eorum quæ hic pronuntur. † Vltimo scias quod illud quod dixi in princ. l. de causa nullitatis, an impediat interim attẽtari, & faciat reuocari attentata, procedit quãdo principaliter ageretur de nullitate: si vero incidenter: quia opponereť exceptio contra executionem sententiæ, tunc vt not. in l. iiij. §. condemnationem. de iudi. per Bar. non sunt alia.

Quæ sententiæ sine appel. rescindatur. Rubrica.

2 ☞ *An valeat sententia contra sententiam?*

LEX I.

1 ILlud. † In ista l. cum seq. ponũtur aliqui casus in quibus sentẽtia est nulla. & ideo nõ expedit appellare. imo quandocũcp vscp ad xxx. annos potest peti declarari nulla statuta tamen aliquando præfigunt tempus certum, infra quem debeat hoc peti. vt est hic, et florẽtię. quod infra decem dies. & principium huius legis hoc dicit, si pronuntiatum est non esse iudicatum, & pronuntiatio transiuit in rem iudicatam, habetur pro nõ iudicato: quantuncunque iudicatum fuerit. hoc dicit. Gloss. ponit casum

casum. quod victor petijt sententiam executioni mandari contra reum. & quod reus opposuit quod nunquam fuit iudicatũ, & quia forte victor non plene probauit, iudex pronuntiauit non esse iudicatũ, licet ergo postea superueniãt probationes, non poterit vti illa sententia, quia habetur pro nõ lata postcp ita fuit iudicatum. Ista positio non placet, quia iudi. exeq. est summarium. & ideo pronuntiatio facta super incidenti, vt est executio nullitatis sententiæ vel quod lata non est, nõ facit p iudicium victori, quominus postea possit ordinarie agere & probare de validitate sententiæ vel quod lata est: vt expresse no. Bar. in l. j. C. quando prouo. non est necess. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. in distinctione. §. de ver. ob. Inn. in c. fi. de or. cogni. per l. à diuo pio. §. si super rebus. de re iud. & per legẽ, si iudex. §. de his qui sunt sui vel alie. iur. & l. si quis à liberis. §. si vel parens. de libe. agno. Ideo melius pone casum. quod actor succubuit. & reus fuit absolutus: & sententia transiuit in rem iudicatam: actor postea iterum petit. reus opponit de sentẽtia absolutoria: & quia forte non probauit, iudex pronuntiauit ipsum nunquam fuisse absolutum. certe ista pronuntiatio non est facta in iudicio summario, sed ī plenario: & ideo facit prę iudicium perpetuo reo. vt in l. si autem. §. fi. de ne. gest. Sed tũc oppono, quia super incidenti non debet pronuntiari: vt l. j. C. de ordi. iud. Sol. fateor quod Iudex hoc non bene fecit, pronũtiatio tamen valet. & transit in rem iudicatam. vt hic est casus. & in l. viro atque vxore. & ibi per Bar. sol. ma. & facit præiudicium in principali. quando idem vertitur in vtrocp. alias secus. vt l. vendicantem. in fi. cum lege seq. de euictio. & not. plene in d. §. duo fratres. † Item oppono fortiter. quia nõ valet sen
2 a tentia contra sententiam[a] quæ transiuit in rem iudicatam. vt l. j. C. quando prouo. non est nec. Sol. interdum sententia secũda fertur de directo contra primam: quia pronuntiatur primã nunquam fuisset latam, vel non valere: & valet ipsa secunda. & infringit primam si non appellatur ab ea. vt hic. Interdum fertur non de directo contra primam, sed contra id quod continetur in prima. vt si per primam fuisti mihi condẽnatus, per secundam absolutus. vel econuerso: tunc loquitur lex contraria. & ita fuit de mente gl. ibidẽ. de intellectu tamen illius l. qualiter debeat intelligi plurimum dubitat & Bar. intellexit quando secunda fuit lata ex eadem instantia: secus si ex diuersis. & fuit originaliter dictum Iaco. bu. sed non placet. quia tunc nullum esset dubium quod secunda non valeret, tanquam lata sine instantia, & sine actione: cum per prolationem primæ sententiæ sint extinctæ instantiæ & acta. posito tñ quod ista opinio esset vera, notabiliter limitatur per do. Ant. de bu. in c. cũ contingat. de offi. delega. quod est vera: nisi fuissent dati diuersi libelli. vnus per actorem, alter per reum super eodem, cp aliquando potest contingere. vt si peto pronuntiari rem quam possides esse meam: an vero petis pronuntiari quod sit tua. nam isto casu si ferrentur sententiæ contrariæ valerent: per ea quæ sentit Innocentius ibidem: & Ideo dicit Innocen. de facili debere admitti scdm libellũ intelligẽdo autẽ illam legẽ primã quod loquatur etiam quando secunda sententia est lata ex diuersa instantia. dic quod habet locum altero de tribus casibus, s. vel qñ pars p qua erat lata, ipam ignorauit. & iõ ipam nõ allegauit tũc nõ valet scda. Idẽ si sciuit, & tacuit: nõ tamen per dubium, sed bona fide. Idem si sciuit, & allegauit, & probauit, & nihil per alteram partem fuit replicatum. his casibus nõ valet secunda & fuit introductum ob rigorem iudiciorũ seruandũ. Si vero sciuit, & dolose tacuit, vel allegauit, & nõ p bauit vel probauit & fuit replicatum. Istis casibus valeret secũda contra primam. & ita debet intelligi. c. inter monasterium extra de re iudi. quod videtur contrariari d. l. j. Ista videntur contrariari ex dictis Ioannis andreę qui plene distinguit circa intellectum illius legis, & melius & vtilius declarat eã quã per aliquem ex nostris Doctoribus declaretur: ideo omnino vide. Vltimo quod hic dicitur quod ista secunda rescindit primam, intelligo quo ad effectum: quia cum habeatur ista secunda pro veritate, ex quo non fuit appellatum: vt l. res iudicata. de regulis iuris non potest prima allegari, & ista sunt paria. quod non fuerit lata vel quod non possit allegari. vt notat glossa notab. in lege, qui habebat. in fine. de manumi. test. Non autẽ rescindit in rẽ intẽtatã: quia ista sen
a tentia secunda est declaratoria. s. quod nõ fuit iudicatum. & ideo non inducit dispositionem. sicut quando pronũtiatur testamentum non valere: quia ista pronuntiat nõ facit ipsum nõ valere, nec rescindit in veritate eo modo quo rescinditur sententia lata super querela vt no. in l. j. & ij. §. de re iudi. & p glo. in l. antiq. ante fi. si pars hær. peta. Et istud est vtile: qa eũ nõ sit rescissa sententia revera, licet pronuntiatio faciat eam haberi pro nõ lata præsumptione iuris & de iure, cõtra quã non admittitur probatio in cõtrariũ. Si verò pars cõfitetur re vera latam fuisse, talis pronuntiatio sibi nõ prodesset. quia cõtra præsumptionem iuris & de iure bene admittitur probatio in contrariũ per confessionẽ partis: vt no. in auf. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. & in corpore vnde sumitur per Cy. & glo. Et ideo si esset sic, snia re vera esset rescissa. & idẽ in testamẽto rescisso per querelã: quia per talẽ cõfessionẽ non reuiuisceret. Tene mẽti. facit qđ no. in l. si testamentum. de testa. Facilius eñ reassumit vires id qđ nõ erat extinctũ in substãtia, licet esset obfuscatũ, quã id cuius substantia erat extincta. Non sunt alia. Posset etiã hic poni casus. cp ille contra quẽ dicebať pronũtiatũ, egit implorando officiũ iudicis, per l. diffamari. C. de inge. manumis. & petijt pronuntiari nuncp fuisse contra se iudicatũ: & ita fuit pronuntiatum, vt no. in l. si contendat. de fideiuss. & tunc pronuntiaretur non super incidenti, sed super eo quod principaliter erat in iudicium deductum.

2 ☞ *Si peto à te lx. ex una causa. Item lx. ex altera causa, & sic de singulis, an possit iudex in sententia facere cumulum de omnibus, & condemnare in una summa quæ comprehendat omnes.*

1 §. Item si calculi. † Nõ valet sententia quæ cõtinet expressum errorẽ calculi: &
2 si confirmetur ex eodem errore, non valet etiam confirmatio. † Et per istum tex. ibi, [dũ dicit idcirco luciũ titium &c.] dicit Bar in l. prætor edixit. §. si mihi plures. s. de iur. om. iud. cp si peto à te lx. ex vna causa. Item lx. ex altera causa. & sic de singulis. nõ habet necesse Iudex super singulis summis sententiare: sed potest facere cumulum de omnibus. & condemnare te in summa comprehendente omnes. Tene menti. & vide quod not. per Cy. in l. j. C. de erro. calcu. Item dicit Bar. per istũ tex. ibi dicit, [& circa prouocationem &c.] quod causa nullitatis deuoluit ad superiorem additũ super nullitate totũ negotium principale: vt patet hic: quia vult cp non solũ pronuntiet super nullitate sententiæ, imo super negotio principali, corrigendo errorẽ & condẽnando in septuagintaquinq. Ita alle. Bar. istũ tex. s. de appel. l. si expressim in v. col. & C. qñ prouo. non est necess. l. si vt proponis. dicit etiã accus. per l. absentem probari. C. de appel. Vlti. circa finem quæro. quid si non apparuit quare iudex superior confirmauit? dic plenè per ipsummet Bar. in d. l. j. C. de erro. calcu.

2 ☞ *Sententia lata contra notorium, an valeat.*

Quid si est lata per probationes reprobatas à iure?

1 §. Item cum contra. † Sententia continens expressum errorem iuri, non valet: secus si sit lata vltra ius partis. h. d. Primũ dictũ declara vt dixi in l. si expressim. de appel. Item procedit primum dictum qñ est lata cõtra ius scriptum: sed quid si cõtra ius cõsuetudinarium? puto quod non sit nulla: quia cõsuetudo est probanda, & alleganda per partem: vt no. in l. præscriptionem. C.
2 si contra ius vel vtili. publicam, nõ sic in iure scripto. † Itẽ quid si lata sit contra notorium? Respondeo, aut est notorium facti trãseuntis, & valet: vt est casus in l. palã. §. fi. de ritu nuptia, & no. Bal. in l. j. C. ne filius pro pat. aut est notorium facti permanentis, & non valet, ad quod facit. c. solicitudinem. §. si verò notoriũ. de appel. quid si lata est expressè contra acta: quia dixit Iudex cum probatum sit per testes: tamen nulli erant testes examinati, vel erant: sed non probabant? vide per Inn. & Ioã. an. in c. quoniã cõtra falsam. de proba. Itẽ qd si est lata per probatiões reprobatas à iure? Rñdeo, vt nulla, & põt retractari qñcũcp apparet contrariũ. casus est in c. ij. de purga. vulg.

2 ☞ *Citatio ad hoc ut sit solennis ad sententiam, quid requiratur?*

3 *An partes possint ¿conuenire adinuicem quod feratur sententia etiam parte non citata?*

4 *Si partes fuerunt præsentes usque ad conclusionẽ inclusiue, & postquã fuerunt auditæ ad*

Universidad de Deusto

2 ¶ In sententia interlocutoria. Adde glo. in clem. j. de sequest. pos. & fru. Bald. in l. quod iussit. ff. de re iudi.

plenum, an tunc ualeat sententia contra non citatum?

3 *Sententia lata pro parte absente non citata, non ualet.*

§. Item cum ex edicto.

1 †Sententia lata contra non citatum, vel non solenniter citatum, nõ valet. h. dicit.

2 †Et no. q̃ ad hoc vt citatio sit solennis ad sententiã, debet esse peremptoria: vt hic. & l. ad peremptorium. de iudi. Item debet exprimi q̃ veniant ad sententiã audiendam: nec sufficit dicere quod veniat coram iudice: vt patet in cle. sępe. ver. sententiam. & ibi no. in glo. de verb. signi. & no. per gl. in auf. iubemus. C. de iudi. in penul. vel antepenul. glosella. Item hæc vera in sen-

a tentia diffinitiua: sed in sententia interlocutoria[a] valet etiã cõtra non citatum secundum l. nn. in c. vt litis. de procu. sed intelligе hoc verũ in interlocutoria parui iudicij: secus si magni: vt patet in l. si prẽses. C. quomodo & quando iud. & in l. prẽsenti. de his qui ad eccle. confu. vbi in missione ex primo decreto quæ dicitur interlocutoria, requiritur citatio etiã perẽptoria. habet ergo locũ dictum Inn. qñ assignaretur vna dilatio, quæ assignatio dicitur interlocutoria: vt l. interpellatur. §. j. de arb.

3 †Sed quæro, an partes possent conuenire adinuicẽ q̃ feratur sententia etiam parte non citata? videtur q̃ nõ: cum hoc sit de solennitate. ergo & c. arg. in l. nemo põt. de leg. j. cõtrarium vi-

4 detur verius: quia est introductum ob fauorem partis, & sic potest remitti, sicut iuramentũ testis: vt in c. tuis. de testi. & no. in l. j. §. de fer. Sed aliæ solennitates introductæ in fauorem publicum, nõ possunt remitti. de quo dic vt in c. fi. de re iud. li. vj. De ista qõne vide in Spe. de citatio. §. viso. ver. sed pone q̃ partes. & adde quod plenè not. xxiij. q. iij. c. de illicita. per glo. & per Inn. in c. ad petitionem. de accu. †Vltimò quæro, pone q̃ partes fuerunt prẽsentes vsq̃ ad conclusionem inclusiuè & postq̃ fuerunt auditæ ad plenum, adeo quòd nihil amplius dicere volebant, lata fuit sententia cõtra nõ citatũ an valeat? videt q̃ sic: quia citatio sit vt veniat ad dicẽdũ, vel ad allegandũ quicquid vult: sed hoc non cadebat. Contrariũ est verius: quia iura hic requirũt pro substãtia & solẽnitate quod debeat pars citari, quod autẽ §. dixi. prodesset qñ esset casus in quo nõ posset pronuntiari contra absentem etiam citatum: vt contingit in arbitris in causis criminalibus. tunc enim si fuit presens vsq̃ ad conclusionẽ: licet tẽpore prolatæ sententiæ non esset prẽsens, haberetur p̃ presente. & ita intelligo quod no. Cy. in l. si qui ex consensu. de episco. audi. & quod no. glo. C. de adulte. l. quamuis indubitati. intelligo dum tamen fuerit citatus. scias

5 †quod sententia lata non citata parte absente, nõ valet etiam si sit lata pro ea vt no. in l. furioso. de re iud. & l. ea quæ. C. quomodo & quando iud.

2 ☞ *Peruersio ordinis de uno iudicio ad aliud, non reddit sententiam uel processum nullum, & quid in peruersione de seipso ad seipsum?*

§. Si apud eundum.

1 †Causa cõuentionis & reconuentionis debent cum eadem sententia terminari. & si lata est causa conuentionis tãtum, propter hoc solum appellari nec interim mittitur executioni quousq̃ causa reconuentionis sit expedita. h. d. & sem-

2 per allegatur †Nõ est ergo nulla propter hoc & sic no. q̃ peruersio ordinis de vno iudicio ad aliud non reddit sententiam vel processum nullum. sic C. de appel. l. j. & §. de euic. l. si mancipium. §. si communi diuidundo. secus quando peruersio de seipso ad seipsum: vt l. prolatam. C. de sen. & vide quod habetur in Spe. de reconuentione. §. nunc videndum. ver. sed pone iudex. Item quod hic dicitur, quòd non mittitur executioni sententia lata in causa conuentionis, quousq̃ sit expedita causa reconuentionis: vt hic patet in ver. quoniam. quod est intelligendum etiam si non fuit appellatum, procedit quando vtraque causa erat pecuniaria, q̃ ita poterat obijci compensatio, si fuissent ambæ expeditæ vna sententia. Si verò non poterat obijci compensatio, quia erat super speciebus: tunc si non esset appellatum, posset mitti executioni, secundum Ange. & bene. Imputet enim sibi cur non appellauit: postquam propter hoc solum poterat.

2 ☞ *Si litigaui cum Titio, licet eo mortuo transeat instantia contra hæredem, & non fuit processum contra hæredem, sed contra ipsum iam defunctum, & lata est sentetia contra eum, quòd non ualeat quicquid contra eum factum est.*

3 *Qua cautela debeat tunc actor uti, si pendente iudicio moriatur reus?*

LEX II.

Paulus respondit.

1 †Non valet sententia lata cõtra mortuũ: nec etiam delegatio iudicis facta contra eum. h. d. notabi-

2 liter. †No. ergo diligenter. quod si litigaui cum titio licet eo mortuo transeat instantia cõtra hæredem: vt l. si cum hominẽ. §. de fideiuss. si tamen nõ est processum cõtra hæredẽ: sed cõtra ipsum iã defunctũ, & lata est contra eum sententia, non valet quicquid contra eũ factum est etiam in præiudiciũ hęredis. est ergo necesse facere citari hæredẽ & contra eũ dari sententiam casus est notabilis hic. gesta verò cum defuncto valent vsq̃ ad tẽpus mortis & vltra, & ita no. Bar. in l. si vt proponis. C. qũo. & quando iud. In gl. ibi, [etiã si per viuum defenditur.] hoc est verũ si ille incipit defendere post mortem: sed si illo viuente, bene valeret continuatio processus, & sententia lata cõtra defensorem post mortem defensi. l. nulla. C. de procu. In glo. ibi, [sed econtra pro eo sic.] hoc nõ placet: quia iudicium non debet claudicare. Itẽ video q̃ stipulatio serui in personã domini defuncti non valet, nec prodest hęredi: vt l. eius qui in prouincia. §. quod si stipulatus. si cer. pe. Nihil enim põt purgari in personam mortui. nec pro eo, nec contra eum: & per consequens nõ transit ad hęredẽ vt debeat sumere originem in persona defuncti: vt l. qui libertinos. §. posthumus. de opp. lib. & ad l. cum quasi. alleg. in glo. dic q̃ est ibi speciale: vt hic & in secunda solutione glo. & ita reperio quosdã antiquos hic scripsisse: licet Bar. mentionem nõ faciat. In fine gl. ibi, [l. tale. §. fi.] ille §. hoc nõ dicit. & est cõtra dictũ §. quod si stipulatus vbi nõ valet stipulatio pro mortuo, & stipulatio est pactũ: sed pro eo qui nondum est natus: sed speratur nasci bene põt valere si

3 nascatur: & istud probat ille §. fi. No. †ergo diligenter istã legẽ, & sis cautus, si litigasti cũ aliquo, & lite pendẽte moriatur: quod continues processum contra hæredem vel facias dari curatorem hæreditati iacenti, & continues cum illo, & illum facias citari: quia si continuas cum defuncto, nihil valet cõtinuatio: nec prodesset ignorantia de morte defuncti.

LEX III.

Paulus respondit.

Non valet sentẽtia continens impossibile de iure vel de natura. h. d. In glo. magna ibi, [eo mortuo post moram hoc ideo dicit, quia si ante moram, certũ esset quod sententia nõ valeret: quia nec viueret, nec fingeretur viuere, quia debitor esset liberatus, & sic sententia tunc bene cõtineret impossibile: sed quando post moram, licet verè nõ viuat fingitur tamen viuere: quia debitor non est liberatus. imò remanet obligatus ad stichum, sicut prius. & hac fictione attẽta potest deduci in stipulationem & in constitutum: vt in glo. & in l. si seruum. §. effectus. & §. nouari. de verb. obli. & in iuramentum: vt l. eum qui. §. j. de iureiuran. & ideo non reputatur continere impossibile: fiet tamen executio in æstimationẽ officio iudicis mercenario. in quam æstimationem potuisset etiam fieri condemnatio eodem officio iudicis, licet non esset in obligatione, nec esset petita: per rationes quæ hic subijciuntur in glo. Et vide omnino. quod habetur in Specu. de obliga. & solu. §. sequitur ver. quid si petijt. cum sequen. & sequitur de hac quæstione. & de his quæ §. dixi.

An per alium causæ appellationum reddi possint. *Rubrica.*

2 ☞ *Causa pecuniaria quando dicatur ciuilis, & quando criminalis?*

3 *Personæ illustres, an debeant litigare per procuratorem?*

LEX I.

Quæri solet.

Ista prima lex loquitur quãdo qs litigauit per seipsum & lata sententia contra eum appellauit: vtrum ad prosequendam appellationem possit constituere procuratorem, & an debeat admitti. Lex fin. loquitur quado litigauit per procuratorem: & ipse procurator victus appellauit. vtrũ ipse idẽ possit prosequi, vel etiã

1 dominus. & hoc dicit ista lex. †In causa pecuniaria ciuili criminali

minali potest interuenire procurator tam ex parte rei, quã ex parte actoris: & tam in causa principali, quã appellationis. secꝰ si esset criminalis & capitalis. quia tunc ex neutra admittitur.

2 h. d. †Dicitur aũt pecuniaria criminalis, quando agitur de pœna applicanda fisco, sed quando agitur de aliquo applicando parti agenti, dicitur ciuilis: siue agatur de pœna, siue de interesse: vt no. in l. agraria. de termin. mo. In gl. iij. ibi. [sed exclusiue ponitur.] Istam partẽ cõiter tenent doct. sed vltramontani tenuerũt quod ponatur inclusiue: alias iste ver. [sed si ea causa sit.] nihil adderet præcedenti ver. quia dũ dicit, [sed capitalis.] cõprehendit pœnam mortis naturalis. Item pœnam mortis ciuilis totaliter annihilatiuam status: vt damnationis in metallũ. per quã perditur libertas & ciuitas. Item annihilatiuã p̃ parte. vt deportationẽ, per quã perditur sola ciuitas. non restat ergo postea alius gradus propinquior quam relegatio per quã nec ciuitas nec libertas perditur: tamẽ quia est pœna afflictiua corporis: quia tenet stare in certo loco. cum iste ver. [sed & si ea.] secundũ prædictos quod non admittatur procurator. sicut nec in capitali. sed illi qui tenent opi. gl. dicunt quod verbum capitalis positum in præcedenti ver. ponit stricte p̃ pœna mortis naturalis tm̃. & q̃ versi. [sed si ea.] addat de alijs duabus capitalibus: non autem de releuatione. propter rationẽ glos. ad quã nõ potest responderi, quia in relegatione potest dari sententia contra absentẽ. l. absentẽ. de pœnis. Et regula est, q̃ vbi potest dari sententia contra absentem. l. absentẽ. de pœnis. Et regula est, quod vbi potest dari contra absentem, admittit̃ procurator. vt l. seruum quoque. §. publice. de procu. Bart. sequit̃ istã opinionẽ in practica. dicens eam communiter seruari. tñ de rigore credit opinionẽ vltramontanorũ veriorẽ. ad rationẽ glo. respondet quod dic plene per eum in l. pe. §. ad crimen. de pu-

3 iud. †In gl. seq. ibi, [primo ratione personarum illustriũ.] quæ habent necesse litigare per procuratorem. & non possunt per seipsas: & sic venit ista fallentia ab eo quod. §. dixerat, [sponte non ex necessitate.]

2 ☞ *Procurator ad lites, an possit appellare & appellationem prosequi?*

3 *Dominus potest prosequi instantiam inchoatam cum procuratore, licet procurator sit effectus dominus litis. & quis eorum præferatur?*

4 *Procurator licet assignauerit rationes domino, si tamen adhuc durat mandatum, debet prosequi litem: & quid si expiraret officium? ut in tutore.*

LEX II.

Si procuratore.

1 †Si procurator victus appellat, tam ipse quã dominꝰ põt

2 appellationem prosequi. hoc dicit. † Et istud est verũ quando mandatum suum ad hoc se extendit q̃ potest contingere tribus modis, quorũ duos ponit hic glo. f. si erat p̃curator generalis constitutus ad negotia. nam tunc potest etiam exercere iudicia præsentia & futura, quousq̃ durat mandatum. vt patet in l. sed & si vnius. §. procuratorẽ. de iniu. & est hodie casus in c. qui generaliter, de procura. lib. vj. Secũdus est, quãdo haberet mandatum speciale ad talem causam tam principalẽ quã appellationis. Adde tertiũ, quando haberet generale mãdatum ad lites præsentes & futuras. vt no. l. inuitus. C. de p̃cu. & istis casibus põt appellare, & appellationẽ prosequi. supple & tenet̃. & si non faceret teneretur domino actione mandati. quia videtur strinxisse se ad hoc faciendum eoipso q̃ acceptauit mandatum, & acceptasse videtur recipiendo instrumẽtum procurationis, & retinendo. etiã si ita fuerit. vt in clemen. j. de procura. facit l. filiusfa. ad macedo. Si vero habet mãdatũ speciale ad talem causam, nec vlterius dicitur, non censetur habere mandatum nisi ad agitandum causam principalẽ. & virtute ipsius tenet̃ et appellare, q̃a appellatio est de p̃secutione priæ causæ. vt dixi in l. ab executore. §. fi. §. de appella. prosequi vero nõ põt et̃ si vellit, q̃a ad hoc mandatum suum non extendi tur. vt est casus i l. si actor. C. de appella. & ista est veritas ĩ hoc passu, p q̃ remanet declarata gl. & hic, q̃ autẽ gl. fi. dicit, [debet id est potest.] nõ est bene dictum. quia si potest ergo debet p rationẽ quã §. dixi. sed tunc nõ debet quãdo non põt. & ita colligitur ex dictis Doct. in d. l. inuitus. & attende diligenter. q̃a vidi aliquos in hoc multũ errare: & male intelligere prædicta in appellatiõe a diffinitiua. sed ab interlocutoria, p̃curator habet mandatum speciale ad vnam causam tãtum. ita q̃ nõ extẽdatur ad cãm appellationis a diffinitiua. nihilominus tenet̃ appellare ab interlocutoria. & appellationem prosequi: quia ad hoc bene se extendit mandatum. cum sit de accessorijs primæ causæ. & ita no. Inn. in c. non iniuste. de procu. & Bar. in l. cum

3 procurator. de oper. no. nun. †Vltimò not. hic quòd dominus potest prosequi instantiam inchoatam cum procuratore. licet procurator sit effectus dominus litis: & hoc ideo: quia licet directum ius sit acquisitum procuratori, vtile tamen est acquisitum domino: vt argu. in lege, in causæ. §. finali. de procurat. quod dic vt per Bartolum eodem titulo. lege, ante litem. cum seq. licet ergo dominus non possit ipsum inuitum reuocare: potest tamen per seipsum causam prosequi, quia ista sunt diuersa. si tamen ambo venirent ad prosequendum, putarem procuratorem præferendum ratione directi iuris. sed dominus poterit ei assistere: alias esset dicere quòd posset eum reuocare, si posset eum repellere. In contrarium tamen facit l. si quis cum procuratorio. de procuratori. vbi dominus præfertur procuratori: sed ibi in executione sententiæ. Nos loquimur in prosecutione iudicij. †No. etiam q̃ licet procurator assignauerit rationes domino: si tamen adhuc durat mandatũ, debet prosequi litem: secus si expirasset officium: vt in tutore. quod dic vt hic in glos. fin.

Si tutor, vel curator, vel magistratus creatus appellauerit. *Rubrica.*

2 ☞ *Appellans quid debeat in causa appellationis probare, uel producere.*

LEX I.

Si qui.

1 †Si vocatus ad officium frustratorie appellauit periculum medij temporis ad ipsum pertinet. hoc dicit cum l. seq. nã si a die quo sit decretum sibi officium, negligit administrare cum possit & debeat: pertinet ad ipsum periculum: vt l. quidam decedens. §. fin. de administratio. tuto.

2 †In tex. ibi, [nec causas probauerint.] videtur ergo per istũ tex. quòd appellans quicunq̃ sit actor, vel reus, in causa appella. necesse habet probare de iure suo: alias non obtinebit rescissionem sententiæ. Sed istud non est verum indistinctè, imò dicunt docto. quòd bene tenetur probare suam appell. & quod etiam sit rite interposita: & infra tempus debitum, quod not. eo quod dixi in lege prima. §. biduum. quando appellan. sit. sed hoc probato, & etiam quòd petierit apostolos infra tempus debitum, si quæritur an teneatur probare in causa principali, distingunt. an vnus tantùm prosequitur, & non alter: & ille tenetur probare, si vult sententiam consequi. aut ambo, & tunc ille habet probare in causa appella. quia idem haberet in causa principali probare. vnde si reus fuit condemnatus, & appellauit: si dicat non esse probatam intentionem actoris: & quòd non debuit condemnari, sufficit sibi quòd ostẽdat acta, & si non reperitur probatum, succumbet actor: nisi probet de nouo: bene tamen tenetur appellans producere sententiam quam petit rescindi & etiam acta: vt in l. quoniam nõnulli. C. de appel. & vide Bar. in l. hi qui ad ciuilia. eod. titu.

Eum qui appellauerit in prouincia defendi. *Rubrica.*

LEX VNICA.

Eum qui.

Licet quis peregrinetur causa appella. exercendæ: potest contra eum procedi in alijs causis in loco domicilij. videbatur excusandus ratione peregrinationis: & q̃ deberet supersedere in alijs causis: sed verum est in loco in quo peregrinatur: quia ibi non debet conueniri in alijs causis. etiam si ibi sortiatur forum ratione contractus, vel alia causa: vt l. secunda. §. legatis. §. de iudi. non in loco domicilij.

Si appellatione pendente mors interuenerit. *Rubrica.*

2 ☞ *Mortuo non est inferenda pœna.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

LEX VNICA.

APpellatore. †Si appellator pendente appellatione decedit sine hærede, extinguitur appella. si verò cum hærede, non extinguitur. si tamen nullus alius interesse prætendat, quam hæres, non cogitur appellationem prosequi: sed si alius contra quem fuit appellatum prætendat interesse, bene cogitur. hoc dicit. †Not. hic gloss. quàm allegaui supra, nil nouum. appellatio. interposita. quòd mortuo non est inferenda pœna. facit l. defuncto. de publi. iudi.

a ¶ Inferenda pœna. An sit licitũ suspendere mortuum, vel comburere propter delictum vide per Angel. in l. si is. in fi. C. qui test. face. pos.

FINIS.

Regestum.

aaa, bbb, ccc, ddd, eee, fff, ggg, hhh, iii, kkk, lll, mmm, nnn, ooo, ppp, quaterniones sunt: qqq, rrr, terniones.

LVGDVNI,
Excudebat Balthazar Arnoullet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca